D 531 22

Vogt

Havniæ in colleg. Valkendorph. 14 Jul. 1832

350,-
toexx
59956

JOHANNIS VOGT

CATALOGVS

HISTORICO-CRITICVS

LIBRORVM

RARIORVM,

JAM

CVRIS QVARTIS

RECOGNITVS

ET

COPIOSA ACCESSIONE

EX

SYMBOLIS ET COLLATIONE

BIBLIOPHILORVM

PER GERMANIAM DOCTISSIMORVM

ADAVCTVS.

Johannis Möllneri.
In Coll. Med. 1831.

HAMBVRGI,

SVMTIBVS CHRISTIANI HEROLDI.

M DCC LIII.

CATALOGVS
LIBRORVM

VIRO

ORTV LOCO ET TITVLIS

PERILLVSTRI,

ANIMO LITTERIS ET MERITIS

ILLVSTRIORI,

VERE ILLVSTRISSIMO

PHILIPPO ADOLPHO

DE MÜNCHHAUSEN,

DYNASTÆ HÆREDITARIO

IN STEINBURG

ET RELIQVA,

AVGVSTISSIMI

MAGNÆ BRITANNIÆ REGIS

INTIMO STATVS MINISTRO,

PRIMARIOQVE

TERRARVM BREMENSIVM, VERDENSIVM

AC HADELENSIVM

ADMINISTRO,

HEROI IN TOGA

MAXIME INCLYTO,

LITTERARVM STATORI

LITTERATISSIMO,

MVSARVM TVTORI

FELICISSIMO,

LITTERATORVM MÆCENATI

NESTOREA ÆTATE DIGNISSIMO,

DOMINO SVO

GRATIOSISSIMO,

LIBRVM

TERTIIS CVRIS LOCVPLETATVM

TERTIA ITERVM VICE IN CLIENTELAM TRADIT

RELIGIOSISSIMEQVE CONSECRAT

JOHANNES VOGT.

ANNO DOMINI MDCC XLVII. d. X. APRIL.



Vir Illuſtriſſime!

PAtere, ut ab eminenti illa florentiſſimarum Regionum vigilia, in qua ab OPTIMO MAXIMO PRINCIPE non fortuna, ſed meritorum gloria collocatus es,

Te vel tantiſper abducam, & librum hunc tenuem plane ac inopem ad Sapientiæ *Tuæ* tribunal ſiſtere audeam. Proprio quodam jure *Tuam* ſibi libellus noſter pollicetur gratiam. *Tibi* ſemel, cum ante quinquennium primum vulgaretur, dedicatus fuit; ad quem igitur potius referendus, quam ad *Te, Domine Illuſtriſſime*, qui, quantum res meas benevolentia *Tua*, gratia ac favore interea auxiſti, & promoviſti, nunquam grati animi memoria excidet, ſed indies me ad obſervandum *Illuſtriſſimum Tuum Nomen* magis magisque incitabit. Quapropter quem *Tibi* librum, quaſi infantem & recens in lucem editum ſuſcipiendum detuli, eundem nunc pueritiæ annos egreſſum, &, niſi animi fallor, doctiſſimis Viris non plane improbatum, denuo ſiſto, *Tuoque Nomini*, quan-

quanta possum devotione, sacrum esse præcipio.

Accipe igitur, *Illustrissime Domine*, volumen hoc, non tam ut sempiterni cultus & observantiæ, quam animi magis *Tibi* beneficiis æternum devincti testimonium. Expediant alii laudes *Tuas* immortalitati dudum consecratas; mihi, humiliori quam hæ postulant prædito ingenio, locum inter illos relinquas, qui consummatam illam prudentiam, vigilem sedulitatem, intemeratam fidem, qua sublimem difficilemque, quam *Tibi* POTENTISSIMI MONARCHÆ NOSTRI gratia, Personam imposuit, tot annos jam sustinuisti, pio animo tantum venerantur, & omni pietate & observantia placendique studio gratiam ac favorem *Tuum* demereri adnituntur.

Quod reliquum est, Deum immortalem supplex veneror, tum ut *Te, Vir Illustrissime*, publicis privatisque commodis cum admirabili *Tuo* animi robore, & infracta corporis valetudine, quam diutissime firmum vegetumque conservet; tum ut res *Tuas Tuaque* consilia ita fortunet, ut nulla unquam acerbitate perturbentur. Dabam Bremæ d. XVII. Sept. M DCC XXXVII.

Præ-

Præfatio ſecundæ Editionis.

Lectori Benevolo.

Pauciſſimis verbis præfandi officio defungar. Nunquam quidem putavi fore, cum librum hunc ante quinque annos publici juris facerem, ut illi denuo excudendo ſecundas curas adhibiturus eſſem. Accidit autem præter opinionem meam, ut, libro iſto quam citiſſime per litteratum orbem diſtracto, ab aliquot jam annis exemplaria in Bibliopolarum officinis apparere deſierint. Gratificandum igitur Amicis cenſui, qui ſe hujus legendi deſiderio teneri non obſcure mihi oſtenderunt, ſummaque ope annixus ſum, ut non ſolum priore editione melior & caſtigatior prodiret, ſed & inſigni quodam auctario locupletatus. Cave tamen exſpectes, perfectum tibi omnium librorum rariorum indicem a me exhiberi. Huic ſane, neſcio quis, ſufficiat operi in tanta librorum multitudine, de qua Magnus ille LEIBNITIVS dicere ſolitus fuit: *Si Mundus adhuc mille annos durabit, & tot libri, ut hodie, conſcribentur, vereor, ne e Bibliothecis integræ Civitates fiant.* Ego ſane meam hic

infirmitatem lubentiſſime agnoſco. Novi Eruditis cauſſam fore conquerendi, multos, imo & præcipuos, notabilesque libros a me fuiſſe vel plane prætermiſſos, vel non ſatis accurate deſcriptos. Sed hanc materiam exhauriendi mearum non eſt virium. Tam penuria & defectus plurimorum librorum, quam aſſiduorum laborum, impedimentorumque publicorum cura & catena, obſtant, quominus tuæ exſpectationi ſatisfacere poſſim. Erit aliquando, uti ſpero & percupio, qui pluribus & majoribus adjumentorum copiis inſtructus, Bibliothecarum in variis Europæ partibus hinc inde ſparſarum ſupellectili curioſa locupletatus, familiari frequentique Virorum litteratiſſimorum conſuetudine uſus, lacunas noſtras feliciter explebit, dubia elucidabit, errata corriget, ac opus nobis in hoc ſtudiorum genere tradet omnibus numeris abſolutum. Vale. Bremæ d. XVII. Sept. M DCC XXXVII.

Præ-

Præfamen primæ Editioni præmissum.

Rariores libros nosse, non postrema eruditionis pars dicitur. Nec desunt, qui nuperrime hoc argumenti genus fuerint prosecuti. Ante viginti, & quod excurrit, annos communis hæc erat Eruditorum querela : *perraros esse illos, qui de libris rarioribus ex instituto tractaverunt; neminem extare, & vix unquam fuisse aliquem, qui hanc illustrem materiam sibi sumserit peculiari dissertatione elaborandam* (*). Prostant jam nunc, & manibus Bibliophilorum teruntur doctorum Virorum hoc de argumento labores laude sua dignissimi, Jacobi Friderici REIMMANNI, Richardi SIMON, Autoris anonymi ESSAIS de Litterature, Hieronymi Augusti GROSCHVFII, Johannis Christophori WENDLERI, Georgii SERPILII, Joachimi Ernesti BERGERI, Andreæ WESTPHALI, Nicolai Francisci HAYMII, personati Theophili SINCERI, Johannis Georgii SCHELHORNII, Augusti BAYERI, Johannis Ludolphi BÜNEMANNI, ac forte aliorum. Consilium mihi est, hæc celeberrimorum Virorum egregie obser-

(*) Vid. JAC. FRID. REIMMANNVS *Tom. X. Observatt. Selectar. Halens.* p. 108 sqq. HIER. AVG. GROSCHVFIVS *Fasc. I. novæ Libr. rar. Collect. Præf.* p. 10.

obſervata operi meo inſerere, illorumque divitiis ex tenui paupertatis meæ penu obolum adjicere. Non tamen audeo abſolutam quandam rariorum Librorum Hiſtoriam polliceri; Specimen ſaltem exhibeo Catalogi univerſalis Librorum rariorum, qualem dudum votis exoptarunt Eruditi (*), nemo, quod ſciam, hactenus edidit. Quamobrem facile etiam me veniam impetraturum ſpero a bonis & cordatis, ſi forte in re difficili erravero, & in via tam diffuſa, nec minus ardua, vires me deficiant. Exſpecto doctiorum, & in hac palæſtra exercitatiſſimorum Virorum, qui lectione multijuga ac maſcula eruditione pollent, quique præſtantiſſimas Bibliothecas excutiunt, ad opellam hanc noſtram animadverſiones, emendationes, acceſſiones. Publice hinc omnes Bibliophilos exoro, velint ſuas de Libris rarioribus a nobis vel prætermiſſis, vel non ſatis accurate recenſitis, obſervationes, ſive nobiscum privatim, ſive cum Litteratis univerſis publice, communicare. Vale, ac Symbolis tuis meum inſtitutum adjuva. Dabam Horneburgi, in Ducatu Bremenſi, d. 5. Mart. M DCC XXXII.

(*) Vid. Avtor *des ausführl. Berichts von allerh. neuen Büchern* P.VII. p. 710. & Jo. Christoph. Coleri *Analecta ad* Struvii *Introd. in Hiſtor. Litter.* p. 107.

AXIO-

AXIOMATA
HISTORICO-CRITICA
DE
RARITATE LIBRORVM.

AXIOMATA GENERALIA.

I. Rari & rariores Libri sunt illi, qui minus frequenter occurrunt, a pauciſſimis manibus teruntur, inventu quoque & paratu sunt perdifficiles.

II. Raritas Librorum non una est eademque; dantur ejus *gradus:* hic liber est *rarus*, ille *rarior*, iste *rariſſimus.*

Vir Clariſſimus *Samuel* ENGEL, in *Republica Helveto-Bernenſi Bibliothecarius primarius*, Axiomata noſtra de raritate librorum egregie cribravit, & doctiſſimis ſuis obſervationibus illuſtrata denuo edidit in limine *Catalogi Librorum in omni genere rariſſimorum*, ex quo additas ejus annotationes adjectaque nova criteria hic repetere libet. Ita autem ad II. Axiom. commentatur: Cum fere tot gradus ſint raritatis, quot libri rari; plus tribus enumerandos eſſe cenſemus. Quamobrem addimus *primum* Celeb. Heumanni, illorum librorum, qui vix in quingenteſima Bibliotheca reperiuntur, & quos propterea

propterea *Phœnices Librorum* nuncupavit ; & *quintum* librorum *minus obviorum.* Quoad priorem enim gradum obſervandum eſt, non omnes libros rariſſimos ad primam hanc claſſem pertinere, imo ipſius hujus claſſis libros maxime inter ſe invicem differre raritate: v. gr. SERVETI *Libros de Trinitatis erroribus, ejusque Dialogos* adnumerandos eſſe primæ huic claſſi, nemo inficias ibit, interim uterque liber *ejusdem Reſtitutioni Chriſtianiſmi* nullo modo erit æquiparandus raritate. Quoad quintam claſſem: ſunt libri quidam, qui ſenſu ſtrictiori non poſſunt pro raris venditari ; attamen non ubivis occurrunt, & proinde *minus obvii* jure vocantur.

III. Diſtinctio inter *tunc* & *nunc*, inter *hic* & *illic*, inter *mihi* & *tibi*, non eſt negligenda. Olim libri quidam fuerunt rari, qui nunc recuſi ; nunc rariſſimi, qui quondam ſatis obvii. Sic etiam Codices uno loco rariores ſunt, quam altero; qui rari in his oris videntur, adhuc aliis regionibus ſuppetere poſſunt ; & liber, qui uni rarus eſt, alteri non æque rarus videtur. Quilibet & hic ſuo ſenſu abundat.

IV. Alii libri rari ſunt *quoad materiam*, alii *quoad formam*, alii *quoad utrumque.*

α) *Quoad materiam* rari ſunt illi, qui ſenſu ſtrictiori rari vocantur, ob contenta ſive argumentum

mentum anxie quæruntur, & etsi forsan sæpius recusi, tamen rari sunt. Altera species eorum, qui ob præstantiam quam citissime per literatum orbem distrahuntur, & statim in Bibliopolarum tabernis apparere desinunt; altera vero librorum suppressorum, impiorum, suspectorum, prohibitorum, qui merito occultantur, & proinde rari eveniunt.

β) *Quoad formam* rari sunt editiones raræ librorum alias satis obviorum. E. gr. quid magis obvium *S. Bibliis?* quorum tot Myriades exemplorum ab inventa Typographia ad nostra usque tempora impressa fuere. Quid rarius illis ipsis *Bibliis* a *Guttenbergio*, *Fausto*, *Mentelio &c.* impressis, item *Sixtinis* aliisque? & sic deinceps.

γ) Denique rari sunt *quoad materiam & formam* libri rari semel saltem excusi, ut & editiones librorum præstantiorum & rariorum primæ & incastratæ &c. SAMVEL ENGEL *hoc & proxime sequens criterium nostris Axiomatibus addidit.*

V. Non omnes libri, qui in plurimis Librariorum tabernis non apparent, sunt rari; e contra liber, cujus titulus in unius vel alterius Bibliopolæ Catalogo legitur, non statim hanc ob causam satis obvius nominandus est.

Quoad *Thesin priorem* observandum est: libros futiles, leves, & alios merito neglectos, item editiones priores librorum, quorum novæ

postea

poſtea & auctiores parantur, ſenſim ſenſimque evaneſcere, imo ſæpius Seplaſiariis vendi, ac proinde non amplius apparere, & tamen non pro raris venditari. Quoad *ſecundam*: Experientia nos docuit, titulum libri rariſſimi & ubivis fruſtra quæſiti in Catalogo unius vel alterius Bibliopolæ, qui ipſe raritatis immemor aut inſcius eſt, quandoquidem apparere poſſe, cujus unicum forte fortuna exemplar cum aliis nullius pretii ſcriptis in manus ejus incidit. SAM. ENGEL.

VI. Libri rari non ſemper ſunt optimi, aut digni, qui legantur; quinimo nonnunquam ſunt peſſimi. Sæpiſſime liber malus, ac inutilis, ob ſolam raritatem in pretio eſt.

A raritate libri argumentum de præſtantia ejusdem minime petendum eſt. CLERICVS *Bibl. Ancien. & Moderæ.* Tom. VII. p. 3. & in *Præfatione Artis Criticæ* edit. An. 1712. non inepte judicat, raros libros raro eſſe præſtantes, & ob id ipſum raros fieri ſolere, quod ſint minus erudite ſcripti. Conf. HEVMANNVM in *Conſpect. Reipubl. Literar.* Cap. VI. §. II. item *Beyträge zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache*, Tom. VII. p. 492. ubi exemplis probatur: "daſs die "Seltenheit eines Buches öfterer ein Zeichen eines "ſchlechten als eines ſonderbaren Werths ſey." Hinc in *Biblioth. Angl.* T. XIV. p. 194 ſqq. lepide ii exagitantur, qui libros tantum raros conquirunt, & ſtudioſiſſime ſibi comparant.

AXIO-

AXIOMATA SPECIALIA.

Rari & rariſſimi omnium recte ſentientium judicio ſunt:

I. Libri ab artis typographicæ primordiis ad annum usque 1500. typis exſcripti. Non falluntur, qui vel ipſis MStis rariores habent hujus generis libros. Cauſa raritatis tum hominum incuria eſt & neglectus, tum præcipue exiguus impreſſorum exemplarium numerus. Pauciſſima ſaltem exemplaria veteres artis typographicæ Magiſtri excudere ſolebant.

Sam. Engel Axiomati huic hanc obſervatiunculam addit: Terminus *ad quem* pro noſtra ſententia non ad initium Seculi XVI. tantum, ſed annum vigeſimum hujus Seculi erit extendendus; imo quadrageſimum indicaremus, niſi Num. III. peculiarem de libris hoc temporis ſpatio excuſis notam ſiſteret. Unumquodque decennium ad Typographiæ primordia proprius accedens, imo decennio primo & ſecundo ſingulum luſtrum, ſingulus annus, maximum editioni addit raritatis pretium. Rari ſunt libri decennio ultimo Seculi XV. excuſi; rariores illi decennii penultimi ſive noni; rariores præcedentibus libri octavi decennii, & ejusdem editiones luſtri prioris inter omnium rariſſimos libros ſunt reponendæ. Decennii vero ſeptimi editiones ſummæ raritatis ſunt, & quantivis pretii.

II. Libri Autorum veterum, editi ſtudio præſtantiorum Seculi XVI. Typographorum, MANVTIORVM, JVNTARVM, STEPHANORVM, GRYPHIORVM &c. Quanta aviditate, quantoque interdum pretio a Belgis, præcipue vero ab Anglis, conquiri ſoleant hujusmodi Autorum priſcorum editiones, docet perilluſtris Zach. Conr. AB UFFENBACH in *Præfat. Tom. II. Bibliothecæ ſuæ.*

De Codicibus in Franciſci STEPHANI officina excuſis, charactere ſive Romano ſive Italico, præcipue affirmat Cl. MAITTAIRE Tom. III. *Annal. Typogr.* p. 115. inventu eſſe perraros.

III. Libri LVTHERI & COÆTANEORVM, Reformationis tempore luci publicæ commiſſi, interque hos præprimis editiones *Bibliorum Lutheri* ante ann. 1545. excuſæ.

IV. Libri in privatis Typographiis excuſi, nec unquam juris publici facti.

V. Libri in terris peregrinis & diſſitis locis impreſſi, nobisque vix ſaltem titulo tenus noti.

Hujus generis ſunt: Libri *Alepi in Syria ſumtibus Athanaſii, Græcorum Antiocheni Patriarchæ*, anno 1706 ſqq. impreſſi, qui recenſentur in *Merckwürdigkk. Biblioth. Dresd.* Tom. I. p. 203. Libri in Provinciis Valachiæ & Moldaviæ,

Jaſſi

Jassi & Buchoresti græce impressi; vid. Henr. Benzelii *Syntagm. Dissert.* Tom. I. p. 269. Libri *Constantinopoli* A. 1730 sqq. excusi, & plures alii hinc inde a nobis etiam indicati.

VI. Libri, scriptorum corruptorum, truncatorum ac depravatorum incorruptas, non castratas, & intemeratas editiones exhibentes.

VII. Libri Magistratuum cura vel fisco addicti, vel æternis mancipati tenebris, vel flammis etiam ultricibus traditi; quia vel Religionem offendunt & bonos mores, vel Reipublicæ etiam rationes ac commoda turbant.

At vero Confiscationem libros non semper rariores facere, sed sæpius etiam frequentiores & communiores, experientia docet. Nam nitimur in vetitum, semper cupimusque negata. Non illepide scribit Menagivs: "*Defendez "moi, l'on me lira.* Je dis cela de la plûpart "des livres dont on defend le debit; car assu- "rement on ne les lit, que parce qu'ils sont "défendus, quoi qu'ils ne vaillent pas quelque "fois la peine d'être lûs." vid. *Menagiana* Tom. IV. p. 95.

IIX. Libri, quos vel adversa fata Vulcani, aut Neptuni, vel Privatorum nonnullorum industria, infeliciter, ac studiose suppresserunt.

IX. Libri, in Controverſiis Principum ac Magnatum, imo & Privatorum, editi, quos *Deductiones Hiſtoricas* appellamus. Moris enim eſt, hujuscemodi ſcripta Genere & Dignitatibus in Aula eminentibus diſtribuere, non autem Bibliopolis committere.

Huc refer *les Factums*, id eſt, Acta judicialia de certo quodam Caſu ſive Facto, cujus notitiam exactiorem habere perpaucorum intereſt, in Gallia typis exſcribi ſolita. Pertinent huc etiam Scripta Eruditorum *eriſtica* & *antagoniſtica*. Conf. HEVMANN. *Conſpect.* C. VI. §. 27.

X. Libri, quorum perpauca ſaltem exempla typis ſunt expreſſa. Cujus rei cauſa interdum ambitio eſſe poteſt; interdum ſumtuum moleſtia, quando nimirum propriis Autor ſumtibus librum exſcribit.

XI. Libri maximi ac voluminoſi, qui a paucis ob molis magnitudinem comparari, & ob prægrande pretium vix alio quam publico ære redimi poſſunt.

Cujusmodi ſunt *Acta Sanctorum*, *Corpus Hiſtoriæ Byzantinæ*, *Theſaurus Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ*, *Hortus Malabaricus*, Tomis XII. cum Figg. æn. nitidiſſ. *Antiquité expliquée & repreſentée en Figures par Bern.* de Montfaucon, *avec les Supplemens*, Tomis XV. & centum alii, qui

qui pretio magis quam raritate censentur. De pretio prioris hæc habet Illustris DE LVDEWIG *in Gelehrten Anzeigen* Tom. III. p. 8: "Weil "die ACTA SANCTORVM jetzt schon an die "500. Rthlr. zu stehen kommen, da sie kaum, "in fast 50. Jahren, noch über die Hälfte fer- "tig, kan ein jeder leichtlich die Rechnung "machen, dass diese wohl das allertheuerste "Buch werden müssen, welches noch jemahls "in der Welt gewesen."

XII. Libri minimi paucarum plagularum, qui ob pretii molisque exilitatem, ubi aliquot annorum ætas intercesserit, oculis se nostris subducunt, & elabuntur manibus; adeo ut difficillime ac nullo parari pretio possint.

XIII. Libri, quorum argumentum non nisi ab exiguo Eruditorum grege capitur & magni fit; quorumque exempla decursu temporis a Bibliopola aut divendita sunt, aut propter neglectum dilacerata, non succedente ob metum paucitatis emtorum editione nova.

XIV. Libri ea de materia (per se nobili) tractantes, quam pauci scribendo persecuti sunt, inter rarissimos censendi sunt.

Celeberrimi Editores *der Hamburgischen vermischten Bibliothec* Tom. III. p. 459. istud criterium

rium addendum ſuadent his verbis: "Non ma-"le, ſi quid judicamus, acturus eſt Jo. Vog-"tius, ſi in ſua, quam jam ab aliquo temporis "ſpatio parare ſcimus, repetita *Catalogi Hiſto-"rico-Critici Librorum rariorum* editione, in "Proœmio, inter reliquas Librorum rariſſi-"morum Notas & hanc interſerat: *Libri "ea &c.*„

XV. Libri ſine die & conſule editi fere omnes rari ſunt.

Cl. SAMVEL ENGEL noſtris hoc Axioma adjungit. Sed pace doctiſſimi Viri criterium iſtud non ſine cauſa in dubium vocamus. Patitur enim nimis multas objectiones. Hinc juſtum & adæquatum raritatis criterium dici non poteſt.

Scripto-

Scriptores,

qui vel ex instituto de libris rarioribus exposuerunt, vel aliud agentes raritatem librorum indicarunt, vel saltem unius alteriusve libri rarioris notitiam dederunt, & hinc frequentius a nobis allegati.

Joach. Ernesti BERGERI Diatribe de libris rarioribus, horumque notis diagnosticis. Editio 2. *Berol.* 1729. in 4. pl. 4.

Augusti BEYERI Memoriæ Historico-Criticæ Librorum rariorum. *Dresdæ & Lipsiæ* 1734. in 8. *Ejusdem* Arcana sacra Bibliothecarum Dresdensium. *Dresdæ* 1738. in 8. *Ejusd.* Arcana Bibliothecarum Dresdensium. Continuatio I. Præmissa est Epistola de Bibliothecæ Regio-Electoralis Præfectis demortuis. *ibid.* 1738. in 8.

Jo. Ludovici BVNEMANNI Catalogus MStorum, item librorum impressorum rarissimorum pro adsignato pretio venalium. *Mindæ* 1732. in 8. maj.

CATALOGVS Bibliothecæ ANONYMIANÆ. *Hagæ Comit.* 1728. 8.

CATALOGVS Bibliothecæ ANONYMIANÆ, in quo libri rariores recenſentur, una cum Notis literariis. *Norimbergæ, apud Joann. Adamum Schmidium*, 1738. in 8.

CATALOGVS omnis generis Librorum in quavis Facultate, & in variis linguis exquiſitiſſimorum. Hi libri publice diſtrahendi venum exponentur d. 11 ſqq. Novembr. 1743. in ædibus Petri Mortier. *Amſtelodami* 1743. in 8. maj. II. Tomi.

CATALOGVS *Librorum rariſſimorum, quorum publica Halberſtadii* 1746. *fiet ſubhaſtatio. Notulas literarias adjecit ac præfatus eſt* Fr. Wilh. Eichholtz. in 8.

CATALOGVS duarum inſignium Bibliothecarum Guil. van Heukelom, & Jacobi Akersloot, per Adrianum Moetjens. *Hagæ* 1730. in 8.

CATALOGVS Bibliothecæ MENCKENIANÆ ab Ottone & Joanne Burchardo collectæ. Editio altera longe emendatior. *Lipſiæ* 1727. in 8.

CATALOGVE de la Bibliotheque de feu ſon Excellence Marquis de S. PHILIPPE. *à la Haye* 1726. in 8.

CATALOGVS Bibliothecæ SCHALBRVCHIANÆ. *Amſtelod.* 1723. in 8. maj.

CATA-

CATALOGVS universalis Bibliothecæ UFFENBACHIANÆ Librorum tam typis quam manu exaratorum. Tomi IV. *Francof. ad M.* 1729. 1730. 1731. in 8. IV. Voll.

Joannis Christophori COLERI Anthologia, sive Epistolæ varii argumenti ad illustrandam potissimum Historiam Ecclesiasticam & Literariam comparatæ. *Lipsiæ* 1725 sqq. in 8.

Theodori CRVSII Dissertatio de libris perraris legitur *in den Vergnügungen müßiger Stunden*, P. XV. p. 185 sqq. & p. 239 sqq.

Samuelis ENGEL Bibliotheca selectissima, sive Catalogus Librorum in omni genere scientiarum rarissimorum, quos nunc venum exponit. *Bernæ* 1743. in 8. maj.

ESSAIS de Litterature pour la connoissance des Livres. *à la Haye* 1703. in 12. MORLIERIVM Doctorem Sorbonnicum Autorem esse constat.

Joannis FABRICII Historia Bibliothecæ suæ. Pars I-VI. *Wolffenbutt.* 1718-24. in 4.

Lenglet DV FRESNOY Anweisung zur Erlernung der Historie, nebst einem vollständigen Verzeichniss der vornehmsten Geschicht-Schreiber, in dieser Uebersetzung mit sehr vielen neuen Artikeln und Anmerckungen vermehret von Jo. Burch. MENCKEN. *Leipz.* 1718. in 8.

Daniel GERDES, *Theolog. Doct. & Profeſſ. P. in Univerſitat. Groning.* Florilegium Hiſtorico-Criticum Librorum rariorum, cui multa ſimul ſcitu jucunda interſperguntur, Hiſtoriam omnem literariam, & cumprimis Reformationis Eccleſiaſticam illuſtrantia. *Groningæ* 1740. in 8. Idem *Florilegium* legitur etiam in *Miſcellaneis Groninganis* Tom. II. p. 643-706. Tom. III. pag. 65-155. ſub titulo: *Spicilegium Librorum quorundam rariorum in Catalogo* VOGTIANO *omiſſorum.*

Jo. Chriſtian GOETZEN Merckwürdigkeiten der Königlichen Bibliothec zu Dresden, ausführlich beſchrieben und mit Anmerckungen erläutert. Erſter Band. *Dresden* 1743. Zweeter Band. *ibid.* 1744. Dritten Bandes erſte Sammlung. *ibid.* 1746.

Hieronymi Auguſti GROSCHVFII *Præfatio de Libris rarioribus* legitur in *Faſciculo I. novæ Librorum rariorum Conlectionis, Halæ* 1709. in 8. editæ.

HAMBVRGISCHE vermiſchte Bibliothec, worinnen zur Aufnahme der Wiſſenſchaften, Künſte und Sprachen allerhand neue Entdeckungen und Gedancken mitgetheilet werden. I. II. und III. Band. *Hamburg.* 1743-1745. in 8. maj.

Nicol.

Nicol. Franceſco HAYM Notizia de Libri rari nella Lingua Italiana; diviſi in quatro parti principali: cioe Iſtoria, Poeſia, Proſe, Arti e Scienze. *In London, per Giacob Tonſon, e Giovanni Watts*, 1726. in 8. pl. 26.

Chriſtophori Auguſti HEVMANNI Conſpectus Reipublicæ literariæ, ſ. Via ad Hiſtoriam literariam, Juventuti ſtudioſæ aperta. Editio 5. *Hanoveræ* 1746. in 8. Capite VI. §. XXVII. ſqq. *Ejusdem* Acta Philoſophorum. Partes XIIX. *Halæ* 1715-1726. in 8.

Michaël LILIENTHALS Exegetiſche Bibliothec, das iſt, Verzeichniſs und zulängliche Beſchreibung der dahin gehörigen Schriften, welche in ſeinem Bücher-Vorrath befindlich ſind. *Königsberg* 1740. in 8. *Ejusdem* Theologiſche Bibliothec. *ibid.* 1741. in 8. *Ejusd.* Preuſſiſche Zehenden allerhand geiſtlicher Gaben von mancherley in die Gottes-Gelahrtheit, Kirchen- und Gelehrten-Geſchichte laufenden Materien. Erſter Band. *Königsberg* 1740. Zweeter Band. *ibid.* 1742. Dritter Band. *ib.* 1744. in 8.

Jaques LE LONG Bibliotheque Hiſtorique de la France, contenant le Catalogue de tous les Ouvra-

Ouvrages tant imprimés que Manuscrits, qui traitent de l'Histoire de ce Royaume, ou qui y ont rapport; avec des Notes Critiques & Historiques. *à Paris* 1719. In Notis raritas librorum sedulo annotatur.

Michaël MAITTAIRE Annales Typographici ab Artis inventæ Origine ad ann. M DC LXIV. Editio nova auctior & emendatior. Tomus I. *Amstelodami* 1733. Tomus II. *Hagæ* 1722. Tom. III. *ibid.* 1725. in 4. maj.

Friderici Otton. MENCKENII Miscellanea Lipsiensia Nova ad incrementum Scientiarum. Tomus I. *Lipsiae* 1742. Tomus II. *ibid.* 1743. Tomus III. *ibid.* 1744. Tom. IV. *ibid.* 1745. in 8.

Jo. Christophori MYLII Memorabilia Bibliothecæ Academicæ Jenensis: Sive Designatio Codicum manuscriptorum in illa Bibliotheca & Librorum impressorum plerumque rariorum. *Jenæ* 1746. in 8.

OBSERVATIONES selectæ ad rem literariam spectantes. Tomi X. *Halæ* 1700 - 1707. in 8.

Jacobi

Jacobi Friderici REIMMANNI Hiſtoriæ literariæ exotericæ & acroamaticæ Particula, ſive de Libris Genealogicis vulgatioribus & rarioribus Commentatio. *Lipſiæ & Quedlinburgi*, 1710. in 8. *Ejusdem* Catalogus Bibliothecæ Theologicæ Syſtematico - Criticus, in quo Libri Theologici in Bibliotheca REIMMANNIANA extantes recenſentur. *Hildeſiæ* 1731. in 8. *Ejusd.* Bibliotheca Hiſtoriæ literariæ Critica eaque generalis, hoc eſt, Catalogi Bibliothecæ REIMMANNIANÆ Tomus II. *ibidem* 1739. in 8. *Ejusdem* Acceſſiones uberiores ad Catalogum Bibliothecæ Theologicæ editæ a *Jo. Wilhelmo* REIMMANNO, *Filio. Brunſuigæ*, 1747. in 8.

Mr. DE SALLENGRE Memoires de Litterature. Tom. I. *à la Haye* 1715. Tom. II. *ibidem* 1717. in 8.

Jo. Georgii SCHELHORNII Amœnitates literariæ, quibus variæ Obſervationes, Scripta item anecdota, & rariora Opuſcula, exhibentur. Tomi XIV. *Francofurti & Lipſiæ* 1725 - 1731. in 8. *Ejusdem* Amœnitates Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Literariæ. Tomus I. *Francofurti & Lipſiæ* 1737. Tomus II. *ibid.* 1738. in 8.

Jo.

Jo. Henrici A SEELEN Selecta Literaria. Editio secunda novorum Speciminum Pentade Accessionibusque aliis aucta. *Lubecæ* 1726. in 8.

Georgii SERPILII Verzeichniss rarer Bücher. III. Stücke. *Franckfurt und Leipzig*, 1723. in 8.

Richard SIMON Nouvelle Bibliotheque Choisie, où l'on fait connoître les bons livres en divers genres de Literature, & l'usage qu'on en doit faire. Tom. I. & II. *Amsterdam* 1714. in 8. *Ejusdem* Bibliotheque Critique ou Recueil des diverses Pieces Critiques par Mr. DE SAINJORE. Tomes IV. *à Paris* 1708-1710. in 8.

Theophili SINCERI Nachrichten von lauter raren und alten Büchern. Erster und zweeter Band. *Franckfurt und Leipzig*, 1731 sqq. in 8. maj. *Ejusdem* Bibliotheca Historico - Critica Librorum Opusculorumque variorum & rariorum; oder Analecta von lauter alten und raren Büchern. *Nürnberg* 1736. in 8. *Ejusd.* Thesaurus Bibliothecalis, darinnen eine accurate Verzeichniss und gründliche Nachricht von alten und neuen raren Büchern. Vier Bände. *Norimbergæ* 1738 sqq in 4. Virum Cl. Georgium

gium Jacobum SWINDELIVM latere ſub iſta larva, & horum Librorum eſſe Autorem, non ſine cauſa ſuſpicamur. B. Jac. Fridericus Reimmannus in *Acceſſionibus ad Catalog. Biblioth. Theolog.* p. 292. ſcribit: " Nos " G. G. Zeltnerum Autorem *Theſauri Bibliothecalis* eſſe " auguramur. „

Gottlieb STOLLEN kurtze Nachricht von den Büchern in ſeiner Bibliothec, und deren Urhebern. *Jenæ* 1733 ſqq. in 4.

Burchardi Gotth. STRVVII Bibliotheca Antiqua publicata. *Jenæ ſumtibus Jo. Bielckii*, 1705. & 1706. in 4. Idem liber emtoribus denuo oblatus eſt ſub titulo *Theſaurus variæ eruditionis, ex Scriptoribus potiſſimum Sec. XVI. & XVII. collectus. Jenæ* 1710. in 4.

Burch. Gotth. STRVVII Bibliotheca Hiſtorica ſelecta emendata & copioſe locupletata a Chriſtiano Gottl. BVDERO. *Jenæ* 1740. 8. maj. Raritas librorum diligenter adnotatur.

Chriſtiani THOMASII Summariſche Nachrichten von auserleſenen mehrentheils alten in der THOMASISCHEN Bibliothec vorhandenen Büchern. I. - XXIV. Stück. *Halle und Leipzig*, 1715-1718. in 8.

Jo.

Joh. Christophori WENDLERI Dissertatio de variis raritatis Librorum impressorum Causis. *Jenæ* 1711. in 4. plag. 7.

Andreæ WESTPHALI Epistolæ II. ad Fratrem Christophorum Westphalum, quibus Libri publica Autoritate combusti recensentur. *Sedini* 1709. & 1710. *Ejusdem* Dissertatio exhibens Centuriam Librorum publica Autoritate combustorum. *Gryphsw.* 1713. Hæc WESTPHALIANA propter raritatem hactenus se oculis meis subduxerunt.

Petri

Petri ABAELARDI, & *Æloisæ Conjugis ejus*, Opera, ex MS. Cod. Franc. Amboesii cum ejusdem præfatione apologetica, & censura Doctorum Parisiensium. *Paris.* 1616. in 4.

Libris rarissimis adnumeratur tum alibi, tum in *Bibliotheca Anonymiana*, P. II. p. 38. Uberiori Scriptorum in isthac collectione contentorum enarratione defungitur Jo. Albertus Fabricius *in Bibliothecæ mediæ & infimæ Latinitatis* Libr. XV. p. 689. sq.

Petrus de ABANO, v. *Petrus* APONENSIS.

Petri de ABAVNZA ad titulum decimum quintum de Sagittariis, Libro quinto Decretalium Prælectio. *Hispali*, apud *Ludov. Estupinnam*, 1627. in 4. cum fig. æn. pp. 87.

Infrequens scriptum, in quo varia Scripturæ S. dicta, selectissima quoque Auctorum profanorum loca cumulatim afferuntur & illustrantur, nec figuræ æneæ & nummi eo pertinentes parcius adduntur, recensetur in doctissimi Augusti Beyeri *Memoriis Librorum rariorum*, p. 13. sqq.

Gio. Francesco ABELA Malta illustrata, overo della descrizione di Malta, Isola nel mare Siciliano, con le sue Antichita, ed altre Notizie. Libri IV. *in Malta* 1647. in fol. cum fig.

Opus pereruditum, in quo differitur de Insulæ Melitæ, sive Malthæ, antiquitate, colonis, locis habitatis, antiquitatibus, ruinis, templis, sacris, statu politico & ecclesiastico, variis dominis, nobilibus familiis aliisque. Ast inventu non solum extra Italiam, sed & in ipsa Italia rarissimum, docentibus Christiano Gryphio *de Scriptoribus historiam Sec. XVII. illustrantibus*, p. 478. Nic. Francesc. Haym *in Notizia de' Libri*

rari nella lingua Italiana, p. 77. & *Catalogo Biblioth.* Mencken. p. 296. Nuperrime illud a Jo. Ant. Seinero ex Hetruſco in ſermonem latinum translatum edidit Cl. Petrus Burmannus *in Theſauri Antiquitatum & Hiſtoriarum Siciliæ* Tom. IV. v. *Acta Eruditorum* 1725. p. 486.

Nicolai ABRAMI, *e Societ. Ieſu, in Univerſitate Muſſiponti ſacrarum Literarum Interpretis*, Pharus Veteris Teſtamenti, ſive ſacrarum Quæſtionum Libri XV. Quibus acceſſerunt ejusdem Auctoris de Veritate & Mendacio Libri IV. *Pariſ. ſumtibus Jo. Joſt*, 1648. in fol.

De raritate & infrequentia hujus Libri, cujus ſatis amplam notitiam habes in Jo. Chriſt. Coleri *Anthologia* Tom. I. p. 348. ſq. conſentiunt eruditi. v. Theophili Sinceri *Sammlung von alten und raren Büchern*, T. II. p. 1. ſqq. *Bibliotheca Anonymiana, Norimb.* 1738. in 8. edita, p. 4. ſq. Daniel Gerdes *Florilegium Librorum rariorum* p. 2. Idem dicendum eſt de *Notis* hujus Jeſuitæ *in Metaphraſin Nonni, Pariſ. ap. Steph. Cramoiſi*, 1622. in 8. Cæterisque ejus ſcriptis, quæ omnia rara ſunt, pauciſſimisque cognita. Catalogum iſtorum exhibet Petrus Bælius *in Dictionario Hiſtoric.* qui tamen cauſam raritatis ſe neſcire fatetur. "C'eſt une cho-"ſe, inquit, aſſez étrange, que *Nicolas Abraham* ayant été un "Auteur de diſtinction, il ait été ſi peu connu dans les pais "étrangeres." In *Catalogo Bibliothecæ* Heinſianæ Tom. II. p. 6. n. 128. *Nicolai Abrami Commentarius in Orationes Ciceronis Pariſ.* 1631. in fol. divenditus fuit pretio fere 17 florenorum.

ABREGÉ des Mathematiques in uſum Majeſtatis Imperialis univerſæ Ruſſiæ adornatum. Tomis II. *Petropoli, typis Academiæ Imperialis Scientiarum*, 1728. in 8. Chart. Auguſt.

Libri hujus viginti quinque ſaltem exemplaria fuiſſe impreſſa aſſeritur in *Actis Eruditorum*, A. 1728. p. 289. ſeq. Quam tamen relationem nos, non ſine cauſſa, in dubium vocamus; præſertim cum ſciamus Hamburgi in unico, utut inſtructiſſimo, Bibliopolio Kiſneriano, nunc Heroldiano, Librum

brum hunc vice plus ſimplici extitiſſe. Hinc certum, fuiſſe illum alicubi in Germania, retento titulo editionis Petropolitanæ, recuſum.

Seigneur des ACCORDS Bigarrures, & Touches, avec les Apophtegmes du Sr. Goulard, & les eſcraignes Dijonnoiſes. *à Paris* 1614. in 12.

Opus obſcœnum & laſcivum, de quo ſatis copioſe commentatur P. Bayle *Dictionair.* art. *Etienne Tabourot Seigneur des Accords.* Prima editio prodiit *Pariſ.* 1582. ut vult Bælius, qui uſus eſt editione *Pariſ.* 1614. Eſt nobis ad manus editio emiſſa *à Poitiers par Jean Bauchu* 1609. in 12. Judice Jo. Frid. Reimmanno in *Catalog. Biblioth.* Tom. II. p. 773. vix aliunde commentari poteſt hic Accordii *Libellus Variorum*, prout in Carmine quodam præeunte ſalutatur, quam a ſola *raritate.* Siquidem totus ſeveritate deficitur, affluitque rebus & vocibus ludicris, obſcœnis, frivolis, ipſisque gerris Siculis vilioribus, & ſoli ſtercutio relinquendis.

Lucæ D'ACHERII Spicilegium veterum aliquot Scriptorum, qui in Galliæ Bibliothecis latuerant. *Pariſiis* 1655. ſeqq. XIII. Voll. in 4.

Opus egregium, ſed rariſſime olim obvium, *Pariſiis* ab A. 1655. usque ad A. 1677. XIII. Tomis editum. De pretio & raritate horum Voluminum hæc Jo. Petr. Ludewig in *Reliquiis MStor.* T. I. præfat. p. 120. "Hic liber nunc "maximi fit, pretiumque habet centum fere imperialium; "ſed ego mallem tot aureis carere, quam his Voluminibus.„ Hac de cauſſa inductus L. Fr. Joſ. de la Barre novam editionem ſuſcepit, quæ prodiit hoc rubro: *Spicilegium, ſive Collectio veterum aliquot Scriptorum, qui in Galliæ Bibliothecis delituerant, olim editum opera atque ſtudio D. Lucæ d'*ACHERII, *Presbyteri ac Monachi Ordinis S. Benedicti, Congregationis S. Mauri, nova editio priori accuratior, & infinitis prope mendis ad fidem MSS. Codicum, quorum varias lectiones V. C. Stephanus Baluze, ac R. P. Edmundus Martene collegerunt, expurgata per Lud. Franciſc. Joſeph. de la* BARRE, *Tornacenſem, Pariſiis ap. Montalant.* 1723. in fol. III. Tom. Multis quidem nominibus ordinatior, caſtigatior & melior eſt hæc editio repetita; ſed omiſſa etiam

quædam sunt, & immutata, ut ideo priori etiam editioni in charta maxima, typis luculentis excusæ, & inde a septuaginta annis citatæ, pretium adhuc aliquod statuendum : eo magis quia ordo in recentiori mutatus, atque paginæ nec in margine additæ, omitto typos minutiores in folio visui munus forti non arridere. Quæ in singulis Spicilegii Tomis prioris editionis continentur, satis diligenter ac copiose recenset Thom. Ittigius *de Biblioth. ac Caten. Patrum* p. 166. sqq. De nupera novissima lege, si placet, *Journal des Sçavans*, 1724. T. II. p. 99. sqq.

Valentis ACIDALII Epistolarum Centuria I. Cui accesserunt : 1) Epistola apologetica ad Cl. Virum Jacobum Monavium, 2) Oratio de vera Carminis Elegiaci natura & constitutione. Edita cura *Christian.* ACIDALII *Fratris. Hanoviæ, typ. Wechelian.* apud *Claudium Marnium* & *Hæredes Jo. Aubrii*, 1606. in 8.

Libris rarissimis adnumeraturæ recensetur a Theophilo Sincero *de Libr. rarior.* Tom. II. p. 216. sq. & data opera a Viro Cl. Frid. Chr. Lesserο in *Biblioth. mixta Hamburg.* T. III. p. 385. sqq.

Gabrielis ACKELEYE XXV. Exercitationes, sive Politico-Philologici Discursus in Librum Corn. Taciti de Moribus Germanorum veterum. Ad Sereniss. Potentiss. Christianum IV. Daniæ & Norweg. Regem. *Soræ, typ. Henr. Knesii, Acad. Typograph.* 1646. in 8. pl. 15½.

Raritas Libelli his verbis celebratur *in Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen* 1743. p. 475. sq. "Wir müs-"sen dem Leser ein Werkgen bekannt machen, das die we-"nigsten kennen, und, so viel wir wissen, so gar alle diejе-"nigen, so die Ausgaben und Erläuterer dieses sonst be-"kannten Buches des Taciti *de Moribus Germanorum* erzeh-"len, auch selbst unser berühmte Herr Fabricius über-"gangen haben. "Sequitur deinde uberior Libri rarioris enarratio, qui Jo. Alberto Fabricio minime fuit incognitus. v. *Bibliotheca latina* T. I. p. 474. T. II. p. 752.

Ema-

Emanuelis ACOSTAE Rerum a Societate Jesu in Oriente gestarum ad an. usque 1568. Commentarius. Acc. de Japonicis rebus Epistolarum Libri II. *Dilingæ* 1571. in 8. *Colon. 1573.*

Non ubivis obviis adnumerandum esse hunc Librum per literas me docuit Jacobus Bruckerus, Vir non in una aliqua seorsim facultate, sed in omnibus generatim disciplinis doctissimus.

Vrielis ACOSTAE Examen Traditionum Pharisaicarum collatarum cum lege scripta contra animæ immortalitatem.

Aperte in rariſſimo hoc Libro immortalitatem animæ impugnat Acosta, summaque impudentia Danielis Prophetæ γνησιοτητα negat, ut vim argumentorum, pro resurrectione mortuorum ex Daniele allatorum, eludat. Prodiit hoc scriptum lingua hispanica, hoc titulo: *Examen das tradiçoens Phariſeas conferidas con a Ley eſcrita, por Vriel* ACOSTA, *Juriſta Hebreo, con repoſto a hum Semuel da Sylva, ſeu falſo Calumniador. Amſtelod. ap. Paul Ravenſtein*, 1624. in 8. Legatur de hac commentatione & ipso Acosta, qui circa annum 1647. in se ipsum explosо sclopeto necem sibi conscivit, Summ. Rev. Jo. Christoph. Wolfius in *Biblioth. hebraic.* T. I. p. 131. sq. T. II. p. 161. T. III. p. 83. 1115. T. IV. p. 774. & Jo. Möllerus in *Cimbria literata* Tom. II. p. 954-957.

ACTA Apostolorum, græco-latine, litteris majusculis uncialibus, ex edit. Thom. Hearne. *Oxon.* 1715. in 8.

Centum saltem & viginti exemplaria hujus Libri excusa fuisse, referunt *nova Litteraria German.* 1716. p. 521. Jo. Christ. Wolfius in *Curis philolog.* T. I. p. 1001. *Acta Eruditor.* 1717. p. 100.

ACTA & Scripta Theologorum Wirtembergensium, & Patriarchæ Constantinopolitani, D. Hieremiæ, quæ utrique ab anno 1576. usque ad ann. 1581. de Augustana Confessione inter se

miserunt, græce & latine ab iisdem Theologis edita. *Vitembergæ*, apud *Hæred. Io. Cratonis*, 1584. in fol. 4. Alph. 5. pl.

Opus rarum & infrequens in auctione Jac. Golii p. 211. pro 17. flor. 5. stuv. divenditum. v. *Biblioth.* Bunemann. *Catalog.* p. 59. Recensetur satis copiose tum ab Rich. Simonio T. I. *Biblioth. Choisi.* p. 284. sqq. tum ab Groschufio in *nova Librorum rariorum Collectione* p. 408. sqq.

ACTA Sanctorum, quotquot in Orbe coluntur, ex Latinis & Græcis, aliarumque Gentium monumentis, servata primigenia veter. Scriptorum, collecta, digesta commentariisque & observationibus illustrata a Jo. Bollando, Godofr. Henschenio, Dan. Papebrochio, Franc. Baertio, Conrado Janningio, Nicolao Rayæo, Jo. Baptista Sollerio, Jo. Pinio, Guilielmo Cupero, & Petro Boschio, e Soc. Jesu Presbyteris Theologis. *Antwerp.* Tomi XXXVI. satis spissi in fol.

Opus grande, voluminosum, & maximo hinc pretio comparandum, imo rarissime obvium. "Man findet auch selten "in Antwerpen ein complet Exemplar, weil sonderlich die "zum Februario gehörigen Volumina meist verlohren ge-"gangen;„ sunt verba Autoris *der gelehrten Zeitungen* 1716. p. 34. *Januarius* mensis absolvitur Tomis II. editis *Antwerpiæ* 1643. *Februarius* Tomis III. *ib.* 1658. *Martius* Tomis III. *ibid.* 1668. *Aprilis* Tomis III. *ibid.* 1675. *Majus* Tomis VII. quorum tres priores *Antwerp.* 1680. duo medii *ibid.* apud *Mich. Cnobarum* 1685. duoque postremi ap. *Cnobarum* 1688. prodiere. *Junius* mensis Tomis VII. quorum Tom. I. *Antwerp.* apud *Thieullier* 1695. ultimus autem apud *Paulum Robyns* 1717. lucem adspexit. *Julius* Tomis VII. quorum postremus *Antwerpiæ* apud *Jacobum du Moulin* 1731. prodiit. *Augusti* mensis IV. jam Tomi prostant commemorantes Acta Sanctorum ad diem XXIV. Augusti. Quid de repetita editione hujus Operis, quam moliuntur Albrizzi & Coleti, Bibliopolæ Veneti famigeratissimi, sperandum, dies ac tempus docebit. Consilium

horum

horum Bibliopolarum copiose exponitur *in den Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen* 1733. p. 549. sqq.

Les ACTES de la Journée Imperiale tenue en la Cité de Regenspourg en 1541. sur les differents, qui sont aujourdhui dans la Religion. 1541. 12.

Opusculum Calvini admodum rarum pauciſſimisque viſum. v. Sam. Engel *Biblioth. Librorum rariſſ.* p. 3.

ACTES de la Conference tenue à Caen, entre Samuel Bochart, & Fr. Veron. *à Saumur* 1630. III. Tomes in 8.

Liber rariſſimus, ex indicio *Catalogi Bibliothecæ* Theod. Haſæi p. 162.

ACTIO in Henr. Garnetum. v. *Henr.* GARNETVS.

Ioannis ADAMI Theatrum Nobilitatis Holſaticæ.

In *Concione funebri* Dan. Bornemanni, qua Virginis Brockdorfiæ manibus eſt parentatum, p. 57. allegatur; oculis Eruditorum autem adeo ſe ſubduxit, ut non deſint, qui illud plane non exſtare ſuſtinere audeant. Jac. Frid. Reimmannus in *Hiſtoria litter. de Libris genealogicis* P. II. p. 193. ſcribit: "Et quidem omnino ad hanc ſcenam (rariorum "ſcil. genealogicorum Scriptorum) referendus eſt Jo. "Adamus, qui *Theatrum Nobilitatis Cimbricæ* erexit, di- "ligenti Scriptorum Cimbricorum rimatori & indagatori "Jo. Mollero in *Iſagog. ad Hiſtor. Cherſon. Cimbr.* P. I. "pag. 209. inviſum atque incognitum. Ac licet probe "conſcius mihi ſim, ab ignorantia Viri hujus ad Scripti "alicujus raritatem non ſtatim valere conſequentiam; - - - "tamen propterea hoc Scriptum Adami in chorum Li- "brorum rariorum admittendum exiſtimamus, quod ab "aliis etiam quam plurimis, qui Scripta ejusmodi ſol- "licite enumerare ſolent, omiſſum iſtud, & quaſi plane non exiſteret, ſilentio præteritum eſſe animadverti- "mus.„ Adſtipulamur omnino ſententiæ Clariſſ. Reimmanni, Adami *Hiſtoriam Nobilitatis Holſaticæ* raram eſſe, imo rariſſimam. Nos ſane magno ſtudio hunc Libellum

Bremæ, ubi excusus est, ostiatim pulsando Eruditorum musea quæsivimus; sed hactenus frustra. Existentiam tamen Scripti in dubium vocare non audemus eodem *in Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen* A. 1732. pag. 840. sqq. omnino Librum hunc oppido rarum exstare sub titulo: *Jo.* ADAMI *Erzehlung und Vorstellung der Geschlechter, Namen, des Ursprungs und Herkommens des Adels in den Fürstenthümern Schleswig-Holstein. Bremen* 1618. in 8. Martinus Lipenius in *Biblioth. philosophica* pag. 93. & 535. recenset *Jo.* ADAMI, qui fortasse idem cum nostro, *Descriptionem Arcis Fridericiburgensis, Hafn.* 1646. in 4. quod Scriptum Jo. Mollero itidem invisum fuit atque incognitum.

Johann ADELFFENS, *Arzt zu Schaffhausen*, Barbarossa, oder eine wahrhaftige Beschreibung des Lebens und der Geschichten Kayser Friederich des Ersten, genannt Barbarossa, erstmals in Latein versammlet aus glaubwürdigen Geschriften und Historien der alten Chroniken, und aber jetzo in deutscher Zungen getreulich bracht. *Strasburg* 1530. in fol. & primum latine *Schaffhausen* 1530. in 8.

De maxima Libri hujus raritate testantur Perillustris Comes de Bünau *in der Vorrede zu dem Leben Friederichs des I.* Christian Gottl. Buderus in *Biblioth. Scriptorum Rerum Germanic.* p 130. & in *Bibliotheca Historic.* Struv. p. 917. Jo. Jac. Moserus in *Biblioth. Scriptorum de Rebus Suevicis* p. 25.

ADJVNCTIO Senatus-Consulto decreta ad novam Conciliorum Collectionem a P. Jo. Harduino confectam; (vel ut rubrum gallicum Operis in duas columnas divisi, duplicique exornati titulo habet: Addition ordonnée par Arret du Parlament pour être jointe à la nouvelle Collection des Conciles, faite par le P. Jean Hardouin, *Jesuite*) *Lutetiæ, in Typograph. Regia* 1722. in fol.

Scriptum hoc latino-gallicum ea ratione impressum est, ut nullum exemplar Conciliorum Harduini sine adjuncta ista censura

censura publica divendere liceret. Verum Regis auctoritate interposita eo deductum statim est, ut pauciſſima ista exemplaria hujus censuræ, quæ nonnisi ſpeciminis loco prelo erepta erant, distrahenda prohiberentur, flammisque traderentur absumenda. v. Magni Cruſii *Diſſertat. epiſtolic. ad Chr. Wormium, Lipſ.* 1728. in 4. p. 31. ſqq.

ADMONITION à Louis XIII. v. ADVERTISSEMENT à Louis XIII.

Jo. ADOLPHSZOON waare Oorſprongk, Voort- en Ondergang des Satans. *Amſtelod.* 1695. in 8.

Auctor Pſeudonymus Balth. Beckero adhuc nocentior & audacior contendens in hoc Scripto, Diabolum nihil eſſe aliud quam pravas hominis cupidines. v. S. Rev. Reimmanni *Hiſt. univerſal. Atheiſmi* p. 480. Latere ſub hac larva Zachariam Webberum, Pictorem Batavum, ſuſpicatur H. L. Benthemius apud Placcium in *Theatro Pſeudonymorum* p. 13. Eſt in Bibliotheca noſtra repetita hujus Libri editio. En titulum: *De waare Oorſpronk, Voort-en Ondergank des Satans: behelzende een buiten gewoone, edog klare, Verhandeling van de vornaamſte plaatſen der heil. Schrift, welke ſyn ſpreckende van den Duivel. Dienende voor een Inleiding tot de Bybelſche Godgeleerdheit in het waare Chriſtendoom. Door Joan* ADOLPHSZ. *Twede Druk, van nieuws overzien. Tot Workum in Frieslandt by Broer Minnes,* 1703. in 8. pagg. 419.

Gio. Battiſta ADRIANI Iſtoria de ſuoi tempi diviſa in Libri XXII. *In Firenze* preſſo *i Giunti* 1583. fol. ed *in Venezia* per *i Giunti* 1587. tre Volumi in 4.

Liber hic continuatio eſt Hiſtoriæ Guicciardianæ, Thuano & Bælio ſatis laudatus, pauciſſimis tamen cognitus, & ipſi Bælio inviſus. Editio tamen prior multo adhuc rarior eſt poſteriori. v. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' Libri rari* pag. 38.

Cornel. ADRIANSEN Hiſtorie, v. HISTORIE van Corn. Adrianſen.

ADVERTISSEMENT à Louis XIII. Roy de France.

Scriptum hoc in Regem maxime injurium prodiit a. 1625. menſe Septembri, uti patet ex Scripto, quod poſſidemus, titulum gerente: *Reponſe au Libelle, intitulé: Admonition à Louis XIII. Roy de France*, 1625. in 8. pagg. 148. Prætor Pariſienſis illud Kalend. Novembr. tanquam pernicioſum, ſceleratum, ſeditioſum, falſis inſimulationibus calumnioſum, Regum, a Deo ordinatorum, Majeſtati, ſaluti peſtiferum, publicæ ſecuritatis perturbatorem, in platea domus urbicæ per capitalium judiciorum exſecutorem lacerari, comburi, ejusque exemplaria, quotquot penes quoscunque fuerint, intra horas 24. ad Actuarium ſupprimenda deferri juſſit, interdixitque, ne quis ea habere, legere, ſervare velit, qui adverſus ea feciſſe argui poſſent, capitis ſupplicio obnoxios ſimul pronuntians. v. Jaq. le Long. *Bibliotheq. Hiſtorique de France* n. 11858. Proſtant nihilominus editiones repetitæ gallice, latine & germanice, quarum titulos integros legendos dedit Cl. Jo. Chriſtoph. Mylius in *Bibliotheca Anonymorum* p. 774. ſq.

AEGIDIVS *Romanus* de Regimine Principum Libri III.

Opus hoc, Caveo in *Hiſtor. litter.* p. 522. teſte, *Romæ* ann. 1472 iterumque *Venetiis* 1598. prodiit; attamen in inſtructiſſimis etiam Bibliothecis fruſtra ſemper quæritur. Morlierius in *Eſſais de Litterature* T. I. p. 189. ſqq. valde quidem hunc Librum commendat, ac ſatis copioſe recenſet; de editionibus tamen omnino ſilet. Exiſtentiam *Romanæ* editionis a. 1472. Cl. Michaël Maittaire in *Annal Typograph.* T. I. p. 322. ed. noviſſ. in dubium vocat, ac ſuſpicatur pro 1472. reponi oportere 1482. recenſens editionem *Romæ* 1482. per inclitum Virum Magiſtrum *Stephanum Plannck de Patavia* d. 9. Maji in fol. excuſam. Idem nos arbitramur de editione *Veneta*, non dubitantes, annum editionis *Venetæ* 1598. apud Caveum permutandum eſſe cum anno 1498. Eo enim anno curata eſt *Venetiis* per Magiſtrum *Simonem Bevilaquam Papienſem* A. D. 1498. in fol. quam editionem uberius enarrat Theophilus Sincerus de *Libris rarior.* T. I. p. 82. ſqq. Verſio Italica a. 1494. *Sevillæ* in fol. impreſſa recen-

recenſetur in Cl. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 573. Verſio Hebraica autem a Jo. Chriſtoph. Wolfio in *Biblioth. Hebr.* T. III. p. 1206. ſq. Dicendum reſtat, Operis tertiam tertii Libri partem, quæ *de re militari Veterum* agit, ex Codice MSto, e Bibliotheca Obrechtina A. 1722. Argentorati divenditа redemto, edidiſſe Sim. Frid. Hahnium in Tom. I. *Collectionum Monumentorum veter. & recent. ineditorum.*

AELIANI variæ Hiſtoriæ Libri XIV. cum Heraclide de rebus publicis, Polemonis, Adamantiique Phyſiognomicis, & Melampode de divinatione ex palpitationibus ac de nævis corporum, græce. *Romæ* 1545. in 4.

Nomen Typographi non adeſt, ſed ſaltem inſigne typographicum, nimirum icon *boni eventus*. Præmittitur autem græca Camilli Peruſci editoris *Epiſtola ad Paulum III. Papam*. Opus inſigniter rarum.

AENEAE *Sylvii Sen.* i. e. *Pii Secundi* Opera omnia, nunc demum poſt corruptiſſimas editiones ſumma diligentia caſtigata, & in unum corpus redacta. *Baſileæ*, ex offic. *Henr. Petri*, 1571. in fol.

Egregie hanc editionem ob raritatem & præſtantiam laudat & commendat Jo. Launojus apud Bunemannum in *Catalogo Librorum rariſſ.* p. 57.

AEQVIVOCATIONIS *Tractatus*, in *Anglia* typis expreſſus, & Blackwelli Archipresbyteri, ac Henr. Garneti ſuffragiis, ut valde doctus & vere pius ac catholicus comprobatus.

Hic Liber ita ſedulo a Jeſuitis ſuppreſſus eſt & occultatus, ut ejusmodi Tractatum unquam in rerum natura extitiſſe negare, & qui illius meminerunt impoſtores vocare audeant. Vid. omnino Iſaaci Caſauboni *Epiſtola ad Ducæum* in edit. *Magdeburgenſi Epiſtolarum* p. 763. Martini Kempii *Bibliotheca Anglorum theologica* p. 364. ſq. Placcius in *Theatro Anonymorum* p. 68. J. G. Schelhornius Tom. II. *Amœnitat.* p. 364. ſeqq.

AGEN-

AGENDE der Gemeine zu Antorf, v. ANTORF.

Scipionis AGNELLI Disceptationes de Ideis, in tres Libros distributæ. *Venetiis* 1615. in 4.

Raritatem hujus Libri agnoscunt Morhofius in *Polyhistor.* T. II. Lib. I. cap. 7. p. 41. Schelhornius in *Amœnitat.* T. V. p. 265. ac alii. Recensetur a Viro eleganter docto Jacobo Bruckero in *Historia philosoph. doctrinæ de Ideis. August. Vindel.* 1723. in 8. p. 78. sqq.

Ven. AGNETIS *Blannbeckin*, quæ sub Rudolpho Habspurgico & Alberto I. Austriacis Impp. Viennæ floruit, Vita & revelationes, Autore anonymo Ord. FF. Min. e Cel. Conv. S. Crucis Viennensis, ejusd. Virginis Confess. Accessit *Pothonis*, Presbyteri & Monachi Celeb. Monast. Prunveningensis, nunc Priflingensis, prope Ratisbonam, Ord. S. B. qui Seculo Christi XII. claruit, Liber de Miraculis sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Utrumque Opusculum ex MSS. Codd. primum edidit R. P. *Bernardus Pez*, Benedictinus, & Bibliothecarius Mellicensis. *Viennæ* apud *Petrum Conrad Monath* 1731. in 8. pp. 456.

Opus hoc jussu Piissimi Imperatoris Viennæ publice confixum est, & exemplaria ad unum fere omnia Bibliopolæ ablata sunt. Caussa pœnæ in Librum hunc statutæ fuit, quia in illo continentur res insulsæ, meram superstitionem redolentes, & ad dedecus Religionis Romanæ facientes. Pertinet huc imprimis cap. 38. & 39. *Vitæ Blannbeckin*, ubi Autor de Heroina sua narrat, "eam aliquando scire desideransse "cum lacrymis & mœrore maximo, ubinam esset præputium "Christi. Ecce vero, in instanti sensisse eam illud, & dul"cissimi quidem saporis, in ore, super lingua vel centies "versatum, quod totidem vicibus deglutiverit, donec tan"dem, cum pelliculam hanc tentaret digito attingere, ea "sponte in guttur descenderit.„ Neque minus huc pertinet cap. 36. *Pothonis*, de quadam Abbatissa imprægnata, quam

quam vero duo Angeli ab B. Virgine Maria missi, obstetricis munus in se recipiendo ab onere graviditatis liberarunt, puerumque extra conjugium natum Eremicolæ, ut per septem annos eum educaret, tradiderunt. v. Hadriani Pontii *Epistola ad amicum*, qua historiam Libri rarioris exponit, qui inscribitur: *Ven.* AGNETIS *Blannbeckin Vita & revelationes*, &c. *adjectæ sunt Pezii & Garellii de hoc Libro Epistolæ. Francof. & Lipsi.* 1735. in 8.

Lionardo AGOSTINO Gemme Antiche figurate. *In Roma* 1686. Tomi II. in 4. Iterum *Romæ* 1702. in 4. Iterumque cum Accessionibus Pauli Alexandri Maffei *Romæ* 1707. Tomis IV. in 4.

Liber rarus & infrequens, præprimis editio prior, quod docet Nic. Franc. Haym *Notiz. de' Libr. rar.* p. 282. his verbis: „Raro, ma molto si stima la prima edizione per „la conservazione degl' intagli in Rame Che furono excel„lemente intagliati dal Galestrazzi.„ De recentissima Maffei editione vide, si placet, *Acta Erudit.* 1714. p. 299 sqq.

Christophori AGRICOLAE, *Rhæti*, Anti-Pistorius, id est, Exceptio prior contra primam thesin dodecamorii Symboli, quod Jo. Pistorius defendendum nuper suscepit Badæ Marchionum. *Francof.* 1590. in 8.

Ejusd. Anti-Pistorianum Propugnaculum, vel Exceptio posterior ad primam theseon Pistorianarum. Acroama Catholicum pro tabulis divini Juris contra Hæreticos Scripturifugas. *Francof.* 1592. in 4.

Hæc Scripta, præprimis posterius, ut lectu dignissima, sed paucis nota, & pauciss imis lecta, Mich. Waltherus *Officin. Biblic.* p. 203. suo jam tempore commendat. Vtriusque notitiam nobis suppeditat B. Jo. Diecmannus apud Placcium in *Theatr. Pseudon* p. 18. 19. nos docens, latere sub larva Christ. Agricolæ *Davidem Schramum*, Gymnasii tunc Evangelici Augustæ Vindelicorum Ephorum.

Henr.

Henr. Cornelii AGRIPPAE *ab Nettesheym, armatæ militiæ Equitis aurati, ac Juris utriusque ac Medic. Doctoris*, Opera in II. Tomos concinne digesta, & nunc denuo sublatis omnibus mendis in *Φιλομασων* gratiam accuratissime recusa; quibus post omnium editiones de novo accessit Ars notoria, ut satis indicat Catalogus post præfationem positus. *Lugduni* per *Beringos fratres*, in 8. Tom. I. habet pagg. 694. Tom. II. pagg. 1156.

Etiamsi editores Beringi in mutilando & castrando Autore satis diligenter fuerint; nihilo tamen minus magno pretio vendi hæc Opera solent. Recensentur satis copiose in *Historia Bibliothec.* Fabric. T. VI. p. 270. ut & in *Bibliotheca* Thomasiana p. 183 sqq. Accurata binorum, quæ ad manus sunt, hujus Libri exemplorum inter se contentio certiores nos reddidit, eundem Librum titulo non immutato repetita vice fuisse excusum; quod ex linearum & typorum inæqualitate facile cuique inspicienti patebit. Imo tertia vice eodem hoc loco eademque forma impressa sunt; reperiuntur etenim exemplaria, quorum in fine Partis II. hoc adjectum legitur: *Lugduni per Beringos fratres, anno 1600.* quod tamen in meis exemplaribus, a se invicem ratione typorum & linearum inæqualitate differentibus, abest. Præter hanc differentiam typorum & linearum alias discrepantias non observavi. Hinc nescio, utrum altera sit plenior vel lacunosior altera. Quod tamen in Tomo II. *Biblioth. Reimmannianæ* asseritur p. 537. his verbis: „H. C. Agrippæ *Opera* „*Lugduni* apud *Beringos fratres* duabus vicibus sunt excusa, „sine mentione anni semel, quæ editio est plenior; & cum „mentione ejus iterum, quæ est lacunosior.„ *Appendix apologetica pertinens ad secundam Corn.* AGRIPPAE *Operum Lugduni editorum partem, Lugd.* 1605. in 8. oculis meis huc usque se subduxit. Cæterum obscœnitate, spurcitia & lascivia non carent, quæ Autor hinc inde affert, inprimis vero in *Declamat. de originali peccato*, ubi inter alia T. II. p. 556: „Serpentem, cujus fraude primi parentes beati-

„tudinem

„tudinem amiserunt, non alium arbitramur, quam sensibi-
„lem carnalemque affectum, imo quem recte dixerimus,
„ipsum carnalis concupiscentiæ genitale viri membrum,
„membrum reptile, membrum serpens, membrum lubri-
„cum, &c.„ Historiam Agrippæ magna diligentia com-posuit S. R. Bruckerus, dignissima quæ legatur in *Historia Critic. Philol.* Tom. IV. p. 386-421.

Henr Cornelii AGRIPPAE de occulta Philo-sophia Liber, 1533. fol.

Editio rarissima, quam haud ita pridem Anglus quidam, Francofurti degens, anxie, quinquaginta imperiales & ultra offerens, sed frustra quærebat. v. Sam. Engel *Catal. Libr. rariss.* p. 4.

Henr Cornelii AGRIPPAE *ab Nettesheym* de incertitudine & vanitate Scientiarum, Declamatio invectiva.

Primores & primitivæ Scripti hujus, satis alias noti, editiones eximiam habent caritatem, & albis corvis sunt rariores. Causa raritatis est, quia in illis plurima leguntur, quæ in posterioribus, & in *Lugdunensi Operum* AGRIPPAE per *Beringos fratres* procurata editione, mala fide plane demta sunt. Exemplum habes in verbis, quæ cap. 64. *de Concubinatu Clericorum* in primitivis editionibus leguntur: „Jam „vero etiam Lenociniis militant - - - gloriatum in con-„vivio quendam Episcopum, habere se undecim millia Sa-„cerdotum concubinariorum, qui in singulos annos illi au-„reum pendant.„ v Thom. Crenius ap Bælium in *Dictionario historico* Art. Agripp. Obs. T. Cui addas velim Cl. Schelhornii *Dissert.* peculiarem *de Latrociniis, quæ in Agrippæ Librum editores Lugdunenses maligne commiserunt*, T. II. *Amœnitat. literar.* p. 513 sqq. Cave tamen credas, Lugdunenses editores *Beringos* esse primos mutilationum & latrociniorum in Agrippæ Libro Autores. Est mihi ad manus editio sine mentione loci & Typographi excusa A. 1544. in 8. itemque alia *Colonienſis* 1598. apud *Ant. Hierat* in 12. In priori pleraque, in posteriori cuncta jam desunt, quæ in *Lugdunensi* desiderantur; ut ideo *Lugdunensis Beringorum* ad posteriorem expressa videatur. Nunc jam de primoribus

& pri-

& primitivis dicendum erit editionibus. *Originalis & omnium prima* Scripti hujus *editio* satis diu incognita fuit Eruditis. Illam jam A. 1530. prodiisse probavit quidem ex *Epistola* quadam Agrippæ Cl. Schelhornius *l. c.* Nemo tamen Eruditorum istam viderat: hinc factum, ut existentia hujus editionis in dubium aliquamdiu fuerit vocata. Donec tandem Cl. Jo. Carolus Opitius, Rector Mindensis Gymnasii, primam hanc & originalem editionem, a Cl. Bunemanno decem imperialium pretio divenditam, describeret *in Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen* A. 1739. p. 610 sqq. Conf. A. 1741. p. 332 sqq. Ipse etiam A. 1742. eandem nactus sum. Constat 1 Alph. 19 pl. in forma, quam vocamus quartam. In fine leguntur duo folia erratorum, quæ hanc habent epigraphem: *Quædam ab ipso Autore post impressionem mutata, & ob male descripti exemplaris errata.* Tunc demum sequuntur in fine: *Jo. Grapheus excudebat anno a Christo nato 1530. mense Septembr. Antw.* *Secunda* Declamationis *editio* A. 1531. in 8. prodiit hac inscriptione: *Henr. Cornelii* AGRIPPAE *ab Nettesheym de incertitudine & vanitate Scientiarum Declamatio invectiva, qua universa illa Sophorum Gigantomachia plusquam Herculea impugnatur audacia, deceturque, nusquam certi quicquam perpetui & divini nisi in solidis Dei eloquiis atque eminentia Verbi Dei latere. Capita tractandorum totius Operis sequens indicabit pagella. Anno 1531. mense Januar.* in 8. Alph. 1 pl. 2. absque loci & Typographi mentione. Et hanc editionem possideo, quam cum priori contuli, & nullam fere discrepantiam observavi; si exceperis editionem *Antwerpiensem* in Capita non esse distinctam, & abesse ab illa Inscriptiones Capitum, quas nostra & posteriores editiones habent. Eodem anno 1531. etiam *Coloniæ* in 8. excusa est Declamatio nostra, quam ego *tertiam* nuncupo *editionem.* Recensetur *in Hamburg. Berichten* A. 1739. p. 495 sqq. Habemus & illam in manibus. In calce legitur: *Coloniæ M. N. excudebat.* Manus ignota exemplari adscripsit: *Melchior Novesianus.* *Quarta* sine dubio est, quam Cl. Schelhornius contulit cum *Lugdunensi*, quæque A. 1532. in 8. absque loci & Typographi indicio prodiit. Recensetur in *Autographis Lutheri* Hardtianis T. I. p. 292. *Hamburg. Berichten* 1740. p. 261. & a Theoph. Sincero T. II. *Libr. rarior.* p. 22 sqq.

Editio-

Editionem A. 1537. in 8. absque mentione loci excusam habet Cl. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* T. III. p. 268. & *aliam de A. 1539.* absque mentione loci *Hamburgisch. Bericht.* 1740. p. 42.

Henr. Cornelii AGRIPPAE *ab Nettesheym, Equitis aurati,* Epistola apologetica ad clarissimum Urbis Agrippinæ Romanorum Coloniæ Senatum, contra insaniam Conradi Cölin de Ulma, Ord. Prædicatorii Monachum. Ex Bonna, 11. Januarii. Edit. *Argentorati* 1535. in 8. pl. 14.

Scriptum hodie rarissimum nominatur a Cl. Jo. Henrico von Seelen in *Selectis litterar.* p. 351. Recensionem & Excerpta lege in *Relatt. innoc.* 1708. p. 593.

Göttschalci AB AHLEFELD Rosarium, sive Liber Agendarum. Parisiis 1512. & Rostochii 1522. in 4. *Ejusd.* Liber Breviarius. Paris. 1512. in 8. *Ejusd.* Diurnale. Paris. 1513. in 12. *Ejusd.* Epistola ad Protodicasterii Spirensis Judicem atque Assessores de Ducatu & Episcopatu Slesvicensi Feudis non Imperii Romano-Germanici, sed Regni Danici. 1526.

Rarissima sunt hæc Scripta omnia, paucissimis visa, ac inventu difficillima, quod mihi indicavit per *litteras* Cl. Noodtius. Conf. *Dänische Bibliothec* P. VI. p. 3. 106. & Autores ibidem citati.

Henr. AINSWORTH Annotations upon the five Bookes of Moses, the Booke of the Psalmes, and the Song of Songs, or Canticles; Wherein the Hebreu words and sentences are compared with and explaind by the ancient Greeke and Chaldee versions, and other Records and Monuments of the Hebreus. *London,* printed by *M. Parsons* for *John Bellamie.* 1639 fol.

Liber rarus, & ab ipsis Anglis anxie, sed conatu fere frustraneo, quæsitus, in Germania vero pauciſſimis obvius. Vid. Wendleri *Diſſ. de Libr. rar.* §. XXIII. Theoph. Sinceri *Nachrichten von alten und raren Büchern* p. 119 sqq. Ex Anglico sermone in Belgicum translatus est a Sibrando Vomelio, V. D. M. Bolswardensi, ac editus *Leowardiæ* apud *Henr. Nautam*, 1690. in fol. quæ editio recensetur in *Actis Eruditorum* 1691. p. 341 sqq. Annotationes vero in Canticum Canticorum etiam germanice versæ prostant *Francofurti* apud *Jer. Schrey*, 1692. in 8.

Lieuwe VAN AITZEMA Hiſtorie of Verhael van Saken van Staat en Oorlog in en omtrent de vereenigde Nederlanden. *In Gravenhag.* in 4. Tomis XIV. T. I. 1657. pagg. 1274. T. XIV. 1671. Addi his & nuncupari solet Tom. XV: Verhael van de Nederlandsche Vreede-Handeling, *Gravenhag.* 1650. 4. & Tom. XVI: Herstelde Leeuw, of Diſcours over't gepaſſeerde in de vereenigde Nederlanden, in't Jaer 1650. ende 1651. door L. v. A. *In Gravenhag.* 1652. in 4.

Recusus quidem est hic Liber *in Gravenhage*, VI. Tomis 1669-1672. in fol. adservari tamen ab harum rerum curiosis prior editio assolet, quippe rariſſima, incastrata, & a Belgis suppressa, de qua Burch. Goth. Struvius ap. Jo. Lud. Bunemannum in *Catal. MStorum & Librorum rariſſimor.* p. 104. inquit: „*Leo* AB AITZEMA ist in verschiedenen „Verrichtungen der Niederländer gebraucht. Weil aber „in seiner ersten Edition vieles enthalten, das die Belgæ „nicht propaliren wollen; so haben sie die Exemplaria alle „mit groſſem Gelde an sich gekauft.„ Plura de hac editione ex omnium confeſſione rariſſima dabunt *Catalogus Hiſtoric.* Fresnejo-Mencken. p. 421. B. G. Struvius in *Bibl. Hiſtoric.* p. 374. Adr. Parsius in *Indice Batavico* p. 113 sqq. Jo. Lud. Bunemannus l. c. qui exemplari suo in nostra nunc extante Bibliotheca pretium statuit 40. talerorum.

Aegidii ALBERNOTII Hiſtoria de Bello administrato in Italia per annos XV. Pontificis Inno-

Innocentii VI. qui Avenione tunc sedebat, Legati & socii insignis Hispanorum Collegii Statuta Collegii Hispanorum Bononiæ, nec non ALBERNOTII Testamentum. *Bononiæ* 1558. in fol.

Liber hic mihi incognitus, extremæ raritatis Scriptum, vocatur in *Catalogue de la Bibliotheque* de Marquis de St. Philippe T. I. p. 166.

Tre Trattati DI ALBERTANO, *Giudice di Brescia*, il primo della Dilezion di Dio e del prossimo, e della forma dell' onesta vita; il secondo della Consolazione, e de Consigli; il terzo delle sei maniere di parlare: riveduti con piu testi a penna, dal Inferigno Accademico della Crusca. *In Firenze* per *i Giunti*, 1610. in 4.

Liber apud ipsos Italos rarissimus. Vid. N. F. Haym *Notizia de Libri rari nella Lingua Italiana* p. 186. Extat etiam latine, qua in lingua Auctor illum ab A. 1235. ad 1246. conscripsit, editus hoc titulo: ALBERTANI, *Causidici Brixiensis, ad institutionem filiorum suorum Liber, de doctrina docendi & tacendi. Cunei, per Mag. Viotum de Dulcis*, 1507. in fol. Vid. *Biblioth* Ambrosianam *cum Not.* Jo. Chr. Wolfii p. 128. 129. Editionis etiam *Daventriensis* 1490. in 4. & *Lipsiensis* 1491. in 4. meminit Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. mediæ & infimæ Latin.* T. I. p. 100.

Leandri ALBERTI de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum Libri VI. Impressi feliciter æneis characteribus *Bononiæ* in ædibus *Hieron. Platonis* 1517. in fol. cum fig.

Liber eximiæ raritatis, &, quantum scio, nunquam recusus.

Joach. ALCARAZII de Theatro Saguntino Librum, *Romæ* 1716.

editum, sedulo occultatum, penitusque suppressum fuisse, ex Emanuelis Martini, Ecclesiæ Alonensis Decani, Libello de *Theatro Saguntino* observant, ac causam suppressionis indicant *Acta Eruditorum* A. 1738. p. 401.

ALCORANI editionem Arabicam *Venetiis* circa A. 1530. opera *Pagnini Brixiensis*, litteris Arabicis

excusam, rarissimam ac pauciſſimis notam esse, nemo mirabitur, quia exemplaria ejus ad unum omnia a Pontifice Romano suppressa sunt & combusta. Hinc factum arbitror, quod Aug. Pfeifferus, Rich. Simon *Novell. Biblioth. Choiſ.* T. II p. 188. Joh. Christ. Wichmanshausen, & alii, in eo hallucinati fuerint, quod existimaverint, Alcoranum Arabicum ante editionem Hinckelmannianam nunquam plane typis fuisse excusum. Vid. *Biblioth. Bremensis* T. VI. p. 271 sqq. & Autores ibi excitati.

L'ALCORANO di Macometto nel quale si contiene la dottrina, la vita, i Costumi e le leggi sue, tradotto nuovamente dall'Arabo in lingua Italiana. *In Venezia* 1547. in 4.

Insignem Italiæ Alcorani versionis raritatem agnoscit, eandemque publicæ suppressioni tribuit V. Cl. J. G. Schelhornius T. II. *Amœnit.* p. 357. Adornavit hanc versionem Andreas Arrivabenius, obtendens illam ex Arabico esse desumtam. Verum aliter longe de hac versione judicavit doctissimus Seldenus in Opere *de succeſſionibus in bona defunct. ad leges Hebr.* cap. I.

ALCORANVS Mahometicus, d i. der Türken Alcoran, Religion und Aberglauben. Erstlich aus dem Arabischen in die italiänische; jetzt aber in die deutsche Sprache gebracht, weiland durch Hrn. Salomon Schweigern, *Predigern zu unserer Frauen Kirchen in Nürnberg*, samt dessen Vorrede. Zum andernmal in Druck gegeben. *Nürnberg*, durch *Sim. Halbmayern*, 1623. in 4. pp. 269.

Altera

Altera hæc est editio, quæ mihi ad manus. Prima *Norimbergæ* 1616. prodiit. Vtraque satis rara est. Equidem Eruditi non adeo præclare de Sweigeriana Alcorani versione sentiunt; interim tamen rara est. Id quod testatur S. Rev. Reimmannus in *Cat. Biblioth.* p. 940. scribens: „Primus est *Schweigerus*, qui Alcoranum in linguam nostram „traduxit, & solus etiam adhuc. Nec ita frequens, ut „omnibus vel visus sit, vel lectione tritus.„ Verba hæc Reimmanni emendari, suppleri, & confirmari possunt ex Jo. Buxtorfii jun. Dissert. *de Alcorani editione arabica variisque ejusdem versionibus*, quæ legitur in *Biblioth. Bremens.* T. VI. ubi Cl. Autor p. 279. de versionibus Alcorani ita disserit: „Primam multis equidem Eruditorum ignotam „invisamque ex italica Arrivabenii versione adornavit & „& edidit Norimbergæ 1616. *Salom. Schweigerus*, quæ, quo „loco sit habenda, inde liquet, quod ex italica versione „illam adornaverit. Secunda versio germanica ex gallica „Ryerii confecta fuit a Jo. Langio, Med. Candidato, qua „de plura equidem non novi. Tertia uti recentissima est, „ita præstantior quoque habetur prima & secunda, eo quod „ex latina Maraccii adornata fuit a *Dav. Nerretero*, Eccle„siaste Norimbergensi, A. 1703.„

ALCORANVS Bibliandri, vid. *Theodor.* BIBLIANDER.

ALCORANVS Franciscanorum.

Prodiit sub hoc titulo anno 1531. scriptum germanicum, quod Erasm. Alberus ἀνονυμως libro *Conformitatum S. Francisci*, de quo infra, oppositi. Recusum postea *Vitembergæ* 1542. in 4. cum præfat. Lutheri: *Der Barfüsser-Mönche Eulenspiegel und Alcoran*; quam editionem integram repetunt Autores *Nov. Antiquor. Theolog.* A. 1717. p. 174 sqq. 360 sqq. & A. 1718. p. 29 sqq. 252 sqq. 726 sqq. Gallico etiam sermone prodiit hac inscriptione ornatum: *L' Alcoran des Cordeliers extrait mot à mot de ce malheureux Livre des Conformitez de S. François &c. imprimé par Conrad Badius* 1560. in 8. immo & latine: *Alcoranus Franciscanorum, Genev.* 1578. in 8. Belgicæ etiam versionis *Dordraci* 1589. editæ meminit Casim. Oudinus T. III. *Commentar. de Script. Eccles.* p. 1175 sqq. C. Ælius in *Dictionar. Histor.*

T. II. p. 1274. J. G. Schelhornius T. III. *Amœnit.* p. 161 sq. Aug. Beyeri *Memoriæ Librorum rariorum* p. 58 sqq.

Bernardo ALDRETE, *Canonigo en la santa Iglesia de Cordoua*, del Origen, y Principio de la Lengua Castellana, o Romance, que oi se usa en Espanna. *En Roma* 1606. in 4. pp. 371. *Ejusd.* varias Antiguedades de Espanna, Africa, y otras Provincias. *En Amberes*, a costa de *Juan Hasrey*, 1614. in 4. pagg. 640. cum fig. In fine legitur: *Antwerpiæ, typis Gerardi Wolschatii, & Henrici Aertsii.*

Libri eximiæ raritatis & præstantiæ, imprimis posterior, uti indicatur a Joh. H. von Seelen in *Memoria Stadenian.* p. 324. & *Selectis Liter.* p. 15. *Merckwürdigk. Bibl. Dresd.* Tom. I. p. 401 sqq. & S. R. Moshemio in *Notis ad Morhofium de pura dictione* p. 31.

Ulyssis ALDROVANDI Museum metallicum, *Bononiæ*, apud *Jo. Bapt. Ferronium*, 1648. in fol. cum fig.

Rarissimum est, & præter Metallorum naturam, horum etiam diversas species describit. Vid. Lud. Mart. Kahlius in *Bibliotheca Philosophica Struviana emendata & continuat.* Tom. I. p. 441.

Philippi ALEGAMBE Bibliotheca Scriptorum Societ. Jesu, vid. Societatis JESV Bibliotheca Scriptorum.

Marquis DE ALEGRETE *Manuel Tellez de Sylva*, Collecçam dos Documentos e Memorias da Academia Real, da historia Portugueza. *Lisboa* 1721-1725 in fol. V. Tomis.

Opus rarissimum, de quo in *Catalog. Biblioth.* Marquis de S. Philippe T. I. p. 252. hæc leguntur: „Ces Memoi„res ne se vendent point, & se distribuent parmi les Aca„demiciens, de sorte qu'ils sont très rares, même à Lis„bone n'y en ayant que fort peu d'imprimés.„ Recensetur in *Actis Eruditorum* A. 1727. p. 1 sqq.

Matteo

Matteo ALEMANNO *di Siviglia* Vita del Picaro Gusmanno d' Alfarace, osservatore della vita humana; tradotto dalla Lengua Spaguola nell' Italiana da Barezzo Barezzi Cremonese. *In Venezia*, presso il *Barezzi* 1629. Parti II. in 8.

Egregius Liber, qui licet pluries recusus, nihilo tamen minus rarior factus est. Satis ejus copiosam suppeditat notitiam doctiss. Urbanus Godofr. Siberus in *Commentat.* doctissima *de illustribus Alemannis* p. 134 sqq. & ex eo Theoph. Sincerus *in Nachrichten von raren Büchern* T. I. p. 121 sqq.

Nicolai ALEMANNI de Lateranensibus Parietinis ab Illustriss. & Reverendissimo Domino D. Francesco Card. Barberino restitutis, Dissertatio historica. *Romæ*, ap. *Hered. Bartholomei Zannetti*, anno Jubilei 1625. Superiorum permissu, in fol. pagg. 172. c. fig.

Liber elegantissimus & rarissimus, antequam recudebatur a Petro Burmanno Tomo IIX. *Thesauri Italiæ.*

Theophili ALETHEI Discursus politicus de Polygamia. Salomo: Eme veritatem, nec vende illam. Johannes: Si male locutus sum, proba; si vero bene, quare verberas me? *Friburgi*, apud *Henr. Cunrath*, 1674. in 12. pp. 96. iterumque *ibid.* 1676. in 8. pl. 11.

Famosissimum Jo. Lyseri, Rectoris olim Scholæ Portensis, tandemque post varios casus, variaque discrimina rerum, Parisiis in summa rerum omnium inopia demortui, Scriptum pro introducenda & defendenda Polygamia. Editum etiam extat lingua vernacula, hac inscriptione: *Das Königl. Marck aller Länder, Freyburg* 1676. Vid. Vincent. Placcii *Theatr. Anonymorum* p. 471. *Pseudonymorum* p. 28. & 88. Quod Scriptum unum procul dubio ac idem est cum alio vernaculo titulum gerens: *Politischer Discours zwischen Polygamo und Monogamo, von der Polygamia oder Vielweiberey aufgesetzet und mit mehr als hundert Anmerkungen erklæret*

klåret von J. L. Freiburg 1676. in 4. Vid. Mich. Lilienthals *Biblioth. Theologica* p. 1019 ſqq. Hunc fœtum poſtea incruſtatum & auctum, lingua latina iterum recuſum dedit cum *Notis Athanaſii Vincentii*, ſub qua larva latet ipſe Lyſerus, *Londini Scanorum* 1682. in 4. cui editioni pretium ſeptem Imperialium conſtituit Joh. Lud. Bunemannus in *Catal. Libr. rarior.* p. 108. Cæterum an fuerit Lyſerus a Comite de Königsmarck, Conjugis ſuæ, Dominæ de Wrangel, pertæſo, ad Polygamiam defendendam invitatus, quod narrat Cl. Reimmannus in *Catalogo Syſtem. Crit. Biblioth.* p. 696. compertum non habeo. Tragica Lyſeri fata enarrabimus infra. vid. *Jo.* LYSERVS.

Hiſtoria ALEXANDRI *Magni, Regis Macedoniæ*, de Præliis, in fol.

Præter hunc titulum nihil in folio primo reperitur. In fine legitur: *Hiſtoria Alexandri Magni finit feliciter. Impreſſa Argentinæ A. D. 1486. Finita in die S. Calixti Papæ & Martyris.* Poſſideo rariſſimam hanc editionem.

Simonis ALEXII de origine Novi Dei Miſſatici, quondam in Anglia mortui, nunc denuo ab inferis reſuſcitati, Dialogi VII. in quibus puriſſimi S. Scripturæ fontes ad impuriſſimas Scholaſticæ Doctrinæ lacunas collati non tantum verum Cœnæ Dominicæ uſum oſtendunt, ſed etiam impium Miſſæ Papiſticæ abuſum patefaciunt, 1558. in 8.

Recenſet hunc Libellum Vir harum rerum callentiſſimus, Dan. Gerdes, in *Florilegio Hiſtorico-Critico Libror. rarior.* p. 4 ſqq. ex cujus judicio longe rarior eſt, neque ferme notus, nedum perſpectus iis, qui ceteroquin Hiſtoriæ Reformationis monumenta ſatis excuſſerunt diligenter.

Mich. ALFORDI, *e Soc. Ieſu*, Britannia illuſtrata, ſ. Liber de Lucii, Helenæ, & Conſtantini Patria & fide. *Antwerp.* 1641. in 4.

De raritate hujus Libri legantur, quæ ſcripſimus olim in *Hiſtoria Litterar. Conſtantini M.* p. 18, & in *Schediaſmate de Patria Conſtantini M.* p. 8.

Leonis

Leonis ALLATII Συμμικτα, sive Opusculorum græcorum & latinorum, vetustiorum ac recentiorum, Libri II. edente, nonnullis additis, Bartolio Nihusio. *Coloniæ Agripp.* apud *Jodocum Kalcovium*, 1653. in 8.

Maximam hujus Libri raritatem indicat V. Cl. Jo. Phil. Kuchenbecher in *Præfat. Collect. IX. Analect. Hassiacorum*; uberiori autem recensione defungitur Thom. Ittigius de *Bibliothecis & Catenis Patrum* p. 481 sqq. Reliqua etiam Allatii Scripta in Germania non recusa rariora sunt, & parum obvia: imprimis *Dramaturgia divisa in VII. Indices, Romæ* 1666. in 12. Judice Jo. Burch. Menckenio in *Catalogo Biblioth.* p. 61. *De erroribus Magnorum Virorum in dicendo, Romæ, apud Hæred. Mascardi*, 1635. in 8. Cujus novam editionem promisit olim Jo. Gerh. Meuschenius. Vid. *Neue Zeitungen 1715.* p. 229.

Francisci ALLAEI, *Arabis Christiani*, Astronomiæ nova Methodus, A. 1688. fol.

Recensetur liber hic rarissimus ab Aug. Bayero in *Memor. Librorum rarior.* p. 24 sqq. Ex quo notandum duximus primo, existere impressionem hujus libri Rhedonensem maxime vitiosam & fallacem; secundo, Allæi nomen esse fictum, ac latere sub hac larva P. Yvonem, Parisinum Capucinum. Etiam A. 1654. iterumque 1658. prodiit.

Petri ALLIXII some Remarks upon the Ecclesiastical History of the ancient Churches of Piedmont. *London* 1690. in 4. *Ejusd.* Remarcks upon the Ecclesiastical History of the ancient Churches of the Albigenses. *London* 1692. in 4.

Jam laudatus Dan. Gerdes *l. c.* p. 6 sq. hos Libros recensens scribit: „Vti omnes *Petri* ALLIXII lucubrationes sunt rariores; ita cumprimis eruditum istud lingua „anglicana ab eo conscriptum Opus inter rariora Historiæ „Ecclesiasticæ monumenta locum habet.„

ALMANACH de Dieu, pour l'année 1738. in 12 plag. 9.

Libellus, quia Janseniſta quodam in honorem Sectæ ſuæ, & ad Jeſuitas opprobriis excipiendos compoſitus eſt, recenſetur in *Novis Actis Eruditor. A. 1741.* p. 45 ſq. hac addita epicriſi: „Bibliothecam parvam Scriptorum & Con„feſſorum Janſenianorum ſi Calendarium hocce appella„verimus, ſuffragiis aliorum nos confidimus haud iri deſti„tutum. Erit tempus, quo hic libellus *raritate* ſua ſeſe „commendabit, per totum quidem Regnum Galliæ pu„blice proſcriptus.„

Theod. Janſon. AB ALMELOVEN de Vitis Stephanorum. *Amſtelod.* 1683. in 8.

Hodie rarior eſt, & pretio haud exiguo in Belgio venditur. Hæc Mosheim in *Notis ad Morhof. de pura dictione* p. 85.

Johannis AB ALPEN, *Eccleſiarum Metropolitanæ Colonienſis Archidiaconi Majoris*, de Vita & rebus geſtis Chriſtophori Bernhardi, Epiſcopi & Principis Monaſterienſis, Decas. Pars I. *Coesfeldiæ*, typis *Andr. Hermanni Wemmeyeri*, 1694. in 8. Pars II. *Monaſterii Weſtphaliæ*, typis *Raesfeldicis*, 1703. in 8 Alph. 4. pl. 9.

Laudant ex merito hunc Librum & recenſent *Acta Eruditorum* 1703. p. 425 ſqq. Illud tamen dolendum, Libri egregii exemplaria ita brevi tempore omnino diſparuiſſe, ut difficulter & ne vix quidem comparari poſſint. Raritatem hanc indicat etiam *Theſaurus Bibliothecalis* Norimb. 1738. in 4. editus, T. I. p. 299.

Henrici ALSTEDII Prodromus Religionis triumphantis. *Alb. Juliæ* 1645. fol.

Libris rarioribus adnumeratur in *Bibliothecæ* Lampian. *Catalog* p. 25.

Ambroſii DE ALTAMVRA Bibliotheca Dominicana. *Romæ* 1677. fol.

Luculentam Libri hujus rariſſimi notitiam exhibet doctiſſ. Jo. Erh. Kappius in Diſſ. hiſtorica *de Indulgentiarum Quæſtoribus*, c. II. per tot. Integer Libri, pauciſſimis noti, titulus

titulus est: *Bibliothecæ Dominicanæ ab Admod. R. P. M. F. Ambrosio* DE ALTAMVRA, *prima ab Ordinis constitutione usque ad ann. 1600. productæ, hoc seculari apparatu incrementum ac prosecutio, ad Illustriss. ac Reverendiss. Fr. Jo. Thomam de Rocaberti, Valentinæ Ecclesiæ Archiepiscopum, nec non totius Prædicatorum Ordinis Generalem Magistrum. Romæ, typis & sumtibus Nicol. Angeli Tinassii*, 1677. fol. Alph. 6. pl. 10 ½.

Andreæ ALTHAMERI Commentarius in Tacitum de moribus Germanorum. *Norimbergæ* 1538. in 4.

Editio hæc perrara vocatur a doctiss. Stollio in Supplemento *zur Historie der Gelahrheit* p. 361. Caussam raritatis, quam non addidit Cl. Stollius, ignoro; hoc scio, sæpius fuisse hunc Librum recusum.

Hilarii ALTOBELLI Opus Astronomicum. *Maceratæ* 1630.

Rariorem esse & non facile obvium hunc Librum docent sequentia verba Cl. Bælii: „Connoissez-vous un Ouvrage, „qui n'est, ni dans la Bibliotheque de Mr. de Rheims, ni „dans celle de Mr. de Thou; c'est un Livre d'Astrono„mie, imprimé pour la premiere fois *à Macerata* vers l'an„née 1630. & composé par *Hilarius* ALTOBELLVS *Se„nior*? Vossius n'a point connu cet Ecrivain.„ Vid. *Lettres* de Mr. Bayle, publiées par Mr. Maizeaux, T. II. p. 721.

Petri DE ALVA & ASTORGA Funiculi Nodi indissolubiles de conceptu mentis, & conceptu ventris. *Bruxellis* 1663.

Luculentissimam Libri hujus pauciss. cogniti, & in controversia de Conceptione B. Virginis conscripti, notitiam exhibet El. Veiel in *Dubit. Rom. Cathol.* p. 3 sqq.

Sixtini AMAMA, *Frisii*, Anti-Barbarus Biblicus, Libro IV. auctus. Accesserunt variæ Dissertatt. & Orationes. *Franeq.* 1656. in 4.

Libris rarius hodie obviis omnino adnumerandum, per literas me docuit S. Venerand. Jac. Bruckerus.

AMBAS-

AMBASSADE extraordinaire de Messieurs le Duc d'Angoulesme, du Comte de Bethune, & de M. de Chateauneuve, Envoyez par Louïs XIII. vers l'Empereur Ferdinand II. & les Princes d'Allemagne An. 1620. & 1621. & les Observations du dit Comte de Bethune. Le tout donné au public par Henry Comte DE BETHVNE, son petit fils. *a Paris*, chez *Mr. Jolli* 1667. in fol.

Liber admodum rarus, teste *Catal.* Mencken. p. 494. sed egregius, & ob Documenta Publica, quorum magnum continet numerum, utilissimus, ac illis præprimis gratissimus, quibus publicarum rerum negotiationes placent, quippe qui hac in Legatione consummatæ prudentiæ facinora sunt lecturi. Observationes politicæ Legationi huic adjectæ, quæ Comiti de Bethune adscribuntur, jam olim sub titulo: *Conseiller d' Etat. ou Recueil des plus generales Considerations, servant au maniment des Affaires publiques*, Paris. 1645. in 12. impressæ fuerunt. Conf. *Journal des Sçavans* 7. *Mars A.* 1667.

S. AMBROSII Opera, *Lugduni* typis *Frelonianis* 1559. excusa.

Editionis hujus meminit Franc. Junius, quam mire interpolatam fuisse narrat in *Præfat. ad Indicem Expurgatorium.* Junii verba leguntur etiam in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Lat.* T. III. p. 435. in Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. III. p. 142. & in Adr. Bailleti *Jugem. des Sçavans* T. I. p. 375. qui hæc addit: „Il n'est pas difficile de connoitre „dans ce Recit le Caractere de l'Heresie, & les traits de „cet Esprit Calomniateur, qui animoit alors certains zelez „d'entre les pretendus Reformés contre nous, & leur fai„soit dire, que les Catholiques avoient corrompus les Péres „de l'Eglise & les autres Auteurs Ecclesiastiques dans leurs „Imprimeries. Neanmoins je ne veux pas croire absolu„ment, qu'un Huguenot, qui passoit pour honnête homme „dans son parti, ait eu l'effronterie de forger à plaisir un „fait, dont il assure avoir été temoin oculaire.„ At frustraneo

straneo conatu editio hæc ab Eruditis hactenus fuit quæsita, nec ullibi reperta. Hinc credendum, quod vel subito suppressa penitus & abolita fuerit, ut volunt laudatus Fabricius & Editores *Actorum Erudit.* 1688. p. 64. vel, quod malim credere, omnino etiam conficta.

Georgii AMIRAE Grammatica Syra. *Romæ* 1596. in 4.

Liber hic ob præstantiam & raritatem apud Eruditos est in pretio. Luculenter recensetur ab Rich. Simon. Tom. I. *Biblioth. Choisy.* p. 124 sqq.

Casp. AMMANNI Psalterium, vid. PSALTERIVM.

Jodoci AMMANNI Clerus totius Romanæ Ecclesiæ, h. e. Pontificiorum Ordinum omnium omnino utriusque Sexus Habitus artificiosissimis figuris expressus, & antehac adjectis *Franciſci Modii*, *Brug.* singulis octostichis, in quibus cujusque Ordinis Ecclesiastici Origo, Progressus, & Vestitus ratio breviter ex variis Historiis delineatur, exacte descriptus; nunc autem appositis *Jo. Adami Loniceri*, *Francofurt.* Rhytmis germanicis nitidior & illustrior in lucem denuo prolatus. Das ist: Der Römischen Catholischen Kirchen jemals gewesene Stände und Orden, darinnen &c. Anjetzo aber in beiderley Sprachen von neuem wieder aufgeleget, und an den Tag gegeben. *Francofurti* 1661. in 4.

Opus curiosum, sed rarum & vix hodie Eruditis cognitum.

Scipione AMMIRATO delle Famiglie nobili Fiorentine. *In Firenze* presso *i Giunti* 1615. fol.

Libris in Germania rarissimis adnumeratur a V. Cl. Jo. Hübnero jun. in *Biblioth. Genealogica* p. 311.

Sci-

Scipione AMMIRATO delle Famiglie nobili Napolitane. Parte prima, le quali per levar' ogni Gara di precedenza ſono ſtate poſte in confuſo. *In Firenza*, appreſſo *G. Mareſcotti* 1580. in fol. Parte ſecunda, *in Firenza* per *Amadore Maſſi de Forli*, 1651. in fol.

Liber perrarus, præſertim Tomus II. qui adeo infrequens eſt, ut Eruditi quidam ſuſtinere audeant, illum lucem nunquam adſpexiſſe. Vid. Haym *Notizia de Libri rari* p. 105. Conf. Sam. Engel *Catalog. Librorum rariſſ.* p. 6.

Ludovicus DE S. AMORE, vid. *Louis* DE SAINT-AMOUR.

Johannes AMSTERODAMVS, vid. *Joh.* TIMANNVS.

Speculum ANABAPTISTICI Furoris, vid. HAERESIARCHARVM Apocalypſis.

S. ANASTASII *Sinaitæ* anagogicarum Contemplationum in Hexaëmeron Liber XII. hactenus deſideratus. Cui præmiſſa eſt Expoſtulatio de S. Jo. Chryſoſtomi Epiſtola ad Cæſarium Monachum adverſus Apollinarii Hæreſin, a Pariſienſibus aliquot Theologis non ita pridem ſuppreſſa. *Londini*, typis *M. Clarck*; impenſis vero *Roberti Littlebury*, 1682. in 4.

Librum hunc, tecto nomine a Petro Allixio editum, admodum rarum vocat Magn. Cruſius in *Diſſert. Epiſtol. ad Wormium* pag. 19. Recenſetur in *Actis Eruditorum* 1683. p. 25 ſqq. & in Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büchern* T. I. p. 56 ſqq.

S. ANASTASII *Sinaitæ*, *Patriarchæ Antiocheni*, ὁδηγὸς, ſeu Dux viæ, adverſus Acephalos, Severianos & Theodoſianos, græce & latine, curante Jac. Gretſero, S. J. *Ingolſtadii*, 1606. in 4.

Liber

Liber infrequens, rarus, & a primæ editionis tempore nunquam recusus, unde operæ pretium esset, novam illius editionem concinnari ab aliquo erudito Viro, qui Opus novo Studio recenseret ad Codices MStos. Vid. Rich. Simon *Biblioth. Choisy.* Tom. II. p. 21 sqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Græc.* T. IX. p. 313 sq.

Jac. Payvæ ANDRADII orthodoxarum Explicationum Libri X. *Venetiis*, 1564. in 4. *Coloniæ*, per *Cholinum*, 1564. in 8.

Liber hodie rarissimus, qui olim Martino Chemnitio occasionem dedit conscribendi illustre illud *Concilii Trident. Examen.* Vid. Rich. Simon *Lettres Choisy.* T. III. p. 154 sq. P. Bayle *Diction. Histor. Critiq.* Jo. Frid. Buddeus in *Isagoge Historico Theolog.* p. 1215 sq. Cæterum Andradius, ne causam deseruisse videretur, Chemnitio nostro opposuit *Defensionem Tridentinæ Fidei Catholicæ, Libris V. contra Mart. Chemnitium & alios. Ulyssipon.* 1578. in 4. *Colon.* 1580. in 8. *Ingolstad.* 1580. in 8. Hic tamen Liber, observante R. Simon, magis obvius priori, qui, licet sæpissime citari soleat, vix tamen in instructissimis etiam Bibliothecis reperitur; testante Pelissonio, qui illum omni adhibita diligentia admodum difficulter reperire potuit. „Ce n'est „pas une petite affaire, „ verba sunt Pelissonii, „que de „le trouver à Paris: la Rue S. Jaques ne le connoit pas; les „Bibliotheques les plus nombreuses ne l'ont point; non „pas même celle des Jesuites, ce qui est remarquable, „parce qu'il a écrit en leur faveur. A la fin on l'a dé„terrée dans la Bibliotheque de Sorbonne &c.„ Vid. Bayle l. c. Art. *Andradius.*

Gudmundi ANDREAE, *Islandi*, Lexicon Islandicum, a Petro Jo. Resenio editum, *Hafniæ* 1683. in 4. maj.

Notitiam hujus Libri, quem rarioribus adnumerat J. G. Schelhornius T. V. *Amœnitat.* p. 259. suppeditat Jo. Henr. von Seelen in *Memor. Stadeniana* p. 85 sqq.

Valerii ANDREAE, *Desselii, J. U. D. & Prof. Reg.* Fasti Academici Studii generalis Lovaniensis

sis, in quibus Origo & Institutio Academiæ; item series Rectorum, Cancellariorum, Conservatorum, Doctorum in qualibet Facultate, Fundatorum, & Benefactorum ejusdem Universitatis. *Lovanii*, apud *Joh. Oliverium*, & *Cornel. Cœnestein*, 1636. in 4. pp. 230.

Liber infrequens & perrarus. Laudat eum, sed non vidit, Heumannus in *Conspect. Reipubl. Litter.* p. 86. Plenius recenset, & Heumannum corrigit Colerus in *Anthologia*, Tom. I. Fasc. III. p. 237 sqq. sed male. Duplex enim extat editio: prior *Lovanii* 1636. posterior vero & altera parte auctior *ibid.* 1650. in 4. Alph. 2. pl. 6.

Valerii ANDREAE, *Desselii*, *J. C.* Bibliotheca Belgica, de Belgis vita scriptisque claris. Præmissa Topographica Belgii totius seu Germaniæ inferioris descriptione. Editio renovata & tertia parte auctior. *Lovanii*, typis *Iac. Zegers*, 1643. in 4. pagg. 900.

Liber egregius, at infrequens & rarus. Legatur etiam *Catalogus Bibliothecæ* Reimmann. T. II p. 131.

Ioh. Valent. ANDREAE Scripta

pleraque paucas saltem plagulas constituentia, admodum difficulter hodie reperiri, Andr. Dav. Caroli testatur apud Jo. Christ. Wendlerum in Dissert. *de variis raritatis Libror. impress. Causs.* §. IIX. Addatur Andr. Christoph. Zelleri *Epistola, qua B. Jo. Valent.* ANDREAE *Opusculor. novam editionem indicat. Tubingæ* 1713. in 4. Caussa raritatis Scriptorum Andreæ nullo modo est, quod suppressa fuerint ab ipsis Lutheranis, ut falso criminatur Godofr. Arnoldus in *Histor. Ecclesiastico-Hæresiolog.* T. II. p. 466. sed quia minutiora sunt, ex manibus Eruditorum facile excidentia.

ANECDOTES Genealogiques & Secretes de Cour & de la Ville, 1735. in 12. III. Vol.

Scriptum satyricum acerbe perstringens vitam quorundam Summorum Virorum in Gallia. Hinc jussu Aulæ fuit suppressum. V. *Biblioth. Histor.* Struvio-Buderiana p. 431.

Fran-

Francesco ANGELONI Storia di Terni, *In Roma*, per *Andrea Fei*, 1646. in 4.

Liber in ipsa Italia insigniter rarus. Vid. N. F. Haym *Notizia de' Libri rari*, p. 46.

Andreæ ANGELI Breviarium seu Compendium Rerum Marchicarum. Das ist: Kurze und doch wahrhaftige Beschreibung der vornehmsten Geschichten und Historien, so sich vor und nach Christi Gebuhrt, als über 2000. Jahren, im Chur- und Fürstenthume der Mark Brandenburg, von Jahr zu Jahre, bis auf gegenwärtiges 1593stes Jahr, begeben und zugetragen haben. Am Ende ist hinzugesetzet ein kurzer Bericht vom Marggrafthum Brandenburg. *Wittenberg*, 1593. in 4.

Altera hujus Libri editio, quæ *Lipsiæ* 1616. in 4. Alph. 1. pl. 2. prodiit, multo rarior est priori, & in pauciſſimis Bibliothecis cernitur. Recensetur in Georg. Goth. Küsteri *Biblioth. Historica Brandenburgica* p. 339. sqq.

Regis, Senatus, Populique ANGLIAE Sententia de eo Concilio, quod Paulus Episcopus Romanus Mantuæ futurum simulavit, & de ea Bulla, quæ ad Calend. Novembr. id prorogavit, declarata An. 1537. *Vitembergæ*, ap. *Jo. Luft*, 1537. in 8.

Libellus admodum rarus, quem recudi fecit Theod. Hasæus in *Biblioth. Bremensi Cl. V.* p. 507. sqq.

Vindiciæ ANHALTINAE, seu Celsissimorum & Illustrissimorum Principum Anhaltinorum, Comitum Ascaniæ, Dynastorum Servestanorum, Bernburgensium, &c. Jura liquidissima in & circa antiquissimum Comitatum Ascaniæ, repræsentata in Manifesto Ascaniensi, & ab Eclipsi

cujusdam anonymi liberata. Accesserunt solennes Protestationes pro conservandis Principum Anhaltinorum Juribus inter universalis pacis tractatus publice exhibitæ. A. 1648. in 4. pp. 127.

Scriptum hoc tempore rarissimum, quodque, judice Reimmanno, cum MStis fere pari raritatis passu obambulat, cujusque Auctor est Martinus Milagius, Ascaniensis, Principum Anhaltinorum Consiliarius Aulicus, & eorundem in Pacificatione Monasterio-Osnabrugensi Legatus, Vir doctissimus, & in Historia non minus quam in Jurisprudentia versatissimus. Vid. Jac. Frid. Reimmanni *Idea Historiæ Ascanienſis* pag. 14. & 65. Exemplari, quod mea Bibliotheca servat, præter jam memoratum alius adhuc titulus est præfixus: *Vindiciæ Anhaltinæ pro Cauſſa Aſcanienſi, juſſu Principum ſcriptæ, & Eclipſi Halberſtadienſi oppoſitæ, A. Chr.* 1648. Titulum hunc sequitur Dedicatio Principibus Anhaltinis inscripta, a Mart. Milagio, qui nomen suum subscripsit.

ANIMADVERSIONS sur l'Histoire Ecclesiastique du P. Noël Alexandre, à Rouen, in 8.

Libri hujus a Jac. Fabro conscripti Exemplaria fere omnia discerpta sunt & dilacerata. Utrumque nos docet Pseudonymus Vigneul-Marville *Melange d'Hiſt. & de Litterature* p. 167. scribens, Dominum *le Fevre* cognomine *de la Baſtille* Tomum I. *Animadverſionum Criticarum in Nat. Alexandri Hiſtoriam Eccleſiaſticam Rothomagi* publicasse, cujus vero omnia Exemplaria fisco fuere addicta, excerptis saltem binis, quorum alterum habet Bibliotheca Pellotiana, alterum Manevilliana. Plenius Historiam Fatorum hujus Libri enarrat Lud. Ell. du Pin T. XIX. *Biblioth. des Aut. Eccleſiaſt.* p. 95. his verbis: "Quelques Personnes prirent le Dessein "de faire des remarques sur l'ouvrage du P. Noël Alexan- "dre - - - Un Docteur de Paris, & un jeune homme, qui "n'étoit encore pas Bachelier, qui avoit deja étudie les pre- "mieres Peres de l'Eglise, & l'Histoire Ecclesiastique des "premiers Siécles, travaillerent suivant ce Dessein, ayant "achevé les trois premieres Siécles & commencé le qua- "trieme, ils mirent leur copie entre les mains d'une Person- "ne, qui commença à la faire imprimer à Rouen, avec l'Ap-

proba-

"probation des Docteurs, & Permiſſion du Magiſtrat - - -
"La choſe ayant été ſçuë allarma le Libraire du P. Alexan-
"dre beaucoup plus que l'Auteur. Il remua des Perſon-
"nes puiſſantes pour empecher que cet ouvrage ne parut,
"& ne fut continue. On ne put leur refuſer une choſe
"qu'ils avoient comme droit d'exiger, & le Libraire ſe char-
"gea de rembourſer les frais de l'impreſſion. Toutes les
"feuilles imprimées, qui faiſoient deja un volume raiſon-
"nable in octavo, furent dechirées en ſa preſence. & l'ou-
"vrage ſupprimé avec tant de bonne foi, qu'il n'en eſt
"reſté qu'un, ou deux exemplaires imparfaits, que quelque
"curieux ont retiré des feuilles qui avoient été données
"aux epiciers.,, Adde his quæ leguntur in *Novellis Litte-rariis Hagienſibus* T. V. p. 129. "Jaque le Fevre ἀνωνύμως a fait *Remarques critiques ſur l'Hiſtoire Eccleſiaſtique du P. Alexandre*, & outre ce qui a été imprimé il a encore laiſſé des MSS. qui pourront compoſer une ſuite de deux ou trois volumes de ces Remarques.,,

ANSELMI *Lucenſis* Collectio Canonum antiqua, editore Antonio Auguſtino.

Andreas Schottus in *Vita Antonii Auguſtini* expreſſis quidem verbis ſcribit Auguſtinum Anſelmianam Canonum Collectionem edidiſſe, quod & ex Schotto refert in *Abaco Patrologico* p. 38. Godofr. Olearius. Verum valde dubitant eruditi, fueritne hæc Collectio unquam ab Auguſtino edita. Lege, ſi placet, Frid. Jac. Leickherum in Adnotatt. ad Vitam Ant. Auguſtini, in *Vitis Clariſſ. JCtorum* p. 144. Cui adde, qui rem plenius conficit, Caſim. Oudinum in *Commentar. de Scriptoribus Eccleſiaſt.* T. II. p. 719. ſq.

ANTE-NICENISMVS, ſ. Teſtimonia Patrum Ante-Nicenorum: in quibus elucet Senſus Eccleſiæ Primævo-Catholicæ, quoad Articul. de Trinitate. *Coſmopoli*, 1694. in 8. pp. 184.

Conſtat hic Liber valde rarus III. Tractatibus, quorum prior *Ante-Niceniſmus* dicitur. In ſecundo *brevis Reſponſio* ordinatur *ad D. G. Bulli Defenſionem Synodi Nicenæ*. Argumentum tertii: *Vera & antiqua Fides de Divinitate Chriſti, explicata & aſſerta, contra D. Bullum.* Autorem arbitror

esse Gilbertum Clarke. Conf. Jo. Christoph. Mylii *Biblioth. Anon. & Pseudon.* p. 793.

Lucius ANTISTIVS, v. CONSTANS.

ANTITHESIS Christi & Antichristi, versibus & figuris venustissimis illustrata. Accessit de Moribus Christi & Antichristi Declaratio, nec non Vita Hildebrandi seu Gregorii VII. descripta per Benonem Card. Joannæ Papissæ Vita, & Apotheosis Pauli III. Omnia studio Simonis Rosarii. *Genevæ*, ap. *Eustat. Vignon*, 1578. in 8.

Liber rarus & infrequens, quem inseruit Jo. Wolfius T. II. *Lection. Memorab.* f. 711. de quo conf. *Observatt. Hallens.* T. IV. p. 171. Schelhorn. *Amœnitat.* T. III. p. 152. *Catalog. Biblioth.* Raym. Kraft studio Franc. Dom. Hæberlin. E. 7. Prodiit etiam A. 1557. in 8. quæ editio in *Catal. Biblioth.* Ittigianæ P. II. p. 131. hoc rubro reperitur: *Antithesis de præclaris Christi, & indignis Papæ facinoribus, Sim. Rosario Autore.* Germanica Versio, quæ rarissime etiam conspicitur, ex Bibliotheca Joh. von Munsters, Hæreditarii in Vortlage, prodiit hoc titulo: *Parallela Christiana & Antichristiana, darinnen gehandelt wird &c. Heidelberg, durch Joh. Lancelot, Acad. Typogr. 1619.* in 8. c. fig. Quæ autem gallice prodiit: *Antithese de nôtre Seigneur Jesus-Christ, & du Pape de Rome, dediée aux champions & domestiques de la Foy, imprimée l'an de Grace 1620.* in 8. omnino differt ab hac nostra. Posterior hæc recensetur a V. C. Aug. Bayero in *Memor. Libror. rarior.* p. 276. seq.

Cornelio Aspasio ANTIVIGILMI, vid. Bibliotheca APROSIANA.

ANTONIANA Historia. vid. *Aymar* FAICONIS.

Nicol. ANTONII Bibliotheca Hispana vetus sive Hispanorum, qui usquam unquamve script aliquid consignarunt, notitia: complecte

Script

Scriptores omnes, qui ab Octaviani Augusti imperio usque ad annum M. floruerunt. Opus posthumum. Nunc primum prodiit jussu, & expensis D. Josephi Saenz, *Cardin. de Aguirre. Romæ, 1696.* in fol.

Hanc Bibliothecam antiquam, cujus *Tomus II.* Scriptores omnes ab A. 1000. usque ad 1500. complectitur, præcessit nova, quæ inscribitur: *Nicolai* ANTONII *Bibliotheca Hispana, sive Hispanorum, qui usquam unquamve sive latinâ, sive populari, sive alia quavis lingua scripto aliquid consignarunt, notitia; his quæ præcesserunt locupletior & certior, brevia Elogia, editorum, atque ineditorum Operum Catalogum duabus Partibus continens, quarum hæc ordine rei quidem posterior, conceptu vero prior, duobus Tomis de his agit, qui post annum secularem 1500. usque ad præsentem diem floruere. Romæ, ex offic. Angeli Tinassii,* 1672. T. I. pp. 632. T. II. pp. 266. in fol. Libros hosce inter rariores rarissimos esse inter Eruditos notum est. Opus rarum, præclarum, multorum nummorum appellatur a doctiss. Jac. Frid. Reimmanno, cui XL. imperialibus constat. Satis copiosam de illis notitiam exhibent Jo. Henr. Schulzius in *Biblioth. novissima*, Sect. II. p. 58. sq. Jo. Henr. von Seelen in *Select. Literar.* Spec. I. Serpilius *im Verzeichniß rarer Bücher*, p. 321. sq. J. B. v. E. *Freymüthige Gedancken aus der Historie, Critic und Litteratur*, p. 85. sqq. *Catalogus Biblioth.* Reimmann. T. II. p. 25. sqq.

ANTONINI Itinerarium, cum Comment. Hier. Suritæ, v. SVRITA.

Jo. a Divo ANTONIO, Minorum Fratrum origine domiciliove Discalceatorum atramento & sanguine scriptorum Bibliotheca, pro supplemento Waddingianæ incrementoque novæ Franciscanæ Bibliothecæ. *Salmanticæ*, ap. *Eugen. Garcias de Honorato*, 1728. in 4.

Librum hunc una cum Waddingo rarissimis Bibliothecariis adnumerandum esse, docet doctiss. Aug. Bayerus in *Memor.*

Libror. rarior. p. 73. Cui addas velim noſtrum *Jo. a Divo* ANTONIO *Bibliothecam Univerſal. Franciſcanam Madriti* 1732. duobus Volum. in fol. hiſpanice edidiſſe.

Kirchen-Agend, oder Form und Geſtalt, wie es mit den Sacramenten und Ceremonien gehalten wird in der Kirche der Augſpurg. Confeſſ. zu ANTORF, durch die ehrwürdigen Herren und Prædicanten daſelbſt geſtellet, welcher Namen am Ende geſetzet werden. A. 1567. in 4. loco impreſſionis non indicato.

Editionis, quæ eodem anno *Smalkalden* in 8. prodiit, mentio fit in *Nov. Antiq. Theologic.* 1719. p. 581. Collationem autem utriusque editionis habes in Herm. Caſp. Konigs *Bibliotheca Agendorum* p. 69. ſq. & p. 220. ſq. De ſumma hujus Scripti raritate legatur Leuckfeldius in *Hiſtor. Hamelman.* p. 94. 95. Jo. Georg. Bertramus *Hiſtor. Eccleſ. Luneburgenſis* P. II. p. 539. ſqq. Theoph. Sinceri *Biblioth. Hiſt. Critica Libror. rarior.* p. 44. *Theſauri Bibliothecalis* T. IV. p. 14. ſeq.

Alexandri APHRODISAEI Commentaria in Topica Ariſtotelis, ex recenſione Aldi Manutii. *Venet.* 1513. in fol.

A maxima raritate Librum hunc laudat Chr. Junckerus in *Notit. Hiſtor. Biblioth. Iſenacenſ.* p. 61.

Petri APIANI, *Mathematici Ingolſtadienſis*, & *Bartholomæi* AMANTII, *Poëtæ*, Inſcriptiones ſacro-ſanctæ vetuſtatis, non illæ quidem Romanæ, ſed totius fere Orbis, ſummo ſtudio ac maximis impenſis terra marique conquiſitæ. *Ingolſtadii*, in *ædibus P. Apiani*, 1534. in fol.

Liber hic rarioribus minusve obviis ex ea ratione a V. Cl. Schelhornio T. V. *Amœnitat.* p. 286. adnumeratur, quod in ædibus Apiani, in quibus privatam habuit typographiam, typis exſcriptus ejus ſumtibus fuerit. Conf. Theoph. Sincerus *de Libr. rarior.* T. I. p. 307. ſqq. V. Cl. Jo. Dav. Kœleri *Münz-Beluſtigung*, T. VI. p. 75. ſqq.

APICII *Cœlii* de Obſoniis & Condimentis, ſive Arte coquinaria, Libri X. cum Notis Gabrielis Humelbergii. *Tiguri*, 1542. in 8.

Liber rarus in Auctione Bibliothecæ Lampianæ divenditus 3. Taleris. Vid. *Catalog.* Lamp. p. 166. Conf. Fabricii *Biblioth. Lat.* T. II. p. 793.

APICII *Cœlii* de Obſoniis & Condimentis, ſive de Arte conquinaria, Libri X. cum Annotationibus Martini Liſter, *e Medicis domeſticis Sereniſſ. Reginæ Annæ*, & Notis ſelectior. integris Humelbergii, Barthii, Reineſii, A. von der Linden, & aliorum, ut & variarum Lectionum Libello. *Londini*, 1705. in 8.

Editio rariſſima, cujus in ſolum Regiæ Familiæ uſum CXX. tantum Exemplaria ſunt impreſſa. Vid. *Act. Eruditor. Supplem.* T. IV. p. 225. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Lat.* T. II. p. 793. Recudi tamen hanc editionem curavit typis *Amſtelodamenſibus* A. 1709. Theod. Janſonius ab Almeloven.

APOCALYPSIS inſignium Hæreſiarcharum, v. HAERESIARCHARVM.

Commentarius in APOCALYPSIN ante centum annos editus. *Wittembergæ* 1528. in 8.

De hoc Libello apprime raro nuper admodum poſt S. R. Doct. Dan. Gerdeſium in *Florileg. Libr. rarior.* egit Cl. Ferd. Stoſchius in *Symbolis Literar.* Bremæ editis, T. I. p. 562. ſqq.

APOCALYPSIS reſerata, d. i. geöffnete Offenbarung Johannis, darinnen nach gemachter Eintheilung der Zeiten N. Teſt. in das Reich des Drachens die Stadthalterey des Antichriſts, der ruhige Zuſtand der Kirche im Reiche Chriſti, durch Erklärung des XI. und XVI. Capitels, gezeiget wird, was bey dieſen unſern Zeiten 1) bisher erfüllet worden, 2) jetzund in vollem Effect ſtehet, 3) und nunmehr im bald künfti-

gen Jahre zu gewarten ist. *Elbingen*, auf Kosten *Jac. Weissens*, in 8.

Scriptum septem saltem plagularum, sed minus obvium, & ob paradoxas quas continet opiniones divenditum in Auctione Biblioth. Ittigianæ pretio unius taleri. Refutatum est tum a Jo. Georg. Seldio, tum ab Jo. Henr. Ursino. Conf. *Symbolæ Literar.* Bremæ editæ T. I. p. 584.

APOLLODORI Bibliotheca de Diis Gentium, græce & latine, cum Notis & Indice Benedicti Ægii Spoletini. Acc. Scipionis Tettii de Apollodoris Commentarius. *Romæ*, 1555. in 8.

Liber valde rarus, ex indicio *Catalogi Biblioth.* Schalbruchianæ P. II. p. 52.

APOLLONII *Pergæi* Conicorum Libri.

Editionem *Londinensem* hujus Libri curante *Hallejo* rariſſimam esse liquet ex *Epistola* Guil. Cave ad Jo. Alb. Fabricium. "Apollonius Pergæus, „ scribit, "mox publici "juris fiet, at quantum intelligo pretio haud satis æquo, "quum ultra 400. Exemplaria impressa non sunt, quod Li"bri pretium haud parum augebit.„ Vid. V. Cl. & amicissimi Herm. Sam. Reimari *Vita Jo. A. Fabricii* p. 228. Possideo editionem æque raram, & fortasse rariorem, *Bononiensem*, ex offic. *Alexandri Benatii*, 1566. in fol.

Levini APOLLONII de Peruviæ Regionis, inter Novi Orbis Provincias celeberrimæ, Inventione, & Rebus in eadem gestis, Libri V. ad Jac. Clarontium, Maldeghemmæ ac Pittemiæ Dominum. *Antwerp.* 1567. in 8.

Post Cl. Struvium in *Biblioth. Antiq.* p. 369. 382. rariorem hunc Librum recenset S. R. Dan. Gerdes in *Florilegio Libror. rarior.* p. 9. seq.

APOLOGIA *Montmuthiana.*

Scripti pro Duce de Montmuth, cum bellum moveret Regi Angliæ Jacobo II. editi, & publica auctoritate suppressi, Auctor detegitur Robertus a Fergason apud Vinc. Placcium in *Theatr. Anonymorum* p. 224.

APOLO-

APOLOGIA pro Nepote ejusque Chiliasmo contra J. G. Schupartum, A. 1724. in 4.

Scriptum suppressum ac vendi prohibitum. Vid. *Biblioth.* Uffenbachianæ *Vniversalis* Tom. IV. p. 174.

APOLOGIAE Reverendiss. & Illustrissimorum S. R Imp. Principum pro Imper. Henrico IV. adversus Gregorii VII. Papæ, Cogn. Hildebrandi, & aliorum criminationes; nunc recensitæ, de integro emendatæ, & Auctoribus suis restitutæ, opera Melch. Goldasti, *Haiminsfeldii. Hanoviæ* 1611. in 4.

Liber rarissime obvius, continens XIIX. integros Tractatus, qui recensentur in V. Cl. Bunemanni *Catalogo Libr. rariss.* p. 76.

APOLOGIE pour Jean Chastel Parisien, executé à mort, & pour les Péres & Escholliers de la Societé de Jesus, bannis du Royaume de France, contre l'Arrest de Parlement, donné contre eux à Paris le 29. de Decembre, An. 1594. Divisée en V. Parties par François de Verone Constantin. An. 1595.

Liber execrandus, recusus quidem cum aliquo *Additamento* A. 1610 in 8. nihilominus tamen utraque editio est rarissima. „Cette seconde edition n'a pas empeché, que „ce Livre ne soit devenu très-rare;„ verba hæc sunt Bælii, qui satis copiose in *Diction. Histor. Art.* CHASTEL recenset editionem A. 1610. recusam. Idem Liber latine versus extat in Bibliotheca nostra hac inscriptione: *Jesuita Sicarius, h. e. Apologia pro Jo. Castello Parisiensi mortis supplicio affecto, & pro Patribus ac Scholasticis Soc. Jesu, olim Galliæ Regno exterminatis, contra Edictum Parlamenti olim Parisiis in illos latum, in V. Partes tributa a Francisco de Verone, Constantino, &c. Lugduni* 1611. in 8. pagg 319. Recensionem habes in Jo. Christoph. Coleri *Anthologia*, Tom. I. p. 243 sqq. *Thesauro Bibliothecali*, Tom. II. p. 371 sqq. *Nov. Antiquis Theol.* A. 1731. p. 43 sq. *Merckwürdigkeiten Biblioth. R. Dresd.* T. II. p. 528.

Petri APONENSIS, sive DE APANO, vel D'ABANO, Liber de Magia *Patavii*, 1509.

editus, memoratur in Catalogo Librorum atheisticorum, quos vel ipse possidet, vel in Italia etiam oculis usurpavit D. Jo. Genselius, inserto Tom. II. *des neuen Bücher-Saals*, p. 323. Nos non sine causa suspicamur esse hunc Librum eundem cum *Petri* DE ABANO *Elementis magicis*, quæ leguntur inter *Opera* Corn. Agrippæ T. I. p. 455-477.

Ejusd. Problemata Aristotelis cum duplici translatione antiqua videlicet & nova. *Patav.* 1482. *Venet.* 1482. (Vid. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 437.) *Venet.* 1505. 1519. in fol. *Parisiis*, 1520. fol.

Notitiam hujus Libri, qui in *Bibliotheca* Uffenbachiana T. I. p. 761. inter Scripta atheistica collocatur, habes apud Heumannum *Act. Philosoph.* T. II. p. 110 sqq. Jo. Alb. Fabricium in *Biblioth. med. & infimæ Latin.* T. V. p. 717.

Ejusd. Conciliator Differentiarum Philosophorum, & præcipue Medicorum, A. 1483. fol.

Ob hunc Librum Autor Conciliatoris nomen meruit. Ipse Liber rarissime extat & a paucissimis est visus. Vid. Heumannus *loc. cit.* p. 107 sqq. & T. III. p. 15. itemque *Miscell. Lipsienf.* Tom. XII. p. 86. & doctiss. Jac. Bruckerus in *Hist. Critica Philosoph.* T. III. p. 836. Addatur Sam. Engel *Catalogus Librorum rariff.* p. 12. Interim pluries tamen fuit excusus *Venetiis* 1471. v. Maittaire T. I. p. 309. *Mantuæ* 1472. v. Maittaire T. I. p. 319. *Venetiis* 1476. v. Maittaire p. 365. *Papiæ*, ap. *Gabrielem de Graffis*, 1490. in fol. *Venetiis*, ap. *Octavianum Schottum*, 1496. iterumque 1504. in fol. itemque apud *Juntas*, 1565. in fol. Præter hos duos adhuc alios *Petri* DE APONO Libros recensetNic. Franc. Haym in *Notizia de' Libri rari* p. 261. *La Phisionomie, in Padova* per *Petrum Maufer*. 1474. *La Geomanzia, in Venezia* 1550. II. Voll. in 8. Posteriorem hunc recensetetiam Theophil. Sincerus *de Libr. varior.* T. II. p. 243 sqq. Cæterum vid. de *Petro* APONENSI Jac. Phil. Thomasini *Elogia Illustrium Viror. Iconibus exornata*, p. 20-24. J. A. Fabricius *l. c.*

La

La Bibliotheca APROSIANA passa tempo Autunnale di Cornelio Aspasio Antivigilmi, tra Vagabondi di Tabbia detto l'Aggirato. All'Illustriss. e Generosissimo Sig. Gio. Nicolo Cavana, Patritio Genouese. *In Bologna*, per *li Manolessi*, 1673. in 12.

Liber inter rariores rarissimus, de quo multa olim disceptatio, fueritne unquam editus? Comprehendit Tomus I. quem tamen plures non fuere insecuti. Scriptores saltem Litterarum A. B. C. qui Opera sua Aprosianæ Bibliothecæ inseri voluerunt. Curate de hoc Libro exposuit Placcius in *Theatro Pseudonymorum* p. 61. 62. itemque Theoph. Sincerus *de Libr. rar.* T. I. p. 59.; curatius & curatissime S. Rev. Jo. Christoph. Wolfius, qui illum latina civitate donatum frequentiorem fecit hac inscriptione: *Bibliotheca* APROSIANA, *Liber rarissimus, & a nonnullis inter ἀνεκδότους numeratus, jam ex lingua italica in latinam conversus. Præmisit Præfationem, Notasque nonnullas addidit Jo. Christoph. Wolfius, Pastor ad D. Cath. & Scholarcha. Hamburgi, litteris Abrah. van den Hoeck*, 1734. in 8. pagg. 248.

Scipio AQVILIANVS, *Pisanus, Eques D. Stephani*, de placitis Philosophorum, qui ante Aristotelem floruerunt. *Venet.* 1621. in 4.

Liber eximiæ raritatis, & vix ullibi obvius. Vid. Gottl. Stollii *Historie der Gelahrtheit*, P. I. p. 520. Jo. Jonsii *Hist. Philosoph.* p. 148. *edit. Dornian.* & Jac. Bruckeri *Fragen aus der Philosoph. Histor.* T. I. p. 861. AQVILIANVS Anaximandri Opiniones exponit cap. 2. Anaxagoræ c. 3-7. Democriti & Leucippi c. 8-17. Pherecydis c. 18. Thaletis c. 19. Pythagoræ & Alcmæonis c. 20. Anaximenis & Diogenis Apolloniatæ c. 21. Hippasi & Empedoclis c. 22-24. Archelai denique & Heracliti c. 25. Novam Scripti rarissimi editionem Additionibus & Illustrationibus auctam promittit doctiss. Jac. Bruckerus in *Histor. Crit. Philosoph.* T. I. p. 811.

Cæsaris AQVILINII de tribus Historicis Concilii Tridentini. *Amstel.* apud *Elis. Weyerstraten*, 1660. in 8.

S. R.

S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Librorum rar.* p. 11. agit de hoc Scripto, quod non ubivis obvium; utiliſſimum tamen & egregium appellat.

ARAE *Multiſcii* Schedæ, v. *Chriſtian.* WORMIVS.

Daphnæi ARGVARII kurze, doch unpartheyiſche und gewiſſenhafte Betrachtung des in dem Natur- und göttlichem Rechte gegründeten heil. Eheſtandes, in welcher die zeither ſtreitigen Fragen vom Ehebruch, der Scheidung, und ſonderlich von dem vielen Weibernehmen, mit allem beyderſeits gegebenen Beweisthume dem chriſtlichen Leſer vorgeſtellet werden. A. 1679. in 4. pp. 261.

Laurentius Begerus, juſſu Principis ſui Caroli Ludovici, Electoris Palatini, Degenfeldiæ amore capti, ſub *Daphnæi* ARGVARII nomine Polygamiam hoc in Libro defendere, ac pro cauſſa nequiſſima Apologiam ſcribere nititur. Rariſſimum nec ullo modo parabilem jam A. 1681. fuiſſe hunc Librum Phil. Jac. Spenerus T. III. *Theolog. Bedenken* p. 488. teſtatur. Pleniorem Scripti hujus Hiſtoriam ex Viri illuſtris ac eleganter docti Jo. Klefekeri, Syndici Hamburg. meritiſſ. *Bibliotheca Eruditor. præcoc.* p. 25 ſqq. itemque ex Jo. Fabricii *Hiſtor. Biblioth.* T. V. p. 4. repetere libet. Ipſe Princeps & Elector Palatinus, inveſtigatis totius Bibliothecæ ſuæ Libris, ea ſibi excerpſit loca, quæ ad roborandam Polygamiam aliquid facere ipſi videbantur, quæ largo numero collecta Begero dedit, ut in ordinem redigeret; ipſe etiam deinde typis exſcribi, quam clandeſtine id fieri poterat, taciteque ad Bibliopolas, quos Scripti hujus & Auctor & cauſſa latebat, mitti curavit. Neque ſilentio prætereundum eſt, ipſum Begerum, defuncto A. 1680. Principe, cum a Succeſſore ejus ob vulgatum ejusmodi Librum reprehenderetur, reſpondiſſe: tantum abeſſe, ut ſua ſponte nefarium ejusmodi fœtum in lucem extrudere auſus fuiſſet, ut potius Principis ſui juſſu coactus id fecerit. Idem poſtea juſſu Caroli, Electoris Palatini, qui injuriam Matri factam ægre ferebat, *Refutationem*

tationem hujus Libri conscripsit, quæ tamen nunquam in lucem prodiit. Conf. *nova Miscell. Lipsi.* T. IV. p. 670 sqq.

Antoine ARENA meygra Entrepriſa Catoliqui Imperatoris, quando de A. D. 1536. veniebat per Provinciam bene corroſatus in Poſtam prendere Franſam cum villis de Provenſa &c. *Avenione* 1537. in 12.

Libellus in Gallia oppido rarus, & pauciſſimis viſus, teſte Jacobo le Long in *Biblioth. Hiſtor. Gall.* n. 15270. Conf. G. Naudæi *Maſcur.* pag. 276 sqq. Scriptus eſt Verſibus Macaronicis lepidiſſimis. Vt pleraque alia hujus Autoris propter inſignem raritatem huc referenda, præprimis illud: *Antonius* ARENA, *Provincialis de Bragardiſſima villa de Soleriis, ad ſuos compagnones ſtudiantes, qui ſunt de perſona friantes, baſſas danſas in galanti ſtilo biſognantes; & de novo per ipſum correctas, & ſoliter augmentatas, cum guerra Romana totum ad longum ſine require, & cum guerra Neapolitana, & cum revolta Genuenſi, & guerra Avenionenſi; & Epiſtola ad falotiſſimam garſam propaſſando tempus alägramentum mandat. Leges danſandi ſunt hic, quas fecit Arena, Bragardiſanus, atque falotus homo. Lugdun.* 1529. in 12. iterumque 1533. in 12.

Petri ARETINI Scripta pleraque, imo fere omnia; quorum Catalogum dedit D. Jo. Ad. Genſelius *im Bücher-Saale*, T. II. p. 323. qui ita ſe habet:

Capriccioſi & piacevoli ragionamenti, diſtinti in due parti.

Il piacevol ragionamento de la Genealogia di tutte le Cortegiane di Roma.

Commento di Ser Agreſto da ficaruolo ſopra la prima ficcata del padre Siceo con la diceria di Naſi colla putana errante. *In Coſmopoli* 1660.

L ere, il Geneſi, Pſalmi 1545.

La Vita di Maria Vergine, 1545.

Comedie, ragionamenti delle Corte.

Il Giocho delle Corte.
Il Commune del Arſiccio.
L' Hiſtoria di Chriſto.
Il Fuori del' Arme.
Al Paſſioni dell' Amor.
De tribus Impoſtoribus.
Ἀθεάνδες.
Profete Scancellate.

Quattro Libri della humanità di Chriſto. *Venet.* 1538.

Vbi inter cætera Conceptionem B. Mariæ ſcandaloſe deſcribit, „quaſi Spiritus S. in forma Avis, ut Jupiter cum „Leda in forma Cygni, cum eadem concubuerit, & ſtre„pitum cum alis excitaverit.„ Hactenus Catalogus Genſelianus, quem abſolutiſſimum vocat Jo. Frid. Reimmannus in *Hiſtoria Atheiſmi* p. 365. Ego pace S. Rev. ac doctiſſ. Viri aliter ſentio, ac Genſelianum Catalogum & imperfectum & minus accuratum eſſe arbitror. Sit penes Lectorem judicium. Quæ mihi de Scriptis Aretini innotuerunt, hæc ſunt:

Ragionamenti di *M. Pietro* ARETINO, cognominato *il Flagello de Principi*, il Veritiero, e'l Divino. La prima parte diviſa in tre Giornate. La Contenenza del le quali ſi porro nel la facciata ſeguente. Veritas odium parit. 1584. in 8. pp. 198. La ſeconda Parte de Ragionamenti di *M. Pietro* ARETINO, cognominato *il Flagello de Prencipi*, il Veritiero, e'l Divino. Diviſa in tre Giornate. La Contenenza del le quali ſi porro nel la facciata ſeguente. Doppo le quali habbiamo aggiunto il piacevol Ragionamento del Zoppino, compoſto da queſto medeſimo Autore per ſuo piacere. Veritas odium parit. In 8. pagg. 339.

In

In fine legitur: Stampata con buona licenza (toltami) nella nobil citta *di Bengodi*, ne l'Italia altre volte piu felice. Il 21. d'Octobre, 1584.

Typographus Barbagrigia priori Parti Præfationem præmisit; alteri ipse Aretinus præfatus est, adhærentque huic Parti præter *Ragionamenti del Zoppino, trattato de la Vita, e de la Genealogia di Cortegiane di Roma*, etiam *Commento di Ser Agresto sopra la prima Ficata del Patre Siceo con la Diceria de Nasi*, pp. 118. Editio hæc rarissima, quam insuper etiam bellissimam notat N. Fr. Haym *Notiz. de Libr. rar.* p. 178. recusa est *Cosmopoli* 1660. in 8. illique in calce adjecta est *la Puttana errante*. Duo ad rarissimi hujus Libri Historiam pertinentia hic mihi sunt addenda. Primo, maximam Scriptorum P. Aretini raritatem & infrequentiam effecisse, ut neque Bælius, neque Mr. de la Monnoye, omni licet adhibita diligentia, primam *Ragionamentorum* editionem potuerint investigare. „Il est difficile, „ scribit Mr. de Monnoye, qui satis copiose de hoc Libro differit ap. Bælium in *Diction.* „de marquer le tems precis „de la premiere edition des Ragionamenti, parce qu'elle „est devenuë si rare, qu'il est comme impossible d'en trou„ver des exemplaires.„ Alterum est, primam editionem *Ragionamentorum* non quidem uno eodemque tempore, attamen hoc ordine, lucem adspexisse: *Ragionamento della Nanna, & della Antonia, fatta in Roma sotto uno Ficata, composte dal divino* ARETINO *per suo Capriccio, a correttione de i tre stati della Donna. In Parigi*, 1534. in 8. Extat hæc editio in *Catalogo Biblioth.* Polyc. Lyseri, Prof. Helmstad. P. I. p. 147. continetque ea omnia, quæ leguntur in Parte I. Ragionamentorum. Lege, si placet, J. B. v. E. *Gedanken aus der Histor. Critic, und Litteratur*, p. 35 sqq.

Dialogo *di Messer Pietro* ARETINO, nel quale la Nanna il primo Giorno insegna a la Pippa sua figliuola a esser puttana. Nel secondo gli contra i tradimenti, che fanno gli huomini a le meschine che li credano. Nel terzo & oltimo la Nanna, & la Pippa sedendo nel orto,

ascol-

aſcoltano la commare, & la Balia, che raggionano della Ruffiano. *In Turino*, 1536. in 8.

Recte ſuſpicatus eſt Petr. Bælius in *Diction.* Dialogos iſtos non eſſe diverſos a Ragionamentis, ſed priorem illorum editionem; repetiti namque ſunt hi Dialogi Parte II. Ragionamentorum. Extat hæc editio, quam *Venetiis*, non *Turini*, prodiiſſe vult Mr. Monnoye T. IV. *Menagian.* p. 59. in *Catalogo Biblioth.* Lyſerian. P. I. p. 147. Conf. J. B. v. E. *Gedanken* l. c. Dialogi iſti in ſermonem hiſpanicum converſi fuerunt a Ferdin. Xuareſio, ſub titulo: *Colloquio de las Damas*, 1607. in 8. Hanc Xuareſii Verſionem hodie inſigniter raram Caſparus Barthius in latinum ſermonem traduxit. Latina inſcriptio eſt hæc: *Pornodidaſcalus, ſeu Colloquium maliebre, de aſtu nefario, horrendisque dolis, quibus impudicæ mulieres juventuti incautæ inſidiantur. Dialogus ex italico in hiſpan. ſermonem verſus a* Ferdin. Xuareſio, *Sevilienſi, de hiſpanico in latinum traducebat* Caſp. Barthius. *Hanoviæ* 1623. in 8. *Cygneæ* 1660. in 8. Galli verſant eosdem Dialogos ſub titulo: *Dialogue des Courtiſanes de Rome, traduit en François*, 12. Germani habent editionem *Noribergæ* 1672. 4. adornatam, cui titulus: *Petri* ARETINI *Italiäniſcher Hurenſpiegel.*

La Ficheide del P. Siceo col commento di Ser Agreſto ſopra la prima Ficata. *In Baldacco* per *Barbagrigia da Bengodi*, 1539. in 4.

Memoratur hæc editio in N. F. Haym *Notizia de' Libri rari* p. 142.

Ragionamento nel quale *M. Pietro* ARETINO figura quattro ſuoi amici, che favellano de le Corti del Mondo, e di quella del Cielo. *Novara*, 1538. in 8.

La terza parte de Ragionamenti del divino *Pietro* ARETINO, ne la quale ſi contengono due Ragionamenti cioè de le Corti celeſte, & terreſtre, e del Giuoco, 1589. in 8.

Vid. *Biblioth. Anonym.* P. III. p. 240.

La

La Puttana errante, overe dialogo di Madalena e Giulia.

Primam Libri hujus ſpurciſſimi editionem ignoro. MStus extat in *Biblioth.* Uffenbach. T. III. p. 750. Impreſſus adhæret editioni *Ragionamentorum Coſmopoli*, 1660. Verſionem Belgicam eſſe ſuſpicor, *de dwaenende Hoer, uyt het Italiaens vertaelt*, in 12. ſine loci & anni indicio. De Argumento hujus Scripti ita ediſſerit Mr. Bayle in *Dictionar.* „Où il eſt traité au long de diverſi conjungimenti jusqu'au „nombre de trente cinq.„

Libro de Sonetti, e de le figure Luſſurioſe.

Scriptum abominabile. "N'eſt autre choſe, qu'un recueil contenant ſeize figures des honnêtes gravées par le 'fameux Marc Antoine de Bologne d'après les Deſſeins 'de Jules Romain, au bas de chacune des quelles étoit un 'Sonnet de l'Aretin.„ Hæc Bælius, quem, ſi placet, evolve in *Diction. art.* ARETIN. Bælio adde *Menagian.* T. IV. p. 60. ubi hæc habet Mr. Monnoye: "Je voudrois 'bien avoir *les ſeize Sonnets*, que fit l'Aretin pour mettre 'au bas des figures gravées par Marc Antoine de Boulogne, 'd'après les Deſſeins de Jules Romain. Le Vaſari, & après 'lui Felebien,„ (his adde Joach. de Sandrart *l' Academia Tedeſca della Architettura, Scultura, & Pittura*, T. II. p. 207.) "ont dit, que ces figures, & ces Sonnets étoient 'au nombre de vingt. Mais l'Aretin lui-même dans la Dedicace, qu'il en fit à Battiſta Zatti par un Lettre du XI. Decembre 1537. n'en compte que 16. Il y avoit deja dix 'ans que ſon Recueil des ces Sonnets paroiſſoit, temoint 'la Lettre du 29. Novembre 1527. par la quelle il mande 'à Ceſar Fregoſe qu'il lui envoi *il libro de Sonetti, e de le 'figure luſſurioſe.* Je me paſſerai des figures, mais je vous 'avouë, que ſi j'étois en Italie, je tacherois d'obtenir de 'quelque curieux, ſoit Romain ſoit Venetien la permiſſion 'de copier les Sonnets.„ Adeptus poſtea fuit Cl. Monnoye hos italicos Aretini Sonnettos, quos totidem Diſtichis latinis incluſit, iisque nonnulla præfaminis loco addidit, quibus Aretini iconem depinxit, atque Libelli raritatem eque ac inhoneſtum jocandi genus ſignificavit. Specimen ujus translationis ex MSto communicavit Cl. Bayerus

in *Memor. Libror. varior.* p. 18. ſq. qui nos docet, Libellum hunc Aretini conſtare 23 plagulis in 12. quarum anterior pagina tantum literarum typis eſt repleta, poſterior autem vacua. Figuræ enim nullæ adſunt; præter unicam laſcivam, quæ tituli loco eſt. Cæterum ex judicio Cl. Bayeri, qui Libellum rariſſimum oculis uſurpavit, Aretinus omnes Scriptores ſotadicos in exiguo hoc Libro turpiſſime ſuperavit. Hinc non immerito inſtinctu Jo. Matthæi Giberti, Epiſcopi Veronenſis, jubente ita Clemente VII. ferulis fuiſſe caſtigatum, docet Jo. Maria Mazzuchellius, Comes Brixienſis, in *Vita Petri* ARETINI, *Patavii* 1741. in 8. edita. Vid. *Nov. Acta Eruditorum* 1744. p. 508.

Capitolo di *Pietro* ARETINO, Ludovico Dolce, Franceſco Sanſovino, e di altri acutiſſimi ingegni. 1540. in 8. ſine loci & Typographi indicio.

Vid. Haym *Notiz.* p. 142.

I tre primi Canti di Marfiſa, di *Pietro* ARETINO. *In Venezia* 1544. in 8.

Vid. Haym *Notiz.* p. 117.

La Cortigiana, Commedie riſtampato nuovamente. *In Venezia*, preſſo *Franc. Marcolini*, 1535. in 8.

Il Mareſcalco, Commedie riſtampato nuovamente. *In Venez.* preſſo *Franc. Marcolini*, 1536. in 8. iterumque 155 . in 8.

L'Hippocrito, Commedie. 1542. in 8.

Il Filoſopho, Commedie. *In Venez.* preſſo *Il Giolito*, 1549. in 8.

Quatro Commedie, cioè il Mareſcalco, la Talanta, la Cortegiana, e l'Hippocrito. 1588. in 8.

De his Aretini Comœdiis legere juvabit, quæ habet Mr. de Monnoye Tom. IV. *Menagian.* p. 62. "Les Comedies "de

"de l'Aretin ne ſont pas toutes egalement rares. Rien "n'eſt plus commun, que la *Cortigiana*, & le *Mareſchalco*. "On ne peut pas en dire autant de la *Talanta*, de *l'Hipo-"crito*, & du *Filoſofo*. Toutes les Oeuvres de cet Auteur "étant defendues on s'eſt aviſé pour tromper l'inquiſition "de les imprimer ſous des Noms ſuppoſez, & ſous d'autres "titres. On a donné celui de *Finto* à l'*Hipocrito*, de *Ca-"vallarizza* au *Mariſcalco*, & de *Sofiſta* au *Filoſofo*, ſans "changer autre choſe que les deux ou trois premieres lignes "de ces trois pieces, qui pour mieux couvrir le jeu ont été "publiés ſous le Nom de *Luigi de Tanſillo*. C'eſt ce qu'a "fort bien reconnu le Seigneur Mario Creſcimbeni p. 140. "& 141. de ſon *Eſſais* de l'*Hiſtoire della volgar Poëſia*, "*à Rome* 1698. in 4.„

Eſortatione de la Pace tra l'Imperatore, e il Re di Francia. *Rom.* 1524. 4.

De le Lagrime d'Angelica di M. P. A. due primi Canti. 1538. in 8.

Strambotti alla Villaneſca freneticati dalla Quartana, con le Stanze de la Serena in comparatione degli ſtili. *Venet.* 1544. 8.

L'Orazia di *Pietro* ARETINO, Tragedia. *In Venezia*, per *il Giolito*, 1546. in 8.

Vid. Haym p. 153.

Ternari di *Pietro* ARETINO in gloria di Giulio III. Pontifice, e della Majeſta della Reina Chriſtianiſſima. 1551. in 8.

Vid. Haym 142.

Comento del Grappà intorno al Sonetto, Poiché mia ſpeme é lunga a venir troppo, dore ſi ciarla a lungo delle lodi delle Donne e del mal Francioſo. *In Mantova*, 1545. 8.

Vid. *Nov. Act. Erud.* 1744. p. 512.

Dubbi Amoroſi di *M. Pietro* ARETINO.

Librum hunc dubia amoris vel caſus fictos obſcœnos una cum reſolutione eorundem ridicula ex Jure canonico & civili,

vili, versibus italicis scripta, continentem A. 1600. prodiisse, & Aretini nomen mentiri, docet Jo. Maria Mazzuchellius. Vid. *Nov. Act. Erud.* 1744. p. 512. Extat MStus in *Bibliotheca* Uffenbachiana, Tom. III. p. 750.

L'Alcibiade Fanciullo a scuola di *Pietro* ARETINO.

Liber spurcissimus, atque execrandus de criminis Sodomitici laude ac arte, lingua italica scriptus, recentior Aretino, & ab aliis sub nomine ejus evulgatus. Extat MStus in *Bibliotheca* Uffenbach. T. III. p. 751. Impressum *à Orange*s par *Jean Wart* 1652 in 12. oculis usurpavit Cl. Augusti. Bayerus, quem lege in *Memor. Librorum rarior.* p. 70. 71. Conf. *Noua Acta Erud.* 1744. p. 512.

Il Genesi con la visione di Noe, nella quale si vede i misteri del Testamento Vecchio, e del Nuovo, in 8. *Venet.* 1538. 1539. 1541. *Lugdun.* 1542. *Venet.* 1628. 1629. 1635. 1636.

I sette Salmi della Penitenza di David, in 8. *In Venezia* 1534. 1536. *Florent.* 1537. *Venez.* 1539. 1545. &c.

I tre Libri della Humanità di Christo. *In Venezia* 1535. 4. 1539. 8. 1541. 8.

La Vita di Maria Vergine, in 8. sine indicio loci aut anni.

Recenset hoc Scriptum ex editione *Veneta* 1628. Hippolitus Maraccius in *Biblioth. Mariana* P. II. p. 224. Autorem nominans: "Virum, licet petulantissimæ linguæ vitio infectum, felici tamen, fœcundissimaque ingenii vi atque eloquentia pollentem.,,

La Vita di Caterina Vergine, divisa in tre Libri. *In Venezia* 1541. in 8.

Hæc posteriora Aretini Scripta junctim postea edita sunt sub Anagrammatico nomine, *Partenio Etiro.* Conf. Placcii *Theatr. Pseudon.* p. 259. In *Catal. Bibliothecæ* Nic. Heinsii P. II. p. 178. extat: *La Vita di Maria Vergine, di Caterina, & Tom-*

& Tommaſo Aquinate, il Geneſi, l'Humanità di Chriſto, & i Salmi, di P. ARETINO. *In Venez.* 1551. in 4.

Del primo Libro delle Lettere di *Pietro* ARETINO; edizione ſeconda con aggiunta. *In Venezia,* per *Franc. Marcolini da Forli,* 1542. in 8.

Al Sacratiſſimo Re d'Inghilterra, il ſecondo Libro delle Lettere di *Pietro* ARETINO. *In Venezia,* per *Fr. Marcolini.*

Al Magnanimo Signor Coſſimo de Medici, il terzo Libro delle Lettere di *Pietro* ARETINO. *In Venez.* preſſo *Gabriel Giolito,* 1546. in 8.

Recuſæ poſtea *Epiſtolæ* ARETINI ſunt *Pariſiis* 1609. *VI. Tomis.* in 8. Vid. N. Fr. Haym. *l. c.* p. 196.

La Bibliotheque D'ARETIN, *à Cologne,* in 12.

Retulit mihi Amicus, hunc Librum, mihi inviſum, verſionem gallicam eſſe Scripti Sotadici, quod latino ſermone ſub ficto Loyſiæ Sigeæ nomine prodiit. Hanc tamen relationem nuper Bibliophilus quidam coram in dubium vocavit, affirmans *Bibliotheque* DE ARETIN Collectionem eſſe Libellorum quorundam obſcœnorum, *l'Ecole des Filles, Comedie de la Comteſſe de Luze &c.*

Benedicti ARETII, *Bernenſis,* Commentarii abſolutiſſimi in Pindari Olympica, Pythia, Nemea, Iſthmia. Excudit *Joannes le Preux,* 1587. in 4.

Eſt Liber longe rariſſimus, quique nonniſi maximo pretio comparari poteſt; ex judicio Cl. Dan. Gerdes in *Florileg. Libror. rar.* p. 12. Conf. Sam. Engel *Catalogus Librorum rariſſ.* p. 9.

ARISTOTELIS Theologia, ſ. myſticæ Aegyptiorum Philoſophiæ Libri XIV. *Romæ,* 1518. in 4.

Librum hunc nunquam extitiſſe arbitratur Vir S. R. Ernſt Sal. Cyprianus, cujus hæc ſunt verba: "Fortaſſis ejusmodi "Liber nusquam extitit; etſi eum a Fr. Roſeo, Ravennate,

"e Damasci Bibliotheca in Italiam advectum, & *Romæ* "a *Jac. Mazochio* excusum dicant.„ Vid. Cypriani *Diss. in illud Tertulliani: Hæret. Patriarchæ Philosoph.* p. 12. At omnino exstitit, ut patet ex copiosa hujus Libri notitia, quam habes in Polyhistoris summi Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Græc.* T. II. p. 162. sqq. Conf. *Merkwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 238. sq.

Petri ARLENSIS, de Scudalupis, Sympathia septem Metallorum, ac selectiorum Lapidum ad Planetas.

Madriti primum, hinc *Romæ* sub initium superioris seculi in fol. excusa est, & singularia continet secreta a filio per incogitantiam evulgata; qui tamen postea omnia fere Exemplaria coëmisse dicitur, ut nullum jam amplius compareat. Quæ enim in Gallia, *Paris.* apud *Dav. Gillium*, 1610. in 8. prodiit editio, tota mutila est, nulliusque pretii. Vid. Wendleri Dissertat. *de Libr. rar.* § XVI. Editio etiam *Hamburgensis* 1717. in 8. impressa est ex editione castrata *Parisiensi*. Vid. *Neue Bibliothec*, T. VI. p. 653.

Mariani ARMELLINI Bibliotheca Benedictino-Casinensis, sive Scriptorum Casinensis Congregationis, alias S. Justinæ Patavinæ, qui in ea ad hæc usque tempora floruerunt, Operum ac Gestorum notitiæ. Pars I. *Assisii* 1731. in fol. pagg. 238. Pars altera, *ibid.* 1732. fol. pagg. 242. Appendix. *Fulginei* 1732. fol. pp. 15.

Raritas his verbis indicatur: "Weil dieses Buch auf des "Autoris Unkosten gedruckt, und die mehresten Exem"plaria verschencket, oder von den Klöstern des Ordens "abgenommen worden; so ist es auch in Italien niemals "recht gemein, oder bey Buchhändlern zu finden gewesen.„ *In Merkwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 271. sqq.

Johann ARNDS Vier Bücher vom wahren Christenthume.

Editio omnium prima ipsa raritate rarior est. Sed quo anno illa prodierit, dictu est perdifficile, cum primæ editionis Exemplaria nullibi fere reperiantur. Godofr. Arnoldus

in

im Leben der Glaubigen p. 553. jam A. 1605. Librum primum prodiisse affirmat. Historiæ interim consentaneum est, non ante annum 1608. vel 1610. Libros Arndianos e prelo emersisse, judice Jac. Frid. Reimmanno in *Catal. Systematico-Critico* p. 562. Editionis *Magdeburgensis mit Churfürstl. Sächsischer Freyheit, durch Joach. Biel, in Verlegung Joh. Francken*, 1610. ex Αυτοψια meminit Jo. Diecmannus, qui tamen antiquiorem hac extare suspicatur. Vid. Diecmanni *deutsche Schriften*, P. II. p. 206. Falsus itaque est Dn. Carolus, cum in *Memorab. Eccl. Sec. XVII.* L. 2. p. 387. hos Arndii Libros primum 1615. ex typographia Jo. Franckii in lucem prodiisse putavit. Apud Helvetios jam A. 1615. utut sub alieno titulo recusus est Liber I. hoc rubro: *Der Tod Adams, und das Leben Christi, gedrukt zu Steina in der Schweitz* 1615. Vid. *Hessisches Heb-Opfer*, T. I. p. 274. *Symbolæ Litterariæ* Bremæ editæ, T. I. p. 117.

Timocratis Arsenii, de Familiis & Nominibus Romanis.

Hic Liber, si extat, inter rariores certe rarissimus est; quia Magni Reinesii, Viri perspicacissimi, & in Genealogiis antiquis evolvendis prorsus indefessi, manus oculosque effugere potuit. Sic enim ille *Epist.* 19. ad Casp. Hofmannum p. 48: "Sansovinus aliquoties meminit *Timocratis Arsenii*, qui "*de Familiis & Nominibus Romanis* egerit, & *Guil. Cordilli*, "qui *Registrum nobilium Familiarum Romæ, sedente Martino V. P. M.* confecerit, horum lectione, si extarent in "Bibliothecis nostris, adjuvabitur plurimum Christ. Ad. Rupertus.„ Hæc Reinesius. An alii post Reinesium feliciores hac in re fuerint, me latet. Sane Jac. Frid. Reimmannus, ex fide tantum Reinesii, de hoc Libro loquitur in *Histor. Litterar. de Libr. Genealog.* II. p. 165.

L. M. Artemonii Initium Evangelii S. Johannis Apostoli, ex Antiquitate Ecclesiastica restitutum, indidemque nova ratione illustratum. In isto Opere ante omnia probatur, Johannem non scripsisse; *Et Deus erat;* sed: *Et Dei erat Verbum.* Tum etiam tota 18. prima

ejus Evangelii commata, & alia multa Scripturæ S. illustrantur; & non pauca antiquorum Ecclesiasticorum ac Hæreticorum loca ventilantur ac emendantur. Partes II. A. D. 1726. in 8 maj. pagg. 624.

Opus rarum, imo perrarum, Autorem habens doctissimum Socinianorum, Sam. Crellium, cujus reliqua etiam Scripta rarissima sunt. Huc imprimis pertinet: *L. M.* ARTEMONII *Defensio Emendationum in Novatiano factarum, contra Virum Clariss. Johannem Jacksonum. Accedunt alia ad Librum Artemonii addenda. Ad Virum Amplissf. & Generosiss. Dominum* ** *A. D.* 1729. in 8. maj. pp. 71. Vitam & fata Sam. Crellii non pigebit legisse in S. R. Gabr. Wilh. Götten *jetztlebenden Gelehrten Europa*, T. III. p. 277-304.

Eliæ ASHMOLE Opus vastum de Ordine Perisscelidis, cum elegantiss. figg. æn. sermone anglico *Londini* 1672. in folio

in lucem emissum admodum rarum esse testatur Christ. Gryphius *de Scriptor. Histor. Sec. XVII.* p. 355. Titulus integer ita habet: *The Institution, Laws, and Ceremonies of the most noble Order of the Garter collected and digested into one Body by Elias* ASHMOLE *of the Middle-Temple Esque Windesor Herald at Arms. A Work furnished with variety of matter, relating to Honor and Nobleſſe. Lond. printed by J. Macock, for Nathanael Brooke*, 1672. in fol. Recensetur hoc Opus in Theoph. Sinceri *Nachrichten*, T. I. p. 190 sqq. Compendium istius majoris Operis est, quod A. 1715. prodiit: *The History of the most noble Order of the Garter, London* 1715. in 8. cum fig. de quo evolvas velim *Acta Erud. Supplement.* T. VI. p. 464. sqq.

Justi ASTERII, *JCti*, Deploratio Pacis Germanicæ, sive Dissertatio de Pace Pragensi, tam infauste quam injuste inita Pragæ Bohemorum 1635. in qua artes & technæ Austriacorum, væcordia Saxonum, pericula Protestantium, & æquitas belli a Francis & Suecis jure prolati, eviden-

evidentissime ostenditur; juxta exemplar Lutetiæ Parisior. Sumtibus *Sebast. Cramoisy*, 1636. in 4. pagg. 56. *Ejusd.* Examen Comitiorum Ratisbonensium, sive de nupera electione novissimi Regis Romanorum, Ferdinandi III. Acta, Rescripta, &c. juxta Exemplar Hanoviæ, 1637. in 4.

Admodum difficulter & vix hodie inveniuntur Scripta hæc eleganter quidem, sed nimis acerbe, confecta a Jo. Stella, qui Residens Gallicus Argentorati erat. Raritatem indicat *Catalog. Historicor.* Fresnoio-Mencken. Posteriori Scripto Responsionem opposuit minus etiam obviam *Petrus Ostermannus*, cui tit. *Justus Romaio-Basilicos Stephanos, i. e. Legitima & Germana Regia Romano Corona Ferdinando III. Hungariæ &c.* A. 1640. in 4. plag. 26.

Nicolai Asverii Icones Virorum illustrium.

„Soll in Strasburg zum Vorschein gekommen seyn; so man „aber bis dato noch nicht hat zu Gesichte bringen können: „man ist also begierig, mehrere Nachricht davon zu erhal„ten.„ Hæc Sig. Jac. Apinus *in der Anleitung, Bildnisse gelehrter Männer zu sammlen*, p. 131. Nunquam fuisse editum arbitror. Conf. *Biblioth. Reimmann.* T. II. p. 695.

R. Joseph Athiae Biblia Anglica, v. Biblia Anglicana.

Atlas Bleauvianus major, XI. Tomis. *Amstelod.* ex offic. *Blauv.* 1665. fol. maj. qui etiam gallice prostat: Le grand Atlas par Jean Bleauw, XII. Tomes. *Amstelod.* 1667. in fol. maj. imo etiam hispanice.

Opus rarissimum, in Auctione Bibliothecæ splendidæ *Bentesianæ* Amstel. A. 1702. divenditum pro 345. florenis. Hodie vix & admodum difficulter haberi potest, post triste illud incendium, quo officina celebris Blauviana A. 1671. quinque myriadibus æstimata, cum plurimis tabulis æneis & libris periit. Vid. Gryphius *de Script. Hist. Sec. XVII.* p. 30. *Catalogus Historic.* Fresnoio-Mencken. p. 26. Wendlerus

de Libr. rar. §. X. Vniverſo Operi hic eſt præfixus titulus: ATLAS *Major, ſive Coſmographia Blauviana, qua Solum, Salum, Cœlum accuratiſſime deſcribuntur.* In fol. maj. ſeu forma atlantica. Volumini I. *Amſtelodami labore & ſumtibus Jo. Bleau* 1662. excuſo, præmiſſa eſt Sciographia integri Operis. Vol I. continet Arcticam, Norvegiam, Daniam; Vol. II. Sueciam, Ruſſiam, Poloniam; Regiones Orientales circa Danubium, Græciam; Vol. III. Germaniam; Vol. IV. Belgium; Vol. V. Angliam; Vol. VI. Scotiam, Hiberniam; Vol. VII. Galliam, Helvetiam; IIX. Italiam; IX. Hiſpaniam & Africam; X. Aſiam; XI. Americam. Recenſionem mapparum hujus Atlantis habes in Libello: *Notitia omnium mapparum, quæ in offic. Homanniana exaratæ ſunt. Accedit* ATLAS *Blauvianus latinus XI. Voluminibus comprehenſus, ſpecialiter deſcriptus. Wratisl.* 1736. 8.

De loco, ubi victus ATTILA fuit olim, Diſſertatio, *Pariſiis,* ap. *Jo. Libert* 1641. in 8. c. fig.

Libellus hic a Jo. Grangierio Regio Profeſſore conſcriptus inter ipſos Gallos inventu eſt difficillimus. Recenſetur a doct. Aug. Bayero in *Memor. Libror. rarior.* p. 16.

Johannis AVBERII Hiſtoria Auguſtodunenſis

rariſſima eſt, & prorſus ignota. Autore enim poſt cœptam editionem defuncto, folia hujus Libri diſſipata, unumque tantum Exemplar Auguſtoduni repertum & ad ſe transmiſſum fuiſſe narrat Bernhardinus de Montfaucon in *Antiquit. explanatione & ſchematibus illuſtrat.* Tom. III. P. I. f. 50. Vid. J. G. Schelhornius T. II. *Amœnitat.* p. 399. & Jacobus le Long in *Biblioth. Hiſtor. Galliæ* n. 15043. cujus verba exſcribere lubet: *Hiſtoire de l'antique Cité d'Autun, depuis ſa fundation, jusqu'à Saint Amateur Eveque d'Autun, par Jean* AVBERY, *Docteur en Medicine,* in fol. "Il n'y "a eu d'imprimé de cette Hiſtoire, que le premier Livre, "& partie du ſecond, que j'ai vû entre les mains de Dom. "Bernh. de Montfaucon. Il contient pluſieurs choſes cu-"rieuſes. Philibert de la Mare à la p. 39. *de ſon plan des* "*Hiſtoriens de Bourgogne* dit, que le MScrit eſt conſervé "dans la Bibliotheque de Claude Thiroux, Avocat Con-"ſultant du Parlement de Bourgogne.

Louis

Louis AVBERY, *Chevalier, Seigneur du Mautier*, Memoires pour servir à l'Hiſtoire de Hollande, & des autres Provincies unies. Où l'on verra les veritables cauſes des Diviſions, qui ſont depuis ſoixante ans dans cette Republique, & qui la menacent de ruine. *à Paris*, chez *Jean Villette*, 1680. in 12. pp. 383.

Multa ſingularia & ſecreta hic Libellus continet, eapropter in Belgio prohibitus & fiſco addictus; attamen ſæpius recuſus *Pariſ.* 1688. in 8. itemque *Pariſ.* 1712. in 8.

Agrippa. D'AVBIGNE Hiſtore univerſelle depuis l'an. 1550. jusqu'en 1610. III. Tomes. *à la Maille*, 1616. 1618. 1620. in fol. iterumque *Amſtelod.* 1626. fol.

Librum hunc inprimisque III. Tomum rariſſimum eſſe obſervat Bayle in *Diction. art.* AVBIGNE. Cauſſa raritatis procul dubio hæc eſt, quia juſſu Parlamenti exuſtulatus manu carnificis fuit. Autor enim, qui nobilis Vaſconus & Proteſtantium ſacris erat addictus, fraudes in favorem Religionis ſub Henr. III. peractas animo libero detexit. Edictum Parlamenti contra hunc Librum habet: "Que le 4. Janvier "1617. *l'Hiſtoire du Sieur* D'AVBIGNE pour contenir "pluſieurs choſes, qui ſont contre l'Etat, & l'Honneur "des Rois Charles IX. Henry III. & IV. des Reines, Prin-"ces, & autres Seigneurs de ce Royaume, fut en execution "de la Sentence du Prevot de Paris ou de ſon Lieutenant "Civil, brulé publiquement par l'Executeur de la haute "Juſtice." Vid. le Long *Biblioth. Hiſtor. de France* n. 8507. Parem cum præcedenti inclementiam fati aliud ejusdem Autoris Scriptum ſuſtinuit: *Les Tragiques ci devant donnez au public par ce Larcin de Promothée, & depuis avouez & enrichis par le Sr.* D'AVBIGNY, *diviſes en ſept livres, intitulez: Les miſeres; Princes; Chambre dorée; les feux; les vers; vengeances; jugement*, in 8. De hoc enim Opere in *Catalogo* Biblioth. inſtructiſſimæ Marchionis St. Philippi A. 1726. *Hagæ-Comit.* excuſo T. III. p. 317. hæc notantur: "Ce livre a été brule, & eſt devenu très-rare par conſequent; "il

„il contient tous les funeſtes evenemens arrivées ſous Henry III. & IV. pour cauſes de Religion.„ Conf. Schelhorn. *Amœnit.* Tom. IIX. p. 473. Rarioribus etiam adnumerandus *Petites Oeuvres mêlées du Sieur* D'AVBIGNE, *en Proſe & en Vers. à Geneve* 1630. in 8.

Joannis AVENTINI Bayriſches Chronicon: in Latein verfertiget, und in ſyben Puecher getailt; ein kurzer Auszug. *Nürnb* 1522. in fol.

Accuratam Libri hujus oppido rari notitiam ſuppeditat Autor Anonymus Diſſertat. *de Annalibus Aventini* inſert. Tom. V. *Amœnitat.* J. G. Schelhornii p. 81 ſqq. Conf. *Theſaurus Bibliothec.* Tom. II. p. 14 ſq. & Jo. Chr. Mylii *Memorabilia Biblioth. Jenenſ.* p. 116.

Joannis AVENTINI Vita Henrici IV. Imperatoris, cum ejusdem Imp. Epiſtolis. *Auguſtæ Vindelic.* 1518. in 4.

Scriptum maximæ raritatis, ex indicio *Biblioth. Hiſtoricæ* Struvio-Buderianæ p. 912.

AVGVSTANA Confeſſio, v. CONFESSIO.

Anton. AVGVSTINI Commentarius de Nominibus propriis τῶ παυδεκτῶ Florentini. *Tarraconæ*, apud *Phil. Mey*, 1579. in fol.

Accuratiorem notitiam hujus Libri rari & cari ſecum communicari exoptat Godofr. Tilgnerus. Novam ejus Editionem promiſit Corn. von Bynckershoeck. Vid. Schelhorn. Tom. II. *Amœnitat.* p. 411. Dedit illam illuſtris Proto-Syndicus Liberæ Reip. Bremenſis, Everhardus Otto, in *Theſauro Juris Romani*, Tom. I.

Ejusd. Bibliothecæ Librorum MStor. Index, græce & latine. *Tarraconæ*, apud *Phil. Mey*, 1586. in 4.

Liber inter rariores rariſſimus, & cum MStis propemodum æquiparandus. V. Schelhorn. in *Amœnit.* T. II. p. 411.

Ejusd. Dialogos de Medallas, Inſcriciones y otras antiguedades. *In Tarragona*, apud *Felipe Mey*, 1575. in 4. iterumque *ibid.* apud *eundem*, 1587. in 8.

Italice

Italice redditi bis sunt iidem Dialogi. Vna Versio est Dionysii Octaviani Sadæ, quæ sub sequenti titulo prodiit: *Dialoghi intorno alle Medaglie, inscrittioni, & altre antichità, trad. dal Spagnuolo da Dionigi Ottaviano Sada. In Roma, apud Guil. Faciottum,* 1592. in fol. iterum 1600. & 1625. in fol. iterumque *in Roma, Stampatore Camerali,* 1650. in fol. Altera Versio est incerti interpretis, sine mentione & anni & Typographi in 4. excusa. Latine translati sunt ab Andrea Schotto, quæ editio inscribitur: *Antiquitatum Romanarum & Hispanarum in Numis veterum ex Hisp. latine redditi Dialogi XI. per Andream Schottum: cui accessit duodecimus de prisca Religione Diisque gentium; seorsim editæ Numismatum Icones a Jac. Biæo æri incisæ. Antverp. apud Henr. Aertsium,* 1617. in fol. iterumque *ibid.* apud *eundem,* 1654. in fol. Vid. Andr. Schotti Vita Ant. Augustini in Frid. Jac. Leickheri *Vitis Clariss. JCtor.* p. 189 sq. & Anselmi Banduri *Bibliotheca Nummaria c. n. Jo. Alb. Fabric.* p. 31 sq. Repetitæ hæ editiones non obstant, quominus AVGVSTINI *Dialogi* locum hic inter Libros rariores inveniant. Omnium tamen rarissimæ sunt editiones *Tarraconenses.* „Il piu raro Libro,„ inquit Nic. Franc. Haym *Notiz. de Libr. rar.* p. 283. „che tratti delle „Medaglie sono i famosi *Dialoghi d' Ant.* AGOSTINO in „Ispagnuolo della stampa di *Tarragona*, che quando si può „trovare, si paga dai curiosi prezzo esorbitante.„ Nic. Fr. Haymio adde Aug. Bayerum in *Memor. Libror. rarior.* p. 215. qui tamen ipse subdubitat, an unquam extiterit editio *Tarraconensis A. 1575.* 4. quam post Schottum etiam laudat Nic. Antonius in *Bibliotheca Hispan. nova.* Rarioribus etiam adnumerandus *Ant.* AVGVSTINI *Epitome Juris Pontificii veteris in tres Partes, de Personis, de Rebus, & de Judiciis;* quarum *prima Pars Tarraconæ* 1586. fol. reliquæ duæ cum prima *Romæ* per *Aegid. Spadam* 1611. fol. iterumque per *Stephan. Paulinum* 1614. fol. *Venet.* 1616. *Paris.* 1641. fol.

Leonh. AVGVSTINVS, vid. AGOSTINO.

Petri AVRELII Opera omnia jussu & impensis Cleri Gallicani in III. Tomos distributa. *Parisiis* 1646. fol.

Opus

Opus rarum. Vid. *Biblioth.* Cyprianica, p. 24. Prima editio quinquennio ante *ibidem*, iisdemque sumtibus excusa fuit, latetque sub ficto hoc nomine Jo. Vergerius, Haurannius, Abbas San-Cyranus. Conf. Placcii *Theatrum Pseudonymorum*, p. 101.

AVSTRIACA Austeritas in Regno Hungariæ, cum Appendice. *Venetiis* 1671. in 4.

Scriptum rarissimum, paucis visum, ac confestim suppressum, Autorem agnoscit Cancellarium Comitis Toekely. Vid. Sam. Engel *Catal. Libror. rariss.* p. 11.

Kurtzer AVSZVG, etlicher zwischen den Catholiquen und Lutheranern streitigen Glaubens-Lehren; aus des Concilii zu Trient, und der Göttlichen Schrift eigenen Worten, wie auch der hiebeygefügten Päbstlichen Glaubens-Bekenntniss und Religions-Eide, treulich gefasset, und zum nöthigen Unterricht, was jeder Theil glaubt, und glauben soll, ans Licht gestellet. *Wolfenbüttel* 1714. in 12.

Libellus admodum rarus, de quo S. Rev. Jo. Bernh. Hasselius, supremus Ecclesiarum Guelpherbyticarum Antistes, in literis ad me datis monet: "Es ist nicht mehr zu haben; weil nur hundert Exemplaria auf Hochfürstl. Kosten "damals gedrucket worden. Die Verfasserin davon sind "Frau Elisabeth Sophie Marie, verwittwete Herzogin von "Braunschweig und Lüneburg.,,

Martialis D'AUVERGNE les Arrets d'Amour.

Liber notissimus, ac sæpius editus, attamen hodie rarissimus, ex quo luculentum quoddam Specimen Lectoribus exhibetur in Niceronii *Memoires* T. IX. Vid. *Acta Erudit.* 1730. p. 549.

Johannis

B.

Johannis BAAZII Inventarium Hiſtor. Eccleſiaſticæ Sueo-Gothicæ. *Lincopiæ* 1642. in 4.

Rarioribus, imo rariſſimis Scriptis adnumeratur ab Illuſtr. Seckendorfio ap. Wendlerum in *Diſſ. de Libr. rar.* §. XXV. Conf. *Däniſche Biblioth.* P. IV. p. 3 ſq. V. p. 60.

Andreæ BACCII de Thermis Libri VII. Opus locupletiſſimum, non ſolum Medicis neceſſarium, verum etiam Studioſis variarum rerum naturæ perutile: in quo agitur de univerſa aquarum natura, differentiis, ac miſtionibus cum terra, ignibus & metallis; de terreſtris ignis natura nova Tractatio; de fontibus, fluminibus, lacubus, de Balneis totius Orbis, & de Methodo medendi per Balnea, deque lavationum ſimul, atque exercitationum Inſtitutis in admirandis Romanorum Thermis. Demum ab ipſo Autore recognitum, & plus mille locis auctum. *Romæ*, apud *Jac. Maſcardum*, 1622. fol.

Liber rarus in Auctione Menarſiana p. 40. pro 11 floren. 10 ſtuv. venditus. Vid. Jo. Lud. Bunemanni *Catal. Libror. rariſſ.* p. 67. Primi Libri hujus editio *Venetiis* ap. *Vincent. Valgriſium* 1571. fol. iterumque 1588. prodiit. In editione *Romana* omiſſæ ſunt figuræ; quæ an exrent in editione recentiſſima 1711. *Patavina* in fol. ignoro. Solus hujus Operis Liber VII. de Thermis Veterum exponens, inſertus eſt Tomo XII. *Theſauri Antiquit. Roman.* Græviani. Aeque ut illud reliqua etiam *Andreæ* BACCII Scripta ſunt rariora, ac inprimis illud: *De naturali Vinorum Hiſtoria; de Vinis Italiæ, & de Conviviis Antiquorum, Libri VII. Romæ*, apud *Nic. Mutium*, 1596. in fol. iterumque 1598. *Francofurti* apud *Nic. Stemium*, 1607. in fol. Conf. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresdenſ. R.* T. I. p. 291 ſqq.

Bene-

Benedicti BACCHINI Diſſ. de Siſtris Parmæ.

Quinquageſies ſaltem excuſa eſt; quam tamen *Jac. Tollius* locupletatam denuo edidit: *Diſſertatiuncula & notis adjectis, Traject. ad Rhen. ap. Franc. Halma*, 1696. in 4to maj. pagg. 36. Pretium interim raritatis nondum amiſit.

Bohuslai BALBINI Miſcellan. hiſtorica Regni Bohemiæ.

Opus ſumtuoſum, ac minus frequens obvium, cujus *Decadis I. Lib. I.* qui *Naturalem Hiſtoriam* continet, *Pragæ* 1679. in fol. prodiit. *Liber II.* ſive *de incolis Bohemiæ veteribus ac novis*, *ibid.* 1680. fol. *Liber III.* ſ. *de Finibus & terminis Bohemiæ*; itemque *de Arcibus, Oppidis & Vrbibus, ib.* 1681. fol. *Liber IV. Hagiographicus*, ſ. *de Sanctis Bohemiæ. Pragæ* 1682. fol. *Liber V. Parochialis*, ſ. *de Parochiis & Sacerdotiis Bohemiæ*, *ib.* 1683. fol. *Liber VI.* ſ. *de Archiepiſcopis Bohemiæ*, *ibid.* 1684. fol. *Liber VII. Regalis*, ſ. *de Regibus & Ducibus Bohemiæ*, *ibid.* 1687. fol. *Liber IIX.* ſ. *Epiſtolæ publicæ de Bohemia*, *ibid.* 1688. fol. Duo ultimi Decadis I. Libri nunquam, ut arbitror, editi ſunt. Prodiit interea *Decadis II. Liber I. & II.* qui *Stemmatographiam Familiarum illuſtrium, & Tabularium Bohemiæ Genealogicum* exhibent. *Pragæ* 1687. II. Voll. in fol. Recenſentur ſinguli hi Tomi ſatis copioſe in *Actis Eruditor. Lipſiæ* editis. Aeque rarum eſt aliud *Bohuslai* BALBINI Opus hiſtoricum huc pertinens, quod *Epitomen Rerum Bohemicarum hiſtoricam*, ſ. *Hiſtoriam Bolislavienſem* placuit appellare. *Pragæ* 1677. in fol. Quinque Libris hic pleraque in Hiſtoriis Bohemicis incerta, controverſa, obſcura, multa item ab aliis præterita, maxima diligentia, claritate & brevitate exponuntur. Acceſſere in quibusdam ſaltem exemplis *Epitomes Rerum Bohemicarum* ſ. *Hiſtoriæ Boliſlavienſis Libri VI. & VII. Pragæ* 1678. fol. Conf. *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buderiana, p. 1058 ſq.

BALDERICI, *Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopi*, Chronici Cameracenſis & Atrebatenſis a Clodoveo usque ad A. 1030. Libri III. c. notis Georg. Colvenerii. *Duaci*, 1615. in 8.

Librum

Librum hunc perdifficulter hodie reperiri teſtatur *Catalog. Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 316. & *Biblioth. Hiſtor.* Struv. Buder. p. 519.

Lazaro BALDI, *Pittore Piſtojeſe*, breve Compendio della Vita di S. Lazaro Monaco e Pittore. *In Roma* 1681. in 16.

Liber paucorum quidem foliorum, attamen in ipſa Italia perrarus. Vid. Haym *Notiz. de Libr. rar.* p. 262.

Johannis BALEI Scriptorum illuſtrium majoris Britanniæ Catalogus, a Japheto per 3618. annos usque ad annum 1557. poſt Chriſtum natum, ex variis Autoribus collectus, & novem Centurias continens. *Baſileæ*, ap. *Jo. Oporinum*, ſine anno. in fol.

Jam tempore Chriſtiani Daumii, quo plura tamen quam nunc extabant hujus Operis exempla, fruſtra ab Eruditis quæſitum ac deſideratum fuit. Docet hoc S. R. Reimmannus in *Catal. Biblioth.* T. II. p. 30. ſqq. qui egregias habet Obſervationes de hoc ipſo Libro, quem pluribus inviſum nominat, etiam iis, qui oculis ſe uſurpaſſe ſimulant. Extat in Bibliotheca noſtra Compendium iſtius Operis lingua gallica ſcriptum, pauciſſimis cognitum. En titulum: *Les Vies des Evêques & Papes de Rome, depuis la diſperſion des Diſciples de Jeſus-Chriſt, jusqu'à Pie IV. à preſent regnant &c. Extraites du grand Catalogue des Eſcrivains d'Angleterre par Jean* BALEE, *Anglois. à Lyon* 1562. in 12. pp. 742. In limine Opuſculi legitur: *Preface de Jean* BALEVS *au Lecteur, ou les enormes paillardiſes & Sodomies des Moines & Prêtres d'Angleterre ſont descouvertes.*

Le Sieur DE BALEICOURT Traité hiſtorique & critique de l'Origine & de la Genealogie de la Maiſon de Lorraine, avec les chartres, ſervant des preuves aux faits avancez dans le corps de l'ouvrage, & l'explication des Sceaux, des Monnoies & Medailles des Ducs de Lorraine. *à Berlin* (revera *à Nancy*) 1711. in 8.

Liber severissime prohibitus, quem *Lud. Carolus Hugo*, Præmonstratensis, latens sub larva de *Sieur* DE BALEICOVRT, composuit. Juvabit hic legere, quæ de fatis hujus Libri acerbioribus narrat Jacobus le Long his verbis: "Son Livre "est mieux écrit, que celui du Pére Benoist *de l'Origine* "*de la maison de Lorraine*; mais il est rempli de traits har- "dis & seditieux, ce qui a été cause, qu'il a été fletri par "Arrêt du Parlament de Paris du 17. Decembr. 1712. "avec un autre du même Auteur intitulé: *Reflexions sur* "*les deux Ouvrages nouvellement imprimez, concernant l'Hi-* "*stoire de la Maison de Lorraine*, 1712. in 12. & celuy "de *Jean Mussey Prime Curé de Lougive, la Lorraine an-* "*cienne & moderne, ou l'ancien Duché de la Mosellane,* "*veritable Origine de la Maison Royale, & du Duché de* "*Lorraine; avec un Abregé de l'Histoire de chacun de ses* "*Souverains:* sine indicio loci & Typographi, 1712. in 8. "Cet Auteur suit a peu pres le faux Systeme de Franc. de "Rosieres; son Ouvrage est imprimé *à Nancy*."

Francesco BALLARINI Compendio delle Chroniche della Citta di Coma nel quale si tratta di tutte le Cose notabili succesſe dell' Origine di quella sino al 1619. *In Como* 1619. 4.

Liber in Italia perrarus. Vid. N. Fr. Haym *Notiz.* p. 59.

Stephani BALUZII Capitularia Regum Francorum. *Parisiis* 1677. II Voll. in fol.

Editio splendidissima, sed etiam rarissima, quod Auctiones publicæ docent. Conf. *Bibliotheca historica* Struvio-Buderiana p. 718.

Mr. BALUZE Histoire Genealogique de la Maison de la Tour d'Auvergne. *à Paris*, chez *Dezallier*, 1708. in fol. Tom. II.

Liber hic auspiciis & sumtibus familiæ Alvernensis a Stephano Baluzio editus, a Galliæ Rege fuit prohibitus, prout legitur in *Catal. Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 507. his verbis: "Es sind Titel darinnen, die bis dato noch "keinem Menschen bekannt sind; dannenhero das Werk "verdächtig, und zu verkaufen vom Könige verboten wor- "den

"den.„ Recenſetur ſatis copioſe in *Actis Eruditor.* 1710. p. 179. ſqq.

Novelle del BANDELLO. *In Lucca* preſſo il *Busdrago*, 1554. Parte tre, in 4. La quarta parte ſtampato *in Lione* per il *Marſili*, 1573. in 8.

Liber in ipſa Italia admodum rarus. "Ma la quarta parte "di eſſe ſtampata *in Lione* e ancor piu difficile a trovarſi.„ Vid. Haym *l. c.* p. 177. Conf. Jo. Chr. Götzen *Merkwürd. der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 79. ſqq.

BANDINI, *Theologi doctiſſimi & pervetuſti*, Sententiar. Libri IV. in quibus univerſæ Theologiæ ſumma, ac fidei noſtræ Compendium pure, ſimpliciter ac methodice tractatur; nunc multo quam ante correctius editi ad utilitatem omnium chriſtianæ pietatis ſtudioſorum. *Lovanii*, ap. *Petrum Colinæum*, in 8. pp. 412.

Obſcurum quidem Bandini nomen eſt; maximæ tamen de Libro ejus ſubortæ ſunt diſputationes, utrum nempe Bandinus Petrum Lombardum exſcripſerit, an Petrus Bandinum? Quam litem prolixe agitatam ægre definit Jac. Thomaſius, qui fuſe ac erudite de tota hac controverſia differit in Diſſ. *de Plagio Litterar.* §. 493. ſqq. Certe Bandini Liber infrequentiſſimis eſt infrequentior, tantæque raritatis, ut non ſine cauſa exiſtimem, Viros cæteroquin doctiſſimos, Lambertum Danæum, Phil. Labbeum, Guil. Caveum, Caſimirum Oudinum, & alios, qui vel contra Lombardum pro Bandino, vel contra Bandinum pro Lombardo pronuntiarunt, Bandini Librum oculis nunquam uſurpaſſe. Exemplar, ex quo titulum deſcripſimus, fuit olim in Bibliotheca Jo. Diecmanni. Annus impreſſionis in titulo quidem non eſt expreſſus; hinc dubitamus etiam extare editiones, quæ *Lovanii* 1555. itemque 1557. in titulo gerant, ut legitur in V. C. Lud. Mart. Kahlii *Bibliotheca Philoſophica* Struvian. T. I. p. 48.: at ex Privilegio regio, quod editor præfixit, apparet, illud A. 1555. fuiſſe excuſum, & quidem juxta editionem, quam A. 1518. e Codice MSto Mediceni curavit Benedictus Chelidonius, Abbas Viennæ. Quæ editio fuit in *Bibliotheca* Gribneriana

P. I. p. 574. hoc titulo insignita: BANDINI *Sententiæ theologicæ, per Benedictum Chelidonium. Viennæ* 1519. in fol. Id sane ex utriusque Libri contentione negari non potest, Bandini Librum esse Compendium eorum, quæ diffusius a Lombardo tractata sunt. Bernh. Pezius in *Diss. Isagogica ad Tom. I. Thesauri Anecdot. novissimi* p. 46. ex incomparabili eruditionis librariæ, qua pollet, copia hæc suppeditat: "D. Jo. Eckius, S. Theol. Doct. clarissimus, in suo Libro, "quem de sua Disputatione Viennæ habita edidit, de Ma- "gistro Bandino quid sentiat, Lector adverte. Cujus hæc "sunt verba: Ad Medlicum venimus, insigne Divi Bene- "dicti Monasterium, ubi dum in hospitio itineris comites, "corpora & equos curarent, ego pro meo in bonas litteras "amore, Monasterium conscendi, supellectilem chartaceam "visurus, ubi codices reperi plurimos. At inprimis miri- "fice oblectabar in *Mag.* BANDINI *Summa Theologica.* "Quam dum diligentius lectitassem, comperi (dempta styli "elegantia) nihil eum aut perparum a Petro Longobardo, "Sententiarum Magistro, differre, ita singulas sententias, "eo etiam ordine, quo Magister doctissime prosequitur. "Contuli enim confestim Librum Libro, non uno in loco. "Ut mihi dubitatio suborta sit non modica, quis ex eis "cuculus fuerit, alienum sibi supponens partum. Petrus "enim a tot seculis receptus est pro certo Autore & prima- "rio hujus Summæ. At contra, pervetustus est Bandini "Codex, in antiquissimo Monasterio, tali formula concin- "natus, ut quis facilius aliquid addiderit, quam detraxerit. "Hæc Eckius. Verum dubitationem hanc, quis horum "duorum alteri sua debeat, dirimit laudatus Codex Altahæ "superioris, in quo Bandini Opus *Abbreviatio de Libro Sa-* "*cramentorum Mag. Petri, Paris. Ep. fideliter acta* clare "ac affirmate dicitur. Quibus de rebus cum inter cœnan- "dum cum A. R. P. Amando, Altahæ superioris Seniore, "oculis capto, sed Viro doctissimo, sermonem haberemus, "testabatur is se ideo duntaxat nunc maximo recipiendi vi- "sus desiderio inflammari, ut res tam præclaras, quæ domi "suæ hactenus omnibus insciis adversatæ essent, suis ipse "oculis posset usurpare.„ Utrum vero Bandinus Lombar- dum in epitomen redegerit, an Lombardus a Bandino dicta latius deduxerit, istud definiri, judice B. Diecmanno, prius

prius nequit, quam certo constet, Bandinum Lombardo ætate priorem vel posteriorem esse, quod in tam constanti veterum de Bandino silentio nemo facile determinaverit. *Benedicto Chelidonio*, qui primus Bandinum A. 1519. ut dixi, vulgandum typis curavit, diu multumque cujas ille, & fortunæ cujus homo fuerit, tum historias, tum amicos percontanti, nihil horum innotuit; ex eo tamen, priorem scripsisse Bandinum, probat, quod, ubi de Sacramentis agitur, Lombardus quædam, Bandinus plane nihil attulit, & integram plane Sacramenti speciem omisit, id quod contra morem Abbreviatorum esse solet. Tacet Bandinum non Trithemius modo, qui hoc ipso anno 1519. vivere desiit; sed & qui satis diu post hanc editionem scripsit, Bellarminus. Bellarmini autem illustrator, Labbeus, T. II. p. 784. notitiam ejus sic habet jejunam, ut Librarium fuisse potius, quam ullius Libri Autorem credat. Vid. Jac. Thomasius *de Plag. Litterar.* §. 500. Permulta tamen obstant, quominus adsentiar Casimiro Oudino, qui in *Commentar. de Script. Eccles.* T. II. p. 1222. asserit, Bandinum nostrum non alium fuisse, quam *Banchinum*, vel *Bankinum*, Londinensem Augustinianum, qui A. 1382. vixit, & Oxoniæ olim primarius Theol. Professor Librum *adversus Propositiones Wicleſi*, alterumque *Determinationum variarum*, nec non *Sermones ad Populum*, reliquit. Conjecturam hanc Oudini audaciorem appellitat Cl. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latin.* T. V. p. 779. Quodsi tamen in rebus perobscuris indulgere conjecturis licet, Bandinum nostrum suspicor fuisse ex antiqua & nobili Bandinorum familia, de qua hæc lego in Caroli de Visch *Biblioth. Scriptorum S. Ord. Cisterc.* p. 24: "Antonius Libanorius, nobili oriundus prosapia, Monachus "& Abbas S. Bartholomæi prope Ferrariam, antiquitatis "studiosissimus, scripsit - - - - *Vitam* etiam *Dav.* BANDINI, Monach. Cisterc. & Episcopi Suanensis in Tuscia, "excusam *Ferrariæ*, typis *Petri Franc. Sozzi*, in 8. Ferdinandus Ughellus in Epist. ad me data Romæ 4. non. "Augusti 1654: David Bandinus oriundus fuit ex antiqua "& nobili Bandinorum familia, Senensi, quæ deinceps in "Cæsenatensem Civitatem traducta inter cæteros clariss. "Viros protulit Hieronym. Bandinum, S. R. E. Cardina-

"lem, & Marcum Agrippam, Aesinum Episcopum. Sed "David spretis pro Deo gentilitiis stemmatibus, aliisque "mundi blandientis favoribus, religiosam paupertatem in- "ter Cistercienses in S. Galgani cœnobio amplexus est; ubi "mox tam probitate morum quam doctrina ita effulsit, ut "Clerus Suanensis A 1270. eum in Episcopum elegerit, "quam electionem etiam Gregorius X R. P. approbavit die "15 Oct. A. 1272. prout habetur in Registro Vaticano. Vid. "Ughellus T. III. *Italiæ Sacræ* inter Episcopos Suanenses, "n. 18. fol. 822.„ Hactenus Carolus de Visch. Non incongruum erit, nec ingratum etiam, ut spero, Lectori hic legisse *Conradi Janningii*, Presbyteri e Soc. Jesu doctissimi, & ob compilationem vægrandis operis Actorum Sanctorum satis celebratissimi, *Epistolam* hactenus ineditam de BANDINO exponentem, cujus Autographum apud nos est.

Reverende in Christo Pater,
Frater carissime.

Responsio R. VE. de Auctore *quatuor Librorum Sententiarum* opportunissima fuit ad interrogationem doctiss. Dn. Diecmanni. Quis enim unquam dubitavit, aut dubitare potuit, quin Lombardus sit Autor *Librorum IV. Sententiarum*, in quas S. Thomas, atque tot alii deinceps commentati sunt? Tempus & locus, quibus Lombardus vixit, ejusque Episcopatus & multa gesta notissima sunt: Bandinus, quod ad hæc omnia spectat, obscurissimus est, & ne Gesnero quidem, qui pluribus de Lombardo agit, usquam notus in Bibliotheca sua; & vix scio, an ulli, qui post Gesnerum ejusmodi Bibliothecas Scriptorum collegerunt, commemoretur. Si viderit unquam Dn. Diecmannus *Libros Sententiarum* Lombardi, simul viderit, immensum esse discrimen inter illius & Bandini *quatuor Libros Sententiarum*. Hic compendiator parvulum scripsit Libellum; ille Autor decuplo majorem. Habeo Bandini editionem *Lovanienſem*, in qua

qua fol. 1. præfatur Petrus Colonæus de editione *Viennenſi* anni 1518. Librum illum paucis eatenus viſum, & ſane neſcio, an eatenus ab ullo citatus ſit, cum Lombardi Opus ſemper notiſſimum fuerit.

Dn. Blondel notus Autor eſt, in hæreſi natus: etiam in illa putatur mortuus eſſe. Negari non debet, fuiſſe Virum eruditum. Sed ſi Dn. Diecmann Librum ejus *de Primatia Eccleſiæ* magni facit; debet eodem jure magni facere Librum ejusdem alium de famoſa *Joanna Papiſſa*, quam meriſſimam fabulam eſſe luculenter oſtendit, frendentibus Acatholicis iſtius fabuloſæ Joannæ tenacibus. Scripſere multi inter Catholicos de Primatia Eccleſiæ alia atque alia pro ſuo ſenſu; nullus tamen, quod ſciam, ex profeſſo ſibi ſumſit refutandum Blondellum. Quid autem inde inferatur? refutari non poſſe? Haberent, quod agerent Catholici, ſi vellent ejusmodi omnia Acatholicorum ſcripta refutare. Plura talia, ubi fides noſtra ſolidiſſime fundata eſt, contemtu potius refutanda ſunt, quam reſponſione. Plura non capiet hæc charta, neque mihi nunc permittit tempus. Quare R. V. amplector cum oſculo caritatis, & me SS. ejus & Apoſtolicis laboribus pluribus commendo. Antverpiæ, Kal. Novembr. 1706.

R. V.

Reverendo, & in Chriſto Patri, P. Joanni Hannotte, Societatis Jeſu.

Hamburgi.

Servus in Chriſto,
Conr. Janningus.

Thomæ BANGII, *D. & Prof. Regii Havnienſis*, Cœlum Orientis & priſci Mundi, Triade Exercitationum literariarum repræſentatum. *Havniæ*, typis *Petri Morſingii*, *Reg. & Acad. Typogr.* ſumtibus vero *Petri Hauboldi*, 1657. in 4. pagg. 224.

Recenſent hunc Librum in Germania rariorem Theoph. Sincerus *in der neuen Sammlung von raren Büch.* p. 158. ſqq. Mich. Lilienthal *in der Exegetiſchen Biblioth.* p. 226. Idem Liber recuſus fuit absque ulla mutatione *Cracoviæ* 1691. in 4. hac inſcriptione: *Exercitationes Philologico-Philoſophicæ, quibus materia de ortu & progreſſu literarum ex intimis & genuinis ſuis principiis ita ſuccincte pertractatur, ut nihil in hac amplius deſiderari videri poſſit.* Quæ editio æque rariſſima eſt. Infrequentes etiam ſunt ejusdem BANGII *Obſervationum Philologicarum Libri II. Juſſu regio in Uſum Scholarum Daniæ & Norvegii ad illuſtranda Jani Dionyſii Jerſinii Grammaticæ latinæ præcepta adornati. Havniæ, typ. & ſumt. Sal. Sartorii*, 1640. in 8. pp. 1456.

BARBERINAE Bibliothecæ Catalogus, qui *Romæ* hac inſcriptione prodiit: Index Bibliothecæ, qua *Franc.* BARBERINVS, *S. R. E. Cardinalis, Vice-Cancellarius*, magnificentiſſimas ſuæ familiæ ad Quirinalem ædes magnificentiores reddidit. Tom. III. Libros typis editos complectentes. *Romæ, typis Barberinis* excudebat *Mich. Herules*, 1681. fol.

De præſtantiſſimo & rariſſimo hoc Libro, pauciſſimisque cognito, ex inſtituto agit V. C. Jo. Henr. von Seelen *de præcocibus Eruditis*, p. 16. ſqq.

Caſp. BARCÆI Epiſtolæ de Rebus Ormutinis.

Inter rariſſimos Libros connumerari has Epiſtolas pluribus indicat S. R. Dan. Gerdes in *Faſcic. Libror. rarior.* p. 13.

Hieron. BARDI, *Genuenſis Philoſophi, Medici, ac Theologi*, Medicus Politico-Catholicus, ſeu Medi-

Medicinæ ſacræ tum cognoſcendæ, tum faciendæ Idea. *Genuæ*, ap. *Jo. Mar. Ferronum*, 1634. in 8.

Librum hodie rariorem vocat J. H. von Seelen in Diſſert. *de Medicorum meritis in Scripturam S.* p. 7. Nulla ejus mentio eſt in G. A. Mercklini *Lindenio renovato.*

Caſparis BARLAEI Bogermannus ἐλεγχόμενος. Diluuntur etiam crimina impacta a M. Slado Eraſmo Roterodamo. *Lugd. Bat.* 1615. in 4.

Librum hunc ſuo jam tempore rariorem fuiſſe docet Geo. Richterus in *Epiſt. ſelect.* p. 482.

Cæſaris BARONII Martyrologium Romanum. *Romæ*, ex Typograph. *Dom. Baſæ*, 1586 fol. *Venet.* 1587. iterumque 1597. in 4. *Antw.* 1589. fol.

In his editionibus verba hæc, poſtea deleta, apparent: *Antiochiæ Sanctæ Xynoridis Martyris, de ea ſcribit S. Joh. Chryſoſt. Hom.* 4. *de Lazaro. De alia juniore nobilitate & pietate clara fœmina Xynoride S. Hieron. Epiſt.* 8. *ad Demetriadem.* Baronius nomen appellativum ξυνωρὶς, Attice ξυνώρις, i. e. bigæ, compar, pro proprio accipiens, puerilem errarit errorem. *Xynoris* hæc fuerat inducta ex loco Chryſoſtomi male intellecto, ubi *Xynoris* par Martyrum deſignat, *Juventium* ſcilicet & *Maximum*, qui, imperante Juliano, Antiochiæ Coronam Martyrii invenerunt. Rariores proinde ſunt hæ editiones, imo tam raræ, ut Theoph. Raynaudus audeat Combefiſium mendacii arguere, quod in Romano Baronii Martyrologio Sanctæ Xynoridos nomen legi dixerit *Vbi*, inquit, *in Romanis, quas adverſarius Baronio tribuit, tabulis ſancta Synoris?* Scilicet ſuppreſſæ ſunt priores Martyrologii editiones, & in poſterioribus nomen hoc non amplius deprehenditur: dum Baronius a Nic. Fabro, Petro Pithœo, Petro Ducæo aliisque admonitus, *Xynoridem* ſuam in nihilum, unde malis avibus venerat, retro egerit. Vid. Thom. Ittigius de *Biblioth. & Caten. PP.* p. 157 ſqq. Eſſais *de Litterature* T. I. p. 23 ſqq. Serpilius *de Libris rar.* p. 90 ſqq. *Catalogus Bibliothecæ* Gerh. van Maſtricht p. 493. *Nova Acta Erudit.* 1742. p. 154.

Cæsaris BARONII Annales in Slavonicam linguam conversi.

Hujus Libri duos Tomos luculenter typis impressos, se Petropoli vidisse perhibet V. Cl. Jo. Petrus Kohlius *in Hist. Litterar. Slavorum* p. 102. quod observatum nemini adhuc meminimus, atque adeo Versionum Baronianarum notitiæ, quam dedit Cl. Jo. Alb. Fabricius *Biblioth. Græc.* Tom. XII. p. 167. addendum. Vid. *Acta Eruditorum* 1729. p. 511.

As Decadas III. primierias de Asia de *Joan.* DE BARROS, em que se tratam os feitos de Portugueses no descobrimento & conquista dos mares & terras do oriente, depois do anno de 1412. até o de 1526. *Lisboa* 1628. III. Vol. in fol. Decada IV. da Asia de *Jo.* DE BARROS, depois do anno de 1526. até o de 1539. reformata, accrescentada, illustrada com notas & Tabolas Geographicas, por Jo. Bapt. de Lavanha. *Madrid.* 1615. in fol. As Decadas IV. V. VI. VII. & IIX. da Asia por Seguir a *Jo.* DE BARROS, depois do anno 1526. até o de 1571. por Diego de Conto. *Lisboa*, 1602. 1612. 1614. 1616. & 1673. V. Voll. in fol. Libros V. da Decada XII. da Historia da India de Diego do Conto, depois do anno 1596. até o de 1600. tirados a Luz por Miguel Frz. de Villareal. *Paris* 1645. fol.

Opus hoc inter rariora rarissimum est, de quo hæc leguntur in *Catalogo Historicorum* Fresnoio - Mencken. p. 485: "Diese Decades des *Joan.* DE BARROS, und deren Continuation, sind überaus rar, wenn man sie zusammen haben will; ja die meisten findet man nur in MSto.„ Conf. *Acta Eruditorum* 1737. p. 532. sq.

BASILEA Sacra, sive Episcopatus & Episcorum Basileensium Series, Jo. Conrado Episcopo

ſcopo Baſileenſi, ad ſacram Inaugurationem dicata a Collegio Brunthrutano Soc. Jeſu. *Brunthruti* 1658. in 8. 1 Alph.

Libri hujus a Collegio Jeſuitarum ejus loci in honorem Jo. Conradi de Rogenbach, Epiſcopi Baſileenſis, editi, pauciſſima expreſſa fuere exempla. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 388. *Biblioth. Hiſtor. Hamburg.* Cent. I. p. 24. ſqq.

Henr. BASSE, *Monachi Ballenſtedenſis*, Panegyricus Genealogiarum Illuſtrium Principum Dominorum in Anhalt. A. 1519.

Scriptum admodum rarum ex indicio Joh. Hübneri *Biblioth. Genealog.* p. 497. quod nuper Cl. Jo. Chriſtoph. Becmannus variis Notis locupletatum, & ſubinde caſtigatum recuſum dedit in *Acceſſionibus Hiſtoriæ Anhaltinæ* p. 1-26.

Sebaſtiani BASSONIS *Doct. Medici*, Philoſophiæ naturalis adverſus Ariſtotelem Libri XII. in quibus abſtruſa Veterum Phyſiologia reſtauratur, & Ariſtotelis errores ſolidis rationibus refelluntur; cum Indice locupletiſſimo. Amicus Plato, amicus Socrates; ſed magis amica Veritas. *Amſterodami*, apud *Lud. Elzevirium*, in 8. pagg. 631. non computatis paginis, Indic. & Præf.

Autorem hunc una cum Scriptis ſuis ignotum fuiſſe tum Morhofio, tum Chriſtiano etiam Thomaſio, teſtatur Cl. Heumannus in *Conſpect. Hiſt. Litterar.* p. 315. *ed. recentiſſ.* qui hanc etiam Philoſophiam recenſet in *Act. Philoſoph.* T. III. p. 939. ſqq. Editio Elzeviriana nobis eſt ad manus Editionis *Genevenſis* 1621. in 8. meminit Georg. Abr. Merklinus in *Lindenio renovato* p. 962. Hanc *Genevenſem* ratiorem *Elzeviriana* eſſe judicat Cl. Jac. Bruckerus in *Hiſtor. Crit. Philoſoph.* T. IV. p. 497.

Mutiani DE BATH, *Equitis Scoti*, de veræ Religionis inventione & forma Libri VI. *Andreopoli in Scotia*, A. 1686. typis *Jo. Clasquo.*

Scriptum

Scriptum atheiſticum, ſed valde rarum, cujus ſatis copioſam deſcriptionem habes in S. Rev. Jac. Frid. Reimmanni *Hiſtor. Atheiſmi* p. 551 ſqq. & in *Catal. Biblioth.* Reimman. p. 989 ſqq. An revera unquam fuerit typis excuſum affirmare non audet laudatus Reimmannus, qui in MSto illud poſſidet, ac fatetur, ſe nihil quicquam de illo unquam in Reipublicæ litterariæ Annalibus memoriæ proditum repeririſſe, ſive Scriptoris obſcuritas hujus rei cauſſa fuerit, ſive Scripti raritas, cujus exemplum MStum etiam in *Bibliotheca* Uffenbachiana extare docet *Catalogus* T. III. p. 681.

Dominici BAVDII Amores, in quibus Autorum, & Opuſculorum ſelectorum rhapſodia, cum Joſ. Scaligeri, Cl. Salmaſii, Petri Scriverii, aliorumque Virorum doctiſſimorum Notis. *Lugd. Bat.* 1638 in 12.

Admodum rarus eſt hic Libellus, quem Petrus Scriverius vel in famam, vel in infamiam Baudii, Veneri plus quam per honeſtatem & ordinem licebat dediti, compoſuit. Placet hic adſcribere verba Mr. de Monnoye: "Chercher BAVDII *Amores* en Italie, c'eſt-y chercher Villon, & Coquillart. Le Livre comme vous ſavez, eſt originaire de Hollande, où il fut imprimé en 1638. & où il n'en reſte plus d' exemplaires il y a long tems. Je me ſouviens en avoir vu plus d'un à Genéve étant fort jeune, ſans avoir été tenté d'en acheter &c.„ Exemplar hujus Libelli extat apud nos hoc rubro: *Dominici* BAVDII *Amores, edente Petro Scriverio, inſcripti Th. Graswinckelio. Lugd. Bat. ap. Franciſcos Hegerum & Hackium*, 1638. in 12 pp. 518.

Wilhelmi BAXTERI Gloſſarium Antiquitatum Britannicarum, ſ. Syllabus Etymologicus Antiquitatum Veterum Britanniæ atque Iberniæ temporibus Romanorum. *Londini* 1719. in 8. Chart. imperial.

Librum hunc tam paucis exemplis impreſſum fuiſſe, ut vix ullo nunc pretio in Anglia comparari poſſit, referunt ex Wilh. Nicholſoni *Hiſtoria Hiberniæ* p. 7. *Acta Erud.* 1724. p. 429. Conf. *Biblioth. Hiſtorica* Struvio-Buderiana p. 564.

Theoph.

Theoph. Sigfrid. BAYERI, *Regiomontani*, de Numo Rhodio in Agro Sambiensi reperto Dissertatio, in qua simul quædam de Numis Romanis nuper in agro repertis retractantur. *Regiomont.* 1723. in 4.

Dissertationis hujus XLIIX. saltem Exemplaria pro amicis excusa fuerunt. Vid. *Acta Erudit.* 1724. p. 74 sq. Recusa jam legitur Tomo II. *Actorum Borussicorum* pag 266-298. Reliqua etiam ejusdem BAYERI Scripta nec minus elegantiam & multijugam eruditionem quam raritatem habent.

Henricus BEBELIVS Triumphum Veneris edidit, prout ipse testatur apud Jac. Thomasium in Dissert. *de vagantibus Scholasticis*, §. XIII. XIV. Hic tamen BEBELII Libellus tantæ est raritatis, ut Jac. Thomasius illum, omni licet adhibita industria, indagare non potuerit. Mart. Lipenius in *Biblioth. Philosoph.* p. 1517. scribit, *Triumphum Veneris Argentorati* 1515. in 4. fuisse excusum. Conf. Sam. Engel *Biblioth. Librorum rariss.* p. 13 sq.

Natalis BEDAE, *Doctoris Theol. Parisiensis*, Annotationum in Erasmi Paraphrases N. Test. & Jac. Fabri Commentarius in Evangelistas, Paulique Epistolas. Libri III. *Paris.* 1526. in fol.

Liber hic BEDAE *jun.* & cum Beda, Venerabili dicto, non confundendi, perrarus est, & jussu Superiorum suppressus. Vid. Mr. Sainjore *Biblioth. Crit.* T. II. cap. XXV. per integr. p. 376 sqq.

Petri BEDICK Scriptum quoddam rarissimum, Mihi hactenus plane incognitum, commemorat Christ. Gryphius *de Scriptoribus Historicis Sec. XVII.* p. 580. his verbis: "Edidit Viennæ 1668. in 4. *Petrus* BEDICK *Pers-*
"*Armenus*, ut se ipsum vocat, sermone latino Librum in
"his oris admodum rarum: *Che Hil* nempe *Sutum*, sive
"*Explicationem utriusque celeberrimi & pretiosissimi Theatri*
"*XL. Columnarum in Persida;* cui adjecit *Narrationem co-*
"*piosam*, de Religione, moribusque Persarum, eorundem
"vivendi modo, populis vicinis, aliisque scitu dignis.„

The Fable of the BEES, vid. FABLE.

Franc.

Franc. BELCARII Rerum Gallicarum Commentarii ab A. C 1461. ad A. 1580. Acceſſit ex occaſione variis locis Italicæ, Germanicæ, Hiſpan. Hungar. & Turcicæ Hiſtoriæ Tractatio. *Lugd.* 1625. fol.

Rariſſimis Libris adnumerantur a Theoph. Sincero *in Nachrichten von raren Büchern* p. 108. Magna enim libertate ſunt ſcripti.

Guilielmi BELENDINI, *Scoti*, *Magiſtri ſupplicum libellorum Auguſti Regis M. Britanniæ*, de tribus Luminibus Romanorum Libri XVI. *Pariſ.* 1634. in fol.

Rarus ex indicio *Catalogi* Marq. de S. Philippe, Tom. I. pag. 159.

Franc. DE BELLEFOREST l'Hiſtoire des neufs Rois, Charles de France: contenant la fortune, & vertu des Rois, qui ſous ce nom de Charles ont mis. *à Paris*, 1568. in fol.

Rarioribus Libris adjungitur in *Bibliotheca Anonymiana*, T. I. p. 133.

Marci Mantuæ BENAVIDII, *Patavini JCti*, Imagines illuſtrium JCtorum, quæ inveniri potuerunt, ad vivam effigiem expreſſæ. *Romæ*, *Ant. Lafrerii Sequani* formis, 1566. in fol.

Opus hoc, continens Icones XXIV. JCtorum Clariſſimorum, rariſſime obvium eſt. Vid. Sigm. Jac. Apinus *in der Anleit. Bildniſſe gelehrter Leute zu ſammlen*, p. 119. Frid. Rothſcholtzen *Beytrag zur Hiſtorie der Gelehrten* P. III. p. 195. ſqq. *Theſaurus Biblioth.* T. I. p. 201.

Anton. BENBELLONÆ ad Pragmaticam Conſtitutionem de Pace Religionis in Comitiis Auguſtanis A. 1555. promulgatam, Commentatio Juridico-Politico-Hiſtorica. *Francof.* 1612 in 8.

Liber rariſſimus, indicante S. R. Dan. Gerdes in *Florileg Librorum rarior.* p. 13.

Nicola

Nicolas BERGIER *de Reims* Hiſtoire des grands Chemins de l'Empire Romaine, où ſe voit l' eclairciſſement de l'Itineraire d' Antonin, & de la Carte de Peutinger. *Pariſ.* ap. *Morellum*, 1622. in 4.

Liber admodum rarus, ex indicio *Catalogi Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 88. & Jacobi le Long in *Bibliotheca Hiſtor. Galliæ* p. 15. Latina Libri hujus Verſio prodiit hoc titulo: *Nicolai* BERGIERII *Hiſtoria Viarum Romanarum, ex Verſione & cum Notis Henr. Chriſtiani Henningii. Trajecti ad Rhen.* 1699. in fol. cum fig. Sed non admodum honorifice de hac Verſione ſentiunt Eruditi. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Conſpectus Theſauri litterarii Italiæ* p. 185. Inſerta nihilominus eſt Tomo X. *Theſauri Antiquitt. Romanarum* Græviani.

Claudii BERIGARDI Circulus Piſanus de veteri & peripatetica Philoſophia, in ſecunda editione auctior & retractatior. *Patavii*, 1661. apud *Paulum Frambottum*, in 4.

Liber inter rariſſimos numeratus, in quo Autor Diſputationes ſuas Circulares Piſis in Libros Phyſicos Ariſtotelis habitas exhibet, Superiorum permiſſu cenſurisque munitas, *Utini*, A. 1643. in 4. Altera editio *Patavienſis* 1661. & chartæ typorumque nitore ac elegantia priorem *Utinenſem* vincit. Vtraque ſatis rara eſt. Vid. Doctiſſ. Jac. Bruckeri *Hiſtoriæ Crit. Philoſophiæ* T. IV. p. 466. Atheiſticis adnumeratur in *Bibliotheca* Uffenbach. T. I. p. 763. & a S. Rev. Reimmanno in *Hiſtoria Atheiſmi* p. 406. ſq. De Autore hæc legis in *Naudæanis* p. 111: "Il ne croit qu'en Ariſto-"tele, & ſe moque de toute la Religion des Italiens.„ In *Catal. Librorum rariſſ.* Jo. Lud. Bünemanni p. 107. huic Libro pretium 8. talerorum conſtituitur.

Jac. BERINGERS Neues Teſtament, vid. Novum TESTAMENTVM.

Charles BERNARD, *Hiſtoriographe de France*, Hiſtoire des Guerres du Roy Louis XIII. contre

tres les Religionaires Rebelles. *à Paris, de l'Imprimerie Royale*, 1633. in fol.

Librum hunc duodecies saltem fuisse impressum ex Sorello refert Groschufius in *Præfat. de Libr. rarior.* p. 25. Verba Sorelli in *Biblioth. Gall.* p. 356. leguntur. At vero monere Lectorem debuisset Groschufius, ipsum Sorellum inseruisse postea hunc Librum *Historiæ Regni Ludovici XIII.* post Bernardi mortem a se editæ sub titulo: *Histoire de Louis XIII. jusqu' à la Guerre declarée contre les Espagnols par Charles* BERNARD, *Lecteur ordinaire, & Historiographe du Roy; avec un Discours sur la Vie de cet Historien. à Paris* 1646. fol. Conf. Jaques le Long *Biblioth. Historiq. de France*, n. 8862. 9102.

Jo. Bapt. BERNARDI Seminarium totius Philosophiæ, exhibens ordine alphabetico omnium Philosophorum, eorundemque Interpretum, Græcorum, Latinorum & Arabum Sententias, III. Tomis. *Venetiis* 1582. & 1585. in fol.

Judicium Morhofii de hoc BERNARDI Libro, quem rarissimis adnumerat *Catal. Biblioth.* Schalbruchianæ p. 12. legas in *Polyhistore litterar.* Libr. I. cap. XXXI. §. 28.

Philippi BEROALDI Opuscula, Orationes & Poëmata. *Basil.* 1517. in 4.

Liber perrarus, judice Menckenio in *Catal. Biblioth.* p. 802. Conf. *Autographa Lutheri & Coætaneorum* T. III. p. 3 sqq. Prima editio *Parisiis* 1513. in 4. *in ædibus Ascensianis* prodiit. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. II. p. 251. Novam hujus aliorumque BEROALDI Opusculorum editionem maximopere exoptat S. R. Jo. Gerh. Meuschen *in Vitis Summorum Virorum* T. I. præfat.

Franc. BEROALDVS Libros quosdam de Chymia scripsit, ut testatur Bælius in *Dictionar.* qui tamen titulos horum Librorum non addidit. Rarissimos hos esse indicat Jo. Lud. Hannemannus in *Epistola ad Chymiæ Studiosos*, quæ legitur in limine *Viæ veræ & tutæ ad Ophir auriferum Kilou.* 1712. in 4. editæ, his verbis: "Magni etiam æstimandus est Autor Gallus, BEROALDVS dictus, qui duo "de

" de hac ſublimiori Chymia ſcripſit Volumina, alterum in 8. " alterum in f. ſed rariſſimi commatis, neque facile obvia. „

Petri BERTII Theatrum Geographiæ Veteris, Tomi II. *Amſtelodami*, typis *Iſ. Elzevirii*, ſumtibus *Jodoci Hondii*, 1618. fol. maj.

Liber oppido rarus, in Bibliothecæ Benteſianæ Auctione divenditus pro XL. floreniis. Conf. *Biblioth. hiſtorica* Struvio-Buderiana p. 664. it. 1674. & *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio-Menckenianus p. 21.

Chriſtoph. BESOLDI Prodromus Vindiciarum Eccleſiaſticarum Wirtembergicarum, ſive ſuccincta & in Compendium redacta Demonſtratio, quod Monaſteria in Wirtembergia, quæ Aug. Imper. noſter, Ferdinandus II. jure & armis Deo & Eccleſiæ reſtituit, ſint libera, & Ducum Jurisdictione immunia. Emiſſa in publicum, & miſſa in anteceſſum, dum plenior ejusdem argumenti tractatio ſequatur. A. 1636. in 4. Alph. 1. pl. 16.

Ejusd. Documenta rediviva Monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtembergico ſitorum: quæ integro & juſto ſeculo in Archivo Ducali, aliisque locis abditiſſimis, condita & abscondita; tandem Deo propitio ab invictiſſimo Ferdinando II. & Ferdinando III. &c. &c. reſuſcitata, revocata, priſtinisque communicata Dominis; univerſo nunc Orbi legenda, cenſenda, dijudicanda, in lucem producuntur. Præmiſſa eſt ſummaria Deductio Libertatis, Immedietatis, aliorumque Jurium illis Monaſteriis competentium, juncta nonnullorum argumentorum refutatione ſuccincta. *Tubingæ*, apud *Philibertum Brunn*, 1636. in 4.

Christoph. BESOLDI Virginum sacrarum Monumenta, in Principum Wirtembergicorum ergastulo litterario justa annorum centuria injusta detenta captivitate, tandem Superis faventibus A. 1634. Ferdinandi III. &c. victrici erepta manu, præeunte perbrevi contentorum omnium compendio, juridicis, aliisque, prout rerum varietas exigebat, stipata notationibus, in lucem prodeunt: Orbi universo suam Dominarumque suarum demonstratura innocentiam; Adversariorum detectura vim & injustitiam: qua ipsa quidem in tam aliena, tamque diurturna conjecta vincula; hæ vero sacratis suis integro prope fuerint seculo destitutæ Bonis, ac Domiciliis. *Tubingæ*, apud *Phil. Brunn*, 1636. in 4.

Scripta hæc Besoldiana inter rariora rarissima sunt, publica scilicet auctoritate suppressa; quibus ob hanc caussam Uffenbachius in *Catal. Biblioth.* T. I. p. 399. pretium XX. imperialium constituit. Conf. de illis *Bibliotheca Hamburgensis Historic. Centur. VII.* p. 109. sqq. Schelhornii *Amœnitat.* Tom. II. p. 342. T. V. p. 165. 166. *Thesaurus Bibliothecalis* Tom. III. p. 202. sq. & qui primo loco fuissent nominandi, Illust. Jo. Gottfried von Meiern *Actor. Pacis Westphalicæ* T. III. Præf. ****. & Jo. Jac. Moserus in *Bibliotheca Scriptorum de rebus Svevicis* p. 14. sq. qui nos docet, tum *Prodromum* A. 1723. in fol. tum etiam *Documenta rediviva* 1726. in fol. *Viennæ*, sine tamen mentione hujus urbis, fuisse recusa, addens: "Es haben sich aber Ihro Hochfürstl. Durchl. "zu Würtemberg wegen sothaner Auflage dieser nichts als "Hass und Verbitterung nach sich ziehenden Bücher bey "dem Kayserl. Hofe sehr beschweret.„ Tribus his rarissimis Scriptis jungi debent bina alia huc pertinentia a *Christoph.* BESOLDO eodem tempore, ad eundemque finem conscripta. I. *Documenta concernentia Ecclesiam Collegiatam Stuetgardiensem. Tubingæ* 1636. in 4. II. *Documenta Ecclesiæ Collegiatæ in Oppido Backhenang Diœceseos Spirensis. Tubingæ* 1636. in 4. Audiamus de illis Illustr. Moserum

l. c.

l. c. p. 15: "Dieſe Schriften, inquit, ſind noch viel ra-"rer, als alle drey vorſtehende, und eine der rareſten, "die mir bekannt ſind. Es ſind darinnen vortreffliche, die "alte Würtembergiſche Hiſtorie, und das Jus Primogeni-"turæ dieſes hohen Hauſes illuſtrirende Documenta; "und verlohnet ſichs daher der Mühe, daſs wir die Docu-"mente ſpecificiren. Es ſind &c.„ Quæ ad Beſoldiana hæc priora quinquennio poſt repoſuerunt Wirtembergici itidem ſunt rariſſima, licet recuſa curis ſecundis. Duo autem ſunt Scripta, quæ prodierunt in gratiam Principis, & jurium ejus in Cœnobia Wirtembergica. Unum: *An die Kayſerl. Majeſtät allerunterthänigſte Anzeige und Bitte, Anwalds des Herzogs zu Würtemberg, auf ein von dem Inhaber der Klöſter ausgewirktes Monitorium*, A. 1641. in 4; alterum: *Gründlicher Beweis, daſs die Prælaten und Klöſter des Herzogthums Würtemberg von 90. bis 200. Jahren her landſäſsig geweſen, wider die neuerliche Immedietät aus Documentis*, A. 1641. in 4. Utrumque Scriptum, quod Guilielm. Bidenbachium Autorem habet, quadriennio poſt A. 1645. in 4. curis ſecundis auctum eſt & editum; parum tamen eſt, quod alteri editioni acceſſit. Vid. Ill. Ludewig T. I. *Reliqu. MSt. Præf.* pag. 55.

Wolfgangi, Comitis DE BETHLEN, Hiſtoriarum Pannonico-Dacicarum Libri X. in fol.

Libri hujus inter rariſſimos facile principis Hiſtoriam & Fata enarrabimus verbis Cl. Jo. Dav. Köhleri ex *Hiſtoriſcher Münz-Beluſtigungen* Tomo IX. p. 116: "Der berühmte "Rector und Profeſſor in Breslau, *Gottlob Krantz*, hat von "*Leopold Roth von Rothenfels*, des Königl. Berg-Gerichts "Beyſitzer und der freyen Königl. Berg-Städte Haupt-Stadt "Cremnitz Notario und Fiſcal, A. 1733. zugeſchikt be-"kommen zwey vollſtändige Exemplaria von *Wolfgangs*, "*Grafens* VON BETHLEN, Siebenbürgiſchen Hof-Canz-"lers, *Libris X. Hiſtoriarum Pannonico-Dacicarum*, von der "Schlacht bey Mohatz A. 1526. bis auf den Schluſs ge-"dachten Jahrhunderts; welcher es mit einem netten Stylo "und ſtarken Judicio geſchrieben, viele Urkunden dabey "angeführet, und mit Zeugniſſen aus des *Joh. Mich. Bruti*

"noch ungedruckter *Hiſtoria Rerum Ungaricarum* beſtäti-
"get, mit dabey auf alle Blätter geſetzten Chronologis.
"Es hat derſelbe ſolche auf ſeinem Schloſſe Kreuſch oder
"Köroſs, in einer eigenen dazu angeſchafften Buchdrucke-
"rey, mit groſſen Unkoſten, ſauber drucken laſſen, und
"ſie belauft ſich auf 9. Alphabet in fol. und 818. Seiten.
"Als ſie völlig abgedruckt war, wurden, bey dem darauf
"gleich erfolgten Türkiſchen und Tartariſchen Einfalle,
"alle Exemplarien in einen Keller eilends geworfen, und
"derſelbe vermauert. Der Canzler, Graf von Beth-
"len, gerieth, nach erobertem Schloſſe Kreuſch, in die
"Türkiſche Sclaverey, in welcher er auch geſtorben;
"daſs alſo lange Zeit niemand nichts gewuſst hat, wo die-
"ſes Buch hingekommen. Nach Verlauf eines völligen
"Jahrhunderts, als man gedachtes zerſtörtes Schloſs wie-
"der aufbauen wollen, haben die Werkleute den ver-
"mauerten Keller von ohngefehr wieder eröffnet, und, an
"ſtatt eines vermeyntlichen groſſen Schatzes von Gold
"und Silber, viel vermodertes gedrucktes Papier darinne
"angetroffen, welches die Exemplaria von der *Bethleni-*
"*ſchen Ungariſchen Hiſtorie* geweſen: davon aber eine
"verſtändige Hand nicht mehr, als zwey Exemplaria, hat
"ganz zuſammen bringen können; das andere alles iſt
"durch die Feuchtigkeit theils angegriffen, theils gar ver-
"faulet geweſen. Dieſelben hat der Herr *Roth von Ro-*
"*thenfels* dem Hrn. *Krantzen* überſendet; welcher eines
"davon in die Schaffgothſchiſche Bibliothek zu Herms-
"dorf, und das andere in die Eliſabethaniſche Bibliothek
"zu Breslau, geſetzet. Ein ſolches Exemplar, oder auch
"nur eine gute Abſchrift davon, wäre mir lieber als 17 Du-
"caten, von allen Fürſten in Siebenbürgen, in richtiger
"Folge, wann ich dergleichen könnte habhaft werden.
"Denn da dieſer Canzler ein ſo groſſer Staats-Mann ge-
"weſen, und gnugſame Hülfs-Mittel gehabt, eine tüch-
"tige Ungariſche Hiſtorie zu ſchreiben, ingleichen auch
"eine geſchickte Feder geführet; ſo kann man leicht er-
"meſſen, was dieſes für ein vortreffliches und nützliches
"Werk ſeyn mag. Der Schimmer von 17. goldenen Sie-
"benbürgiſchen Fürſten iſt zwar auch nicht geringe; jeden-
"noch, wann mir ſollte die Wahl gelaſſen werden, ſo
"würde

„würde ich lieber nach der *Bethleniſchen Hiſtorie* greifen, „und dieſes edle Papier allemal dem Golde vorziehen, deſſen Glanz mich hierbey nicht blenden würde.„ Hæc Cl. Köhlerus de Libro rariſſimo, cujus duo ſaltem Exemplaria in toto Orbe ſuperſunt. Qui Hiſtoriam & Fata iſtius lingua latina legere mavult, evolvat Nic. Hier. Gundlings *fortgeſetzte Hiſtorie der Gelahrtheit* p. 287. ſqq.

Maximil. DE BETHVNE Memoires des Sages & Royales Oeconomies d'Etat de Henry le Grand, II. Tomes. *Amſtelod.* ſine anno, in fol.

Etſi poſterioribus hujus Libri editionibus acceſſerint quidam Tomi; hæc tamen editio, quæ falſo *Amſtelodamum*, & ficta nomina Librariorum, *Alethinographe de Clearetimée*, & *Graphexechon de Peſtariſte*, præfert, ob varia in illis omiſſa rariſſima habetur. Vid. Menckenius in *Catal. Biblioth.* p. 493. Integer Libri titulus hic eſt: *Memoires des Sages & Royales Oeconomies d'Etat, Domeſtiques, Politiques & Militaires d'Henry le Grand, Exemplaire des Rois, le Prince des Vertus, des Armes, & des Loix, & le Pére en effet des Peuples, & des Servitutes utiles, obeïſſances convenables, & Adminiſtrations Royales de Maximilien de* BETHVNE, *de Sully l'un des plus confidens, familieres, & utiles Soldats & Serviteurs du grand Mars François, II Volumes. Amſterdam, chez Alethenographe &c.* Recuſus eſt hic Liber, ſed non ſine inſigni, ut jam indicavimus, caſtratione, *à Rouen* 1649. in fol. *à Amſterdam* 1652. it. 1654. IV. Tomes, in 12. *à Paris* 1664. *ibid.* 1662. fol. iterumque *à Paris* 1663. IIX. Tomes, in 12. Conf. Jaq. le Long. *Bibliotheq. Hiſtor. de France*, n. 13084. Quod autem ad Librum ipſum attinet, ita judicant Eruditi: Habet in hoc Libro quod legat Miles, Oeconomus, Aulicus, Theologus, Vitæ ac Fortunæ Magiſter.

Hadriani BEVERLANDI de Peccato originali κατ' ἐξοχήν ſic nuncupato, Diſſertatio. Pſalmographus Pſ. LIIX. commate IV. Abalienati ſunt impii inde a vulva, erraverunt ab utero, loquentes mendacia. *Ex Typograph.* 1679. in 8. pp. 157.

Liber rarus, ſpurciſſimo ſtylo ſcriptus, ſatisque inter Eruditos notus, quocum comparari poteſt aliud ejusdem furfuris Scriptum, ſub titulo: *Hiſtoire de l'Etat de l'homme dans le Peché originel;* de quo infra v. HISTOIRE. Prima editio ſine Autoris nomine prodiit hac inſcriptione: *Peccatum originale,* κατ' ἐξοχὴν *ſic nuncupatum, Philologice* προβληματικῶς *elucubratum a Themidis Alumno. Vera redit facies, diſſimulata perit. Eleutheropoli, extra plateam obſcuram ſine privilegio Autoris absque ubi & quando.* In fine hæc leguntur: *In Horto Heſperidum, typis Adami Evæ terræ filii,* 1678. in 8. pp. 146. Dedicavit Autor Libellum Bern. de Gomme, Equiti Torquato Caſtrorum Caroli II. Britan. Reg. Grummatteo ſupremo pariter, ac Militarium Machinarum Architecto Generaliſſimo. Dedicationem ſequitur Epiſtola ad Jac. de Goyer, quæ in utraque editione eſt eadem; in priori tamen deeſt Dedicatio. Tertiam editionem cum plurimis Additamentis Beverlandum adornaſſe ſub titulo ſequenti evulgandam: *Poma Amoris, per Hadrianum* BEVERLANDVM, *J. U. Lic. adornata. Editio tertia prioribus auctior & emendatior. Semper Auguſtus. Ex Autographo* BEVERLANDI; narrat V. Cl. Aug. Bayer in *Memor. Libror. rarior.* p. 226. qui & aliorum a BEVERLANDO evulgatorum Scriptorum meminit, nos docens, illum Scriptum *de tribus Impoſtoribus* edidiſſe, in quo trium Angliæ Epiſcoporum, qui laſciviæ ipſius obicem ponere voluerunt, vitia ſollicite collegit; cujus aliorumque ſimilis argumenti titulos ſubjungit: *A Diſcovery of the three Impoſtors, Turd-Sellers, Slanderes, and Piſs-Sellers, by Seign. Perin del Vago,* in 8. *Perini del Vago, Equitis de Maltha, Epiſtolium ad Batavum in Britannia hoſpitem, de tribus Impoſtoribus,* Τυπογεάφοις, Συκοφάνταις, Φαρμακεύταις, in 8. *A Hue and Cryaſter the Bulls of Bathan P. D. Vs. Epiſtola ad H. Beverland,* in 8. *Althoug my innocency &c. Lond.* 1709. in 8. Nobis hæ plagulæ hactenus ſunt inviſæ. Habemus autem præ oculis alium ſimili ſtyli ſpurcitia conſcriptum Librum hoc rubro: *Hadriani* BEVERLANDI, *Juſtinianæi, de ſtolatæ Virginitati. Jure Diſſertatio academica. Nuda recede Venus: non eſt tuus iſte Libellus; Tu mihi, tu Pallas Cæſariana veni. Lugd in Batavis, typis Jo. Lindani,* 1680. in 8. pp. 223. Pali

nodiar

nodiam BEVERLANDI in dubium vocat Vir insigniter doctus quem jam laudavimus Aug. Beyerus his verbis: "Beverlandum Palinodiam ceciniſſe & in Patriam rediiſſe "memorat Celeberr. Hiſtoriogr. Tenzelius. Sed men"tem ſuam mutaviſſe ſalaciſſimi ingenii Criticum, id fere "dubito; ſiquidem in Opere *de Proſtibulis Veterum* eden"do poſtea totus fuit, & figuras laſcivas, quæ ultra 6000. "talerorum ipſi conſtiterint, collegiſſe creditur. Atta"men Opus iſtud veterum impuritates detecturum in her"ba quaſi ſuffocatum, & Beverlandi morte ſuppreſſum eſt.„ Hæc de retractatione Beverlandi laud. Beyerus. Eſt nobis ad manus: *Hadriani* BEVERLANDI *de fornicatione cavenda Admonitio, ſive Adhortatio ad Pudicitiam & Caſtitatem; cui acceſſit R. P. Jo. Brandii, Gratiani Torriſii, Soc. Jeſ. Deteſtatio nefandiſſimi ſceleris Onanitici graviſſima. Editio nova, & juxta Exemplar Londinenſe correcta.* A. 1698. in 8. Hic Libellus alicubi in Germania recuſus, pagg. 68. conſtans, ſcriptus eſt ab Autore, ut in fine legitur, *in arce Vindeſorienſi*, A. 1693. In illo, poſt Dedicationem ad Eduardum Bernardum, hæc legitur BEVERLANDI Palinodia: "Inimicis Pacem! Cum Libellum "meum de P. O. poſt XVI. annos forte mihi monſtraret, "ac prælegeret Germanus, vix exprimere potui, qui fue"rim conſternatus, quod ſcripturiens talibus tempeſtati"bus olim jactatus eſſem. Damno calorem improvidæ il"lius ætatis; deteſtor adulterinum ſtylum, et nequiorem "ſenſum. Gratias Deo, quod tandem velamen, quo miſe"re cæcutiebam, ab oculis meis amöverit, nec ſiverit me "diutius huic pertinaciæ patrocinia quærere abſurdiora. "Idem ille cordium ſcrutator Deus adeo mihi fuit propi"tius, eamque mihi mentem dedit, ut omnia, quæ de hoc "argumento ſcripſeram, combuſſerim, & Libros *de Pro*"*ſtibulis Veterum* ad Rectorem M. Academiæ Lugduno"Batavæ transmiſerim. Rogo omnes, qui clam, vi, vel pre"cario, aliquid a me poſſident MS., ut iſtud mihi remittant, "ut & ipſe quoque tradam Vulcano. Quod ſi quis negligat, "illi omnes imprecor calamitates, quæ maligno & perdito "ſolent contingere. Hæc veſtra intererat non ignorare.„ Superſunt etiam hodierum in Bibliotheca publica Lugduno-Batava Beverlandi *de Proſtibulis Veterum* Scripta, quæ cum

aliis ejusdem ineditis in *Catalogo* p. 333. nominantur: *Hadriani* BEVERLANDI *Epistolæ*, in 8. Ejusd. *Exhortatio ad Pudicitiam & Castitatem*, in 8. *Fasciculus*, continens ejus Scripta *de Prostibulis Veterum*. Alter *Fasciculus*, in quo *varii Argumenti Scripta* ejusdem. Fortassis igitur ad meliorem frugem regressus est homo alioquin pessimus: id quod conjectari quodammodo licet ex ejusdem *Otiis Oxonienſibus* adhuc ἀνεκδότοις, quæ possidet S. Rev. Jo. Christoph. Wolfius, & ex quibus pereruditam Observationem ad 1. Cor. XI. 14. publicavit in *Curis Philolog. & Crit. in priores Pauli Epist.* p. 483. sqq. Utut negari non possit, hinc inde & in ipsis his *Otiis Oxonienſibus* obscœnas impuritates reperiri; ita enim de illis judicat laud. Wolfius *l. c.* p. 486; "Fortasse alibi *Otia* illa *Oxonienſia* in lucem proferam, bonæ "frugis præ reliquis ejus Scriptis plena, nisi quod ea ob"scœni, quamvis eruditi, ingenii, sordibus hinc inde con"spurcata appareant.„

Louis BEVRIER, *Religieux Profez des Celestins de Paris*, Sommaire des Vies des Fondateurs & Reformateurs des Ordres Religieux; avec leur Institution & Reformation. Enrichies de leurs Portraits en Taille douce. *à Paris, chez la Vefue G. le Noir.* 1638. avec Privilege du Roy, in 4.

Liber hic continens Icones 50. infrequentissimus est in Bibliothecis, & multo infrequentior altero ejusdem Autoris: *Histoire du Monastére des Celestins de Paris, à Paris* 1634. in 4.

Theodori BEZAE *Vezelii* Poëmata Juvenilia, in Sylvas, Elegias, & erotica Epigrammata distincta, jam denuo ex Sylvarum Libris auctius, correctiusque edita. A. C. 1600. in 12. 4½ pl.

Cave putes hæc Juvenilia Bezæ inter Poëmata ejus, junctim vice non una edita, extare. In Poëmatum Bezæ, quotquot videre contigit Collectionibus, vel omissa prorsus sunt, vel mutilata, vel correcta. Rarissimæ proinde sunt editiones *Juvenilium* BEZÆ, utut vice plus simplici excusæ.

Præ-

Præstantissima & rariſſima omnium est *Parisiensis*, 100. paginis constans, quæ prodiit *ex offic. Conradi Badii sub prelo Ascensiano, e regione Gymnasii D. Barbaræ*, cum Privilegio Senatus ad triennium, in 8. Dedicata est Melch. Volmario ipsius Bezæ Epistola præmissa, addita etiam Bezæ lauream Coronam manibus tractantis Icone cum ætatis indicio A. 29. & hoc districho:

Vos Docti docta præcingite tempora lauro:
Mi satis est illam vel tetigisse manu.

Miror autem hanc probatam & publico Privilegio communitam fuisse editionem, in qua laudatur Doletus triennio ante publica sententia damnatus & combustus. In fine Libri hæc nota legitur: *Lutetiæ, Roberto Stephano, Reg. Typographo, & sibi Conradus Badius excudebat, Id. Jul. 1548.* Aeque rara est *Lugdunensis* hoc rubro: *Poëmata Theodori* BEZÆ *Vezelii, quibus continentur Sylvæ, Elegiæ, Epitaphia, Icones, Epigrammata; quæ Juvenis adhuc ingenii excitandi gratia conscripsit, & divulgari passus est. Nunc denuo recusa. Lugdun.* in 12. 5 pl. Diversa ab his & omnium prima esse videtur editio, quæ sine Typographi, aut anni aut loci indicio, in forma 16. prodiit, quaque se usum affirmat Bælius. Est mihi ad manus, & sine dubio eadem, quam recenset Cl. Aug. Bayerus in *Memor. Historico-Crit. Libror. rarior.* p. 20. sq. En titulum: *Theod.* BEZÆ *Vezelii Poëmata Juvenilia*, in 16. pagg. 126. Tempus editionis hujus in 16. conjecturis indagare aggressus est Mich. Maittaire T. III. *Annalium Typogr.* p. 113. "Non potuit, inquit, præcedere "annum 1545. quo Doletus, cujus Epitaphium hic legitur, "crematus est. Eam oportet præiviſſe alteri editioni in 8. "*Paris. Idibus Jul. 1548.* vulgatæ. Nam Beza Lutetia abiens Genevam concessit nono Kal. Nov. 1548. ubi Reformatorum partes secutus, Romanam fidem palam ejuravit, "& deinceps ex suis Operibus non tantum illa, quæ nunquam edita esse præstabat, probus abolevit: sed Doleti "etiam Epitaphium illud panegyricum expunxit, ne Protestantibus displiceret. Probabile est ergo editionem illam "in 16. inter annos 1545. & 1548. lucem aspexisse.„ De horum Poëmatum autem editione, quam Verderius in *Bibliotb.* p. 1174. *Paris. in* 8. *ap. Rob. Stephanum & Conradum*

Badium 1545. commemorat, Cl. Maittaire *l. c.* p. 137. non tantum dubitat, sed & ejus errorem arguit ex Franciſci Regis non ante annum 1547. mortui Epitaphio, quod iſtis Poëmatibus inſeritur. Polyc. Lyſeri relatio de Th. Bezæ Juvenilibus Poëmatibus laſcivis legitur in *Apparatu Litterar. Collect. I. Spec. V.* cui Carmina quædam laſciva & minus caſta inſeruit. Conf. Bælius in *Diction. Hiſtorico.* Bezam quidem magno conatu excuſare contra Maimburgium ſtudet Petrus Jurieu *Hiſtoire du Calviniſme & celle du Papiſme miſe en parallele* P. I. cap. IIX. p. 283. ſqq. Idem præſtitit Jo. Graverollius in *Epiſtola de Juvenilibus Theod.* BEZAE *Poëmatiis adverſus Maimburgium & alios. Amſtel.* 1683. in 12. Petro Bælio in *Epiſtolis* p. 200. valde laudata, mihi nondum viſa. Quam difficulter autem Theod. Beza defendi poſſit, quippe qui in his Carminibus ſemetipſum obſcœnæ libidinis ſuſpectum reddidit, docet Th. Ittigius in *Hiſtor. Synodorum Nationalium a Reformatis in Gallia habitarum.* p. 118 ſqq.

BIBLIA HEBRAICA.

BIBLIA Hebraica. *Brixiæ*, per *Gerſonem ben Moſen Soncinatem*, 1494. in 8. minor.

Editio hæc inter rariores eſt rariſſima, qua uſus olim eſt B. Lutherus noſter in adornanda Verſione Germanica, quod ipſum Exemplar in Bibliotheca Berolinenſi Capſulæ incluſum aſſervatur, teſte Henrico Opitio in *Præfat. ad Bibl. Hebr.* p. 2. Aliud hujus editionis Exemplar fuit Hamburgi in Biblioth. Georg. Elieſ. Edzardi. Vid. Jo. Chriſt. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 368. Id memoratu in hac editione dignum eſt, quod, quoties in Textu Dei nomen occurrit, lit. Daleth pro He ſubſtituatur: v. e. יהוד pro יהוה, pro אלדים אלהים. Conf. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 152.

BIBLIA Hebraica. *Pariſiis*, ex offic. *Roberti Stephani, Typographi Regii*, in 4. maj.

Editio hæc magnifica eſt, impreſſa charta fortiori, charactere majori ac ſatis venuſto, typisque plane illuſtribus: quæ omnia efficiunt, ut interdum magno ſatis pretio vendi ſoleat; cum tamen cæteroquin nihil peculiare habeat V. Jo. Chr. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 370. & T. IV. p. 111 ſq.

Servo

Servo inter reculas meas hanc editionem ſequenti ordine ſpecialibus titulis in lucem editam: *Quinque Libri Legis. Pariſ.* 1544. *Prophetæ Priores, Joſuæ, Judicum Liber, Samuel, Regum II. ibid.* 1544. *Liber Paralipomenon, ib.* 1543. *Esdras & Nehemias. ibid.* 1541. *Job. ibid.* 1541. *Pſalterium.* 1540. *Proverbia Salomonis.* 1540. *Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Eccleſiaſtes, & Eſther. Pariſ.* 1540. *Prophetiæ Jeſaiæ.* 1539. *Prophetiæ Jeremiæ.* 1540. *Ezechiel.* 1542. *Daniel.* 1540. *Prophetæ poſteriores* charactere impolito, ac plane diverſo, editi ſunt; quibus acceſſerunt Commentarii Rabbinici a Fr. Vatablo emendati.

BIBLIA Hebraica & Græca Vet. & Nov. Teſtamenti, cum interpretatione interlineari Latina Xantis Pagnini, & collatione Ariæ Montani ac aliorum. Ex edit. *Chriſtoph. Plantini*, 1572. in fol.

Editio nitidiſſima & longe rariſſima, in qua Gen. III. 15. mala fide loco הוּא *ipſe* excuſum eſt הִוא *ipſa*, quaſi Moſes ita ſcripſiſſet; quod eſt in editione vulgata, *ipſam* ſcil. Mariam caput ſerpentis contrituram. Vid. Jac. Frid. Reimmanni *Catalog. Biblioth. Theolog.* p. 193. & Autores ibidem citatos.

BIBLIA Hebraica & Græca Vet. & Nov. Teſtamenti, cum Interpretatione interlineari Latina Xantis Pagnini, & collatione Ariæ Montani ac aliorum. Acceſſerunt & huic editioni Libri græce ſcripti, quos Eccleſia orthodoxa Hebræorum Canonem ſecuta, inter Apocryphos recenſet. *Antwerp.* ex offic. *Chriſtoph. Plantini*, 1584. in fol.

Exemplar valde rarum. Nam obſervante Thoma Crenio in *Animadv. Philol. & Hiſtor.* P. XI. p. 95 ſqq. non in omnibus editionis hujus Exemplaribus reperiuntur hæc verba in principio & fine exſtantia: *Acceſſerunt & huic editioni Libri græce ſcripti, quos Eccleſia orthodoxa Hebræorum Canonem ſecuta*

ſecuta inter Apocryphos recenſet, cum interlineari Interpretatione latina, ex Bibliis Complutenſibus petita. Nimirum aliquot iſto ſub titulo jam impreſſis Exemplaribus Jeſuitæ rei certiores facti intercedebant, ne & reliqua ſic exirent; quare in plurimis deſiderantur iſta verba, quæ in admodum paucis inveniuntur. Hinc Jacobus le Long cum ſimile Exemplar Sorbonnicum reperiret, auſus eſt in *Bibliotheca Sacra* edit. Pariſ. 1723. fol. 66. hanc formulam Pontificiis præjudicantem his verbis excuſare: "Hæc verba tanquam a "Typographo Catholico dicta in bonam partem, non vero "juxta mentem Proteſtantium accipienda ſunt.„ Vid. Jo. Lud. Bunemann in *Catal. Libror. rariſſ.* p. 62 ſqq.

BIBLIA Hebræo-Latina Ariæ Montani IIX. Voll. in 8. *Leidæ*, ex offic. *Plantiniana.*

Ita excuſa, ut A. 1608. lucem viderent *Proverbia, Job. Canticum, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes & Eſther;* A. 1609. *Deuteronomium;* A. 1610. *Prophetæ poſteriores;* A. 1611. *Prophetæ priores*, & *Paralipomena*, *Daniel;* item *Esra* ac *Nehemias;* A. 1612. *Apocrypha;* A. 1613. *Nov. Teſtam. Græc.* A. 1615. *Pſalterium.* Editionem hanc rariſſimam eſſe docet S. R. Carpzovius in *Crit. S. Vet. Teſt.* p. 416. 417.

BIBLIA POLYGLOTTA.

BIBLIA Sacra. V. T. multiplici lingua nunc primo impreſſum. IV. Voll. Tom. V. continet N. T. T. VI. Vocabularium Hebr. & Chaldaic. cum Grammatica Hebr. & Dictionario Græco. in fol.

Totum Opus prodiit *Compluti* ab A. 1514. ad 1517. Leguntur de Polyglottis Complutenſibus Jac. le Long in *Biblioth. Sacr.* T. I. p. 13 ſqq. & Jo. Chr. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 338. ſqq.

BIBLIA Polyglotta Antwerpienſia, *typ. Plantinianis*, A. 1569. ſqq. IIX. Voll. charta auguſta, in fol.

Rariſſime extant, cum mare iratum experta fuerint. Vid. Schelhorn. T. II. *Amœnitat.* p. 398. Wendleri Diſſ. *de Libris*

Libris rarior. §. I. Integer titulus ita habet: BIBLIA *Sacra, Hebraice, Chaldaice, Græce & Latine; Philippi II. Regis Pietate ac ſtudio ad ſacro-ſanctum Eccleſiæ uſum. Antwerp. excudebat Chriſtoph. Plantinus*, 1569-1572. Recenſionem hujus Operis immenſi vere Regii habes in Jo. Chr. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 341 ſqq. & Joh. Gottlob Carpzovii *Critica Sacra*, p. 391.

BIBLIA Polyglotta Eliæ Hutteri.

Hac inſcriptione: BIBLIA, *Hebraice, Chaldaice, Græce, Latine, & Slavonice, ſtudio Eliæ Hutteri. Norimb.* 1599. fol. Diſponuntur diverſi illi Textus per ſex columnas, ita, ut, quod editor in præfatione monet, loco Slavonici modo Gallicum, modo Saxonicum, modo Italicum, aliarumque gentium idiomata ſubſtitui poſſent. Hinc & factum eſt, ut quadruplex ejusdem editionis facies in titulo diverſorum Exemplarium compareat, ubi ſcilicet ultima columna Slavonicam, vel Gallicam, vel Italicam, vel Saxonicam Verſionem exhibet. Interim rarius hoc Opus, & admodum difficulter, inquit Jo. H. Hottingerus in *Bibliothecario* p. 142. in Bibliothecis reperitur, quod nec Eruditorum ſatis aptum eſſet ſtudiis, nec plebejorum vel ſumtibus, vel uſibus. Vid. W. E. Tenzelius in Diſſ. de *Bibliis Polyglottis* §. XV. & doctiſſ. Jo. Chriſt. Wolfius in *Bibliotheca Hebr.* T. II. p. 345 ſqq. itemque S. Rev. Carpzovius in *Critica S. Vet. Teſt.* p. 406. ſqq. Illa tamen Exemplaria, quæ Slavonicum exhibent Textum, præ ceteris rariſſima eſſe in his oris, docet V. Cl. Petr. Kohlius in *Introduct. in Hiſtor. Litterar. Slavorum* p. 163.

BIBLIA ANGLICANA.

BIBLIA Anglica, quæ vocari ſolent Epiſcopalia, omnino exoleviſſe, adeo ut rariſſime & fere non niſi in inſtructiore aliqua Bibliotheca conſpiciantur, refert Jac. le Long in *Biblioth. Sacr.* p. 432. Cauſſa hujus infrequentiæ ſine dubio eſt, ſanctio Jacobi I. ut poſthabitis omnibus illis Bibliorum Translationibus, quæ tunc in Anglia circumferebantur, nova cuderetur.

BIBLIA Anglica, ex offic. *R. Joſephi Athias, Typograph. Amſtelod.* edita.

De

De quibus hæc habet S. Rev. Jo. Christoph. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* T. I. p. 553: "Athias Anglica quoque Biblia "typis exscribi curasse fertur, ita quidem, ut omnes for- "mas post descriptam plagulam suis singulis locumentis re- "stitueret, sed integras, & conjunctas, prout singulæ phi- "lyræ requirebant, servaret, ut pro lubitu plura Exemplaria "excudi possent. Narrat rem V. Cl. Jac. le Long in *Biblioth. "Sacr.* P. II. p. 336. ex Cl. Ottii fide, qui idem a Typo- "grapho quodam Tigurino, tanquam oculato teste, acce- "perat. Ipse quoque ex Amici litteris intellexi, ipsummet "Athiam de horum Bibliorum Exemplaribus 100000. & "amplius a se divenditis gloriatum esse, quod certe fidem "omnem superare videtur. Ego saltem frustra huc dum "quæsivi aliquem, cui exemplum illius editionis oculis "usurpatum fuerit.„

Biblia Cambro-Britannica, sive Wallica.

De his Rich. Simon in *Disquisitione Crit. de variis Biblior. Editionibus* p. 205. scribit: "Fertur etiam Biblia Londini "fuisse edita sermone Wallicnsium, seu antiquorum Bri- "tonum, & Guil. Bedellum Vetus Testamentum, Usserium "vero Armachanum Novum in sermonem Hybernicum "transtulisse; sed hanc Hybernicam Sacri Codicis interpre- "tationem igne absumtam periisse.„ In Guil. Crowei *Elencho Scriptorum in S. Scripturam* p. 23. memorantur. *Biblia Cambro-Britannica, s. Wallica, Lond.* 1588. & 1620. in fol. Editionis autem *Londinensis* 1654. in 8. mentio fit in *Catal. Librorum, quos Bibl. Publ. Upsal. dedit* Jo. Gabr. Sparfvenfeldius p. 66. Plures editiones habet Jac. le Long in *Biblioth. Sacr.* p. 366. ed. Bœrner.

Biblia Arabica.

Biblia Sacra Arabica, Sacræ Congregationis de propaganda fide jussu edita, ad usum Ecclesiarum Orientalium; additis e regione Bibliis Latinis vulgatis, cum Præfatione latina. *Romæ, typis S. Congregationis de propaganda fide,* 1671. III. Voll. in fol.

Natales

Natales æque ac rationem & modum hujus Operis Biblici rariſſimi exponit tum Præfatio, tum longè copioſius Abbas Nazarius in *Diario erudito italico Romæ edito* 29 Jan. 1672. unde ſuccinctam ejus Hiſtoriam texuit le Long in *Biblioth. S.* p. 243. ſqq. Bayle in *Diction. Hiſtor. Crit. art. Guadagnolo*, & Jo. Gottl. Carpzovius in Opere limatiſſimo & elegantiſſimo *Criticæ Sacræ Vet. Teſt.* p. 644 ſqq.

BIBLIA ARMENICA.

BIBLIA Armenica, juſſu Reverend. Domini Jacobi, *Armenorum Proto-Patriarchæ*, adornata, & A. 1666 *Amſtelodami* in 4. maj. cum plurimis figg. æneis edita.

Rariſſima eſſe hæc Biblia Armenica exinde patet, quod Exemplaria univerſa & ſingula in Armeniam fuerint abducta. Satis copioſe de hac editione differit Andr. Acoluthus in *Præf. ad Obadiam Armenum.* Conf. Jac. le Long *Biblioth. S.* p. 281. ed. Bœrner.

BIBLIA Armenica, A. 1705. in 4.

Elegantiſſimis typis & charta nitidiſſima impreſſa. Vid. Schelhorn. in *Amœnitat.* T. III. p. 24.

BIBLIA BELGICA.

BIBLIA Belgica. *Delphis* 1477. in fol.

In fine Operis hæc leguntur: *Deſe jegenwoerdige mit horen boken, ende elc boek mit alle ſine capitelen, by enen notabeln meſter wel overgeſet uit den Latine in Duytſche, ende wel naerſtelic gecorrigeert, ende wel geſpelt; was gemaect te Delf in Holland metter hulpen Gods, ende by uns Jacob Jacobs Soen, ende Mauricius Vemands Soen van Middelborgh ter Eeeren Gods, ende tot ſtichticheit ende leeringhe der kerſten ghelovigen menſchen; ende wort voleynt in't jaer der Incarnacien ons Heren duyſent vierhondert zeven ende t'zeventich, den tienden dach des maent januario.* Prima hæc eſt & antiquiſſima Bibliorum Belgicorum editio, de qua vid. Adriani Pars *Index Batavicus* pag. 231. Bibliothecas rariſſimum hunc Codicem aſſervantes enumerat Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. I. p. 371. edit. recentiſſimæ.

BIBLIA

BIBLIA Belgica hac inſcriptione extantia: Den Bybel, inhoudende dat Oude en N. Teſtamente. Gedruckt by *Leenard der Kinderen, Scheep, op de Nordſee*, 1563. in 4. & 8.

Rariſſima ſunt hæc Biblia, & ſane mirabile auditu Typographum Leenardum artem ſuam in navi inter ipſos maris fluctus exercuiſſe. Vid. Adr. Pars *l. c.*

BIBLIA Belgica, troulyck verduytſcht uyt de Overſetting van Lutherus. *Gent* 1571. in 4.

Liber rarus impreſſus ſub jugo Hiſpanico, teſte Gerhardo von Maſtricht in *Catalogo Bibliothecæ ſuæ* p. 43.

BIBLIA Belgica, quæ Deux aas Bibel vocantur.

Rariſſima ſunt, & magno ſatis pretio vendi ſolent. Appellationem hanc *Deux aas* ſortita ſunt iſta Biblia ob gloſſam marginalem Lutheri ad Nehem. III. 5. *De Armen moeten het Kruice dragen, De Rycke en geven niet, Deux aas en heeft niet, Six cinque en geved niet, Quater drie die helpen vry.* Editiones Belgicæ, in quibus hæc gloſſa reperitur, ſunt: *Emden*, 1565. in fol. *ibid.* 1571. in 4. *Leyden, by Jon Paats*, 1589. in 8. Vid. Adr. Pars *l. c.* p. 232. In *Catalogo Biblioth.* Uffenbach. T. I. p. 17. editio etiam *Delfenſis* A. 1581. extat. Tractavi editionem *Delfenſem* 1596. in 4.

BIBLIA Belgica, met Handnoten, it. Landcharten, en Figuren. *Vyt de Druckerey van Schottland*, 1598. in fol.

Editio hæc rariſſimis Libris adnumeratur in Gerh. von Maſtricht *Catal. Biblioth.* p. 2.

BIBLIA GERMANICA.

De rarioribus *Germanicorum Bibliorum* editionibus agentes, illas, ut ordine procedamus, diſpeſcere lubet in eas quæ ante, & quæ poſt Lutheri tempora excuſæ ſunt: hæque poſteriores rurſus dividantur in editiones vel ex Verſione Lutheri expreſſas, vel ex Verſione aliorum, vel in dialecto Saxoniæ inferioris. Sint itaque nobis quatuor *Bibliorum Germanicorum* Claſſes.

I. BIBLIA

I. Biblia Germanica ante Lvtheri tempora excvsa.

De Bibliis Germanicis ante Lutheri Versionem excusis generaliter notandum, quæ diximus in Criteriis de raritate Librorum: *Libri ab artis typographicæ primordiis ad annum usque 1500. typis exscripti vel ipsis MStis sunt rariores.* Hinc rarissimæ sunt:

Bibliorvm Germanicorum editio *Moguntina*, quam, ut sub calcem Voluminis notatur, *Johann Fust*, Moguntinus Civis, A. 1462. effecit.

Est hæc editio omnium germanice impressorum Bibliorum citra controversiam prima & antiquissima, tantæque raritatis, ut nullum sciam, qui hujus editionis meminerit, præter unicum doctiss. Jo. Alb. Bengelium, qui in *Apparatu Critico ad Novum Testam. Græcum* p. 758. scribit, illam extare in Bibliotheca Illustris Consistorii Wirtembergici; & p. 641. notat, habere hanc editionem ad Acta Apost. Cap. ult. v. ult. hoc additamentum: *Wann dier ist Jhesus Cristus der Sun Gotz, durch den alle die Welt anfecht zu werden geurteylt;* quod tamen additamentum in aliis etiam antiquissimis editionibus reperitur.

Bibliorvm Germanicorum editio *Argentoratensis*, A. 1466.

Idem Cl. Bengelius p. 758. etiam hujus meminit editionis; non tamen indicat, an illam unquam viderit, & ubinam hodie extet. Hæc dum scribo Lipsia affertur *nützliche und auserlesene Arbeit der Gelehrten im Reiche*, P. VI. in qua sequentia, quæ huc referenda sunt, leguntur, pag. 494: "Joh. Mentelius præter ingentia illa Vincentii Specula, "A. 1473. excusa, potissimum *Biblia Germanica* A. 1466. "impressit, quæ nec ipse quidem Jac. Mentelius, *de vera* "*Typograph. origine*, viderat, nec alii facile annotarunt; "quorum tamen Exemplar Stutgardiæ asservatur, cujus calci "hæc verba typis miniatis sunt adjecta: *Explicit liber iste* "*A. D.* 1466. *formatus arte impressoria per venerabilem* "*virum Johannem Mentell in Argentina.* Utrum hic Liber "typis ligneis, an fusis sit impressus, dicere non possum.„

BIBLIORVM Germanicorum editio vetustissima, sine loci ac temporis mentione typis exscripta.

Codex hic est ἀνεπίγραφος, s. titulo carens, & sine dubio ex antiquissimis Bibliorum germanice impressorum. Inscriptiones librorum, eorumque clausulæ, ut & capita, illorumque numerus, quemadmodum initio Typographiæ fieri solebat, calamo adscripta sunt; litteræ etiam majores initiales cujusque capitis alternis vicibus rubro, & cyaneo colore eleganter adpictæ. In fine Voluminis addita sunt argumenta Psalmorum: *Hie hebent an die Tytellus uber einen jeglichen Psalmen, &c.* Extant hujus editionis bina exempla Lipsiæ in Bibliotheca Senatoria. Reperitur etiam in Bibliotheca Gothana, vid. Tenzelius in *Dialog. Menstr.* 1692. p. 694. itemque in Bibliotheca publica Hailsbronnensi, v. Jo. Lud. Hockeri *Catal. Bibliothecæ publ. Hailsbronn.* p. 130. nec non in Bibliotheca doctissimi Jo. Friderici von Staden, Pastoris Ecclesiæ Cathedralis meritissimi, quondam Collegæ nostri desideratissimi, ut & Cellis in Bibliotheca Bokelmanniana. Wilh. Ern. Tenzelius, Vir harum rerum, siquis alius, peritissimus, editionem hanc primam Bibliorum Germanicorum esse censet: & quamvis annus editionis & Typographi nomen additum non sit; tamen, cum aliud Exemplar Lipsiæ inveniatur, cui eadem manus, quæ litteras majores initiales addidit, in fine annum 1467. adscripsit, illam *Augustæ Vind.* A. 1467. in Typographia *Jo. Beumleri* excusam fuisse suspicatur. De ipsa Translatione ita judicat B. Diedericus von Staden in *Specimine Lectionum antiquar. Francicar.* p. 22: "Quod ad stylum horum Bibliorum attinet, ego quidem "eum longe majorem ætatem præ se ferre, & Biblia ista "diu, antequam impressa, e vulgata latina reddita germanice, statuo: sed latuisse in Claustris Monachorum, aut "Collegiis & Ecclesiis majoribus Canonicorum; cum Laici "tantas impensas in ea calamo exaranda non facile ferrent, "aut ipsis eorum Copia describendorum fieret.„ His adde sequentia laudati Stadenii ex Jo. Henr. a Seelen *Memoria Stadeniana* p. 358: "Dialectus ejus interpretis est Alemannica, quæ a Dialecto Saxoniæ inferioris multis paranisangis distat, in aliquibus tamen ei convenit magis, quam "Dia-

"Dialecto Saxoniæ superioris aut Misniæ. In plerisque "tamen magis cum his posterioribus concordat; etsi non "negandum, aliquam esse inter has Dialectos differentiam. "Antiquam vero omnino eam Versionem, in veteri Fran- "cica, vel Theotisca lingua aliquatenus versato, satis ex "lectione patet. Occurrunt enim in illa voces, phrases, "particulæ & formulæ, quæ sapiunt ætatem Tatiani, Ot- "fridi, Willerami, & aliorum antiquissimorum Scriptorum "Francicorum aut Theotiscorum, quarum interpretationes "ex modo dictis Scriptoribus sunt petendæ, cum aliunde "non innotescant; ut credere fas sit, illam jam dudum "ante inventam artem typographicam esse confectam &c.„ Habui ego in manibus Exemplar Stadenianum. Verba Gen. I. 1. 2. ita sonant: *An dem anegang geschieff Got den himel und die erde. Wann die erde was eytel und lere; und vinster waren auf dem antlitze des abgrundes. und der Geist Gotz ward getragen auf die wasser.* Locus 1. Joh. V. 6. 7. 8. ita legitur: *Dies ist Jhesus Cristus der do kam durch das wasser und durch das blute: Nit allein in wasser; wan in wasser und in blut. Und der Geist ist der do bezeugt, das Cristus ist die warheit. Wan drey send die gebent gezeug auf der erde: der geist, wasser, und blut; und dise drey seind ein. Un drey seind die gebent gezeug im himel: der Vater, das Wort, und der heilig Geist; un dise drey seind ein.*

BIBLIORVM Germanicorum editio alia vetustissima, sine loci, temporis ac Typographi mentione typis exscripta, in fol. maj.

Etiam nullus hic adest titulus singularis, ex more antiquissimorum Librorum; differt tamen hæc editio, quam describit Theoph. Sincerus *in der neuen Sammlung von alten und raren Büchern* p. 14. sqq. a superiori, quam recensuimus. Adsunt hic figuræ ligno incisæ. Adest in limine Codicis Index Librorum Biblicorum Veteris & Novi Testamenti. Locus Gen. I. 1. 2. ita sonat: *In dem anfang beschuf Got himel und erd. aber die erd was lere und unnütz. un die uinsternusz waren uf den antlitz des abgrunts. un d' Geyst Gotes warde getragen uf die wasser.* Alterque locus 1. Joh. V. 6. 7. 8. *Der ist Jhesus Cristus der da kam durch das*

waſſer. und durch das plut. nit allein in dem waſſer. ab' in den waſſer. und in dem plut. und der Geyſt iſt der da bezuget das Criſtus iſt die warheit. wan dry ſind die da gebent gezeugknuſſ uſſ d'erde. der geyſt. das waſſer. und das plut. und dieſe dry ſind eins. und dry ſind die da gebent gezeugknuſſ im himel. der Vater. das Wort. un der heylig Geyſt. un dieſe dry ſind eins. Conf. Theoph. Sinceri *Bibliotheca Hiſtorico-Critica Librorum rariorum* p. 18. ſqq.

BIBLIA Germanica. *Auguſtæ Vindel.* per *Anton. Sorgium*, 1477. fol.

Ad calcem leguntur hæc verba: *Dys Durchleuuchtigoſt werk der gantzen heyligen Geſchrifft, genant die Bybel, hat hye ein ende in der Hochwirdigen Keyſerl. Stadt Augſpurg, der edlen teutſchen Nation nit di mynſt, ſunder mit den meyſten eben gleych genennet zu gantzem ende. Die hat gedrucket und volbracht* Anthony Sorg, *am Freytag vor Sant Johanſen tag des Teuffers, als man zalt nach Chriſti unſers Herrn gepurt Tauſend vierhundert und in dem ſyben und ſybentzigſten Jare. Vmb wölich volbringung ſeye lob, glori, und ere in der hohen Heyligen Drivältigkeit und eynigen Weſen, dem Vater, und dem Sun, und dem Heyligen Geiſt, der do lebet und regieret Got ewigklichen. Amen.* Vid. Val. Ferd. de Gudenus recenſus Codicum antiquorum Moguntiæ in Capituli Metropolitani Bibliotheca latitantium, inſertus *Syllog. I. variorum Diplomatariorum, Monumentorumque veterum*, p. 421. 422. Extat hæc editio in Bibliotheca Auguſta, quæ Wolfenbutteli eſt, v. V. Cl. Jacobi Burckhardi *Hiſtoria iſtius Bibliothecæ* A. 1744. in 4. editæ, p. 133. extat etiam in Bibliotheca Uffenbachiana T. I. p. 2. addito pretio LX. talerorum.

BIBLIA Germanica. *Auguſtæ Vind.* 1477.

A priori diverſa eſt editio hæc, quam recenſet M. G. Frid. Magnus in *Diſquiſitione de antiquis S. Scripturæ Verſionibus Germanicis Auguſtæ Vindel. excuſis*, quæ jam mihi non eſt ad manus. Conf. Tentzelii *Dialog. Menſtr.* 1692. p. 677. ſqq. & doctiſſ. Jo. Jac. Bruckeri *Abhandlung von einigen alten deutſchen Ueberſetzungen der Heil. Schrift*, inſertam *denen Beyträgen zur Crit. Hiſtorie der deutſchen Sprache* P. XVII. qui eandem, ni fallor, editionem copioſe recenſet p. 13. ſqq.

BIBLIA

BIBLIA Germanica. *Augustæ Vindel.* per *Anton. Sorgium,* 1480. in fol.

Editionem hanc Augustæ Vindel. in Bibliotheca quadam privata extare, testatur laudatus Bruckerus *l. c.* p. 21.

BIBLIA Germanica. *Norimbergæ,* per *Antonium Koburger,* 1483. fol. maj.

Satis copiosam hujus Codicis notitiam suppeditant Christ. Junckerus *de Biblioth. Isenac.* p. 53. sqq. Serpilius *de Libris rarior.* pag. 131. sqq. Theoph. Sincerus *de Libris rarior.* T. II. p. 19. sqq. Aug. Bayerus in *Arcanis sacris Bibliothecarum Dresdens. Contin. I.* p. 70. Reperitur hæc editio in *Catal. Biblioth.* Uffenbach. T. I. p. 2. cum pretio L. taleror.

BIBLIA Germanica. *Lubecæ,* per *Stephan. Arndes,* 1484.

Extare hanc editionem fidenter asserit Cl. Frid. Christ. Lesserus in *Histor. Typographiæ* p. 57. scribens: "*Stephen Arndes* hat A. 1484. in *Lübeck* eine deutsche Bibel in die platdeutsche Sprache übersetzet, durch den Druck gemein gemachet, welche mit gutem Fug unter die raren Bücher zu rechnen.„ Sine ulla affirmatione dubitanter de hac editione loquitur Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Histor. Typograph. Lubecensis* p. 11. At vero fictam esse hanc editionem, eundemque errorem errasse & Malincrotium & Mich. Maittaire, ostendit doctiss. Jo. Ludolphus Bünemannus in *Notitia Scriptorum artem typograph. illustrantium* p. 35.

BIBLIA Germanica. *Argentorati* 1485. Tomi II. fol. min.

Editio hæc fere incognita est Eruditis. In calce Codicis leguntur: *Diss durchlauchtigest werk der gantzen heiligen Geschrift, genant die Bibel zu teutsch, gedruckt lauter klar, und wahr, nach rechten gemeinen teutschen, mit hohen und grossen fleiss nach den Lateinischen Text gerechtfertiget: unterschiedlichen punctiret mit überschrift der capittel und psalmen iren Inhalt und ursach anzeigende; und mit schönen figuren die Historien bedeutende des neuen Gesetzes, hat hie ein Ende. Gedruckt in der löblichen Keyserlich. Frayestadt Strasburg nach der Geburth Christi des Gesetzes der Gnaden vierzehen hundert und in den funf und achtzigsten Jahre*

uf montag der zweyte des mondes May. Umb wellich volbringung ſey Lob, Glorie und Ere der hohen heyligen Dryvoltigkeit, und eynigen Weſen, dem Vatter und dem Sun, und dem heyligen Geyſt, der da lebet und regieret Gott ewiglich. Amen.

BIBLIA Germanica. *Auguſtæ Vind.* A. 1487. *Gedruckt durch Hanſen Schönſperger,* in fol.

Enarratione hujus editionis defungitur Cl. Aug. Bayerus in *Arcanis ſacris Bibliothecarum Dresdenſ.* p. 92. ſeqq.

BIBLIA Germanica. *Norimbergæ,* per *Ant. Koburger,* 1488. fol.

Eſt repetitio editionis 1483. Vid. Jo. Caſp. Wentzels *Lieder-Hiſtorie.* P. IV. p. 55.

BIBLIA Germanica. *Auguſtæ Vind.* per *Jo. Schönſperger,* A. 1490.

Conf. G. Fr. Magnus Diſſertat. *de Bibliis germanice Auguſtæ Vind. excuſis.*

BIBLIA Germanica. *Augſpurg, bey Johann Ottmar, in Verlegung Joh. Rynmans,* 1507. d. 12. Febr. II. Tomi, in fol.

Editio hæc ignota fuit laudato Georg. Fr. Magno; recenſetur a Gerh. a Maſtricht in *Catalogo Biblioth.* p. 3. neque minus a Theoph. Sincero in *Bibliotheca Hiſtorico-Crit. Librorum rarior.* p. 62. ſqq. & a laudato Bayero in *Arcanis Biblioth. Dresd.* p. 15. ſqq.

II. BIBLIA GERMANICA EX VERSIONE LVTHERI.

Generaliter hic notes velim, omnes editiones Bibliorum Lutheri ante annum 1545. excuſas eſſe rariſſimas, & in Bibliothecis publicis vix comparere, nedum in privatis Librorum Collectionibus. Hominum negligentia primas has Verſionis Biblicæ a B. Luthero procuratas editiones rariſſimas fecit. Notitia harum editionum haurienda ex Guil. Georg. Zeltners *Hiſtorie der gedruckten Bibel-Verſion und anderer Schriften D. M. Lutheri, in der Lebens-Beſchreibung Hans Lufts, Nürnb.* 1727. in 4. Jo. Melch. Krafts *Hiſtoriſcher Nach-*

Nachricht von der 1534. zum allererſten in Wittenberg zuſammen gedruckten verdeutſchten Bibel Lutheri, nebſt ſummariſchem Auszuge aller bis auf Lutheri Tod 1646. gefolgten Wittenbergiſchen Bibeln, Alton. 1734. in 4. Noſtrum non eſt has editiones recenſere; pauciſſima ſaltem annotabimus.

Das ALTE TESTAMENT deutſch, durch Luther. *Baſel, bey Adam Petri,* 1523. in fol. Das NEUE TESTAMENT. *ibid.* 1523. in fol.

Editio ex omnium rariſſimis, pauciſſimis viſa & memorata. Vid. Sam. Engel *Catalogus Librorum rariſſ.* P. II. p. 4.

Das Alte Teſtament deudſch, M. Luther. *Wittenberg,* 1526. In fine legitur: *Gedruckt zu Wittenberg Michaël Lotther.* in fol. Das Newe Teſtament deudſch. In fine: *Gedruckt zu Wittenberg Michel Lotther,* 1526. fol.

Sine dubio hæc omnium prima & rariſſima eſt editio, quæ extat in Bibliotheca Frid. Chriſt. Leſſeri, Paſtoris Nordhuſani. Legatur ejusdem Viri doctiſſ. *Nachricht von einer ſehr raren Bibel, welche er ſelbſt beſitzet,* inſerta Tom. III. *der Hamburg. vermiſchten Biblioth.* p. 370. ſqq.

BIBLIA, das iſt, die gantze heilige Schrift, deutſch, Martin Luther. *Wittenberg.* Begnadet mit Kurfürſt. zu Sachſen Freyheit. *Gedruckt durch Hans Luft,* 1534. fol.

Etiam hæc editio Bibliorum Germanicorum ex Verſione Lutheri adeo eſt infrequens, ut primum locum rariſſimorum inter raros Librorum merito occupet. Vid. Zeltneri *Nachricht vom Leben Hans Luften,* p. 47. 48.

BIBLIA Germanica, ex Verſione Lutheri. *Lipſiæ,* in offic. *Wolrabiana,* 1541. fol.

Editio perrara, ipſo Luthero ita volente & flagitante ſuppreſſa. Vid. Seckendorfii *Hiſtoria Lutheraniſmi* p. 2722. *ed. Frickian.* Cauſſa ſuppreſſionis procul dubio hæc fuit, quod inſcio Luthero, qui emendatiora jam ediderat Biblia, fuerit excuſa. Conf. Zeltneri *Vita Jo. Luftii* p. 38. 39. qui

tamen raritatem hujus editionis in dubium vocat, illamque tantam non esse, quantam communiter putant, pronunciat. Copiose hæc editio recensetur a Theoph. Sincero in *Biblioth. Histor. Crit. Librorum rarior.* p. 80. sqq.

BIBLIA, das ist, die gantze Heilige Schrift, deutsch, D. Mart. Luther. Jetz von neuem, nach dem letzten von D. Luthero überlesenen Exemplar mit Fleiss corrigiret, und mit neuen kurtzen und Lehrhaften Summarien über jede Capittel, samt nützlichen Zeit-Historien, und Lehr-Registern vermehret. Mit besonderer Churfürstl. Sächs. Freyheit. *Wittenberg*, in Verlegung *Zachariæ Schürers*. Gedrukt bey *Joh. Wilh. Fincelio*, A. 1624 in 4. II. Bände.

Editio hæc Bibliorum summo studio fuit suppressa propter insignem quandam corruptelam, quam verbis B. Feustkingii *im ausführl. Bericht von denen Propheten* p. 104. recensere lubet: "Es wurde 1623. eine deutsche Bibel in der Schü-"rerischen Buchhandlung zu Wittenberg gedruckt, wor-"über Nicol. Hunnius, als Professor, die Oberaufsicht "und Correctur hatte. Es trug sich aber zu, dass der "Drucker in der Officin ein Mitglied der Römischen Kir-"che, welches vorher niemanden bewust war, ganz listi-"ger und boshafter Weise nach der lezten Hunnianischen "Revision eines und das andere vor sich änderte, das mit "dem Sinne des Heil. Geistes nicht übereinkam. Abson-"derlich wurde der Spruch de Angelo Apocalyptico, "Apoc. XIV. 6. von dem Bösewichte erschrecklich depra-"viret. Denn zur Kränckung unserer Evangelisch-Luthe-"rischen Religion setzte er zeit währenden Abdruckens "an stat des Wortes *ewig*, wie es Hunnius bey der letzten "Correctur gehabt hatte, das Wort *neu* hinein, und druckte "unterschiedliche Exemplarien, davon ich selber noch ei-"nes besitze, also ab, dass es hiesse: *Ich sahe einen Engel "fliegen durch den Himmel, der hatte ein neu Evangelium.*" Conf. de hac editione Serpilii *Verzeichniss rarer Bücher*, p. 21. sqq. *Samml. von alten und neuen*, 1723. p. 190. sq.

BIBLIA

BIBLIA Germanica. *Norimbergæ* 1670. fol.

Editio hæc mihi quidem non est visa; a raritate autem laudatur in *Bibliotheca Anonym. Norimbergæ* 1738. in 8. edita p. 13: "Biblia hæc sunt certe rariora quam rarissima. "In der Epist. Judæ v. 23. hat ein Catholischer Buchdrucker-"Gesell das *Fege-Feuer* hineingedruckt, dass es stehet: "*Machet etliche mit Furcht selig, und rücket sie aus dem* "*Fege-Feuer*,,

III. BIBLIA GERMANICA POST LVTHERI TEMPORA EX ALIORVM VERSIONE EXPRESSA.

BIBLIA Germanica. *Gedruckt in Worms bey Peter Schöffern*, 1529. fol.

De rarissimo hoc Bibliorum Codice leguntur Dietericus von Staden *in Erklärung der deutschen Wörter der Bibel*, Præfat. p. 25. Jo. Diecmannus in *Operibus Germanic.* P. II. p. 100. & præprimis Gust. Georg. Zeltners *Sendschreiben von der alten und höchstraren deutschen Wormser Bibel*, *Altorf* 1734. in 4. qui posterior de raritate hujus Libri p. 4. & 5. scribit: "Ich nenne diese Bibel nicht ohne satt-"samen Grund ein berühmtes, und doch sehr rares Buch; "- - - - weil manche sonst in dergleichen Sachen wohl-"geübte Männer bekannt, nicht weniger aber die Register "der allergrösten und auserlesensten Bibliotheken aus-"weisen, - - dass eben dieses Werck jenen nie zu Gesichte "gekommen, in diesen aber gar selten eine Stelle gefunden. "Ja ich bin gewiss, und hat mich theils die Erfahrung selbst "gelehret, dass man viele Städte durchreisen wird, wo man "kaum in einer, unter zehen derselben, ein Exemplar "antreffen möchte.,, Alia *Bibliorum Wormatiensium* editio *Augusti. Vindel.* 1534. apud *Henr. Steyner* in fol. excusa est. Vid. Jo. Georg. Palmius *de Codicibus Vet. & N. Test. quibus Lutherus usus est*, in præf. p. 36.

BIBLIA Germanica *Koepfeliana. Argentor.* 1530. fol. min. cum fig.

Libri Canonici Vet. Testam. *Durlaci* typis exscripti sunt, sicut finis testatur: *Gedruckt zu Durlach durch Veltin Ko-*

bian, aus Verlegung Wolf Koepfels, Bürgers zu Strasburg, im Jar 1530. Sequuntur Libri Apocryphi Vet. Testamenti sub titulo: *Die Bücher, dye bey den Alten under Bibliſche Geſcrift nit gezelt ſeind, auch bey den Ebreern nit gefunden. Neulich wiederumb durch Leo Jud verteutſchet.* In fine: *Gedruckt zu Strasburg bey Wolff Koepphel uf den neundten Tag des Herbſtmonds, im Jar 1529.* Sequitur Nov. Testamentum sub titulo: *Das gantze New Teſtament, in viel Orten verſtendiger verteutſchet durch Mart. Luther, 1530.* Pleniorem enarrationem hujus Operis Biblici ex diverſis translationibus congeſti habes in Aug. Bayeri *Arcanis Sacris Bibliothecarum Dresdenſ.* p. 46. ſq.

BIBLIA Germanica. Alt und Neu Teſtament, nach dem Text in der heiligen Schrifft gebraucht, durch D. *Johann Ecken*, mit Fleiſs auf hochdeutſch verdolmetſchet, 1537. in fol. c. fig.

In fine legitur: *Säligklich geend durch Görg Krapten Buchfürers von Ingolſtadt Koſten und Verleging.* Verſio hæc Bibliorum infrequentiſſima eſt, pauciſſimisque cognita, quam recenſet Anonymus *in nützlichen und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche*, P. V. p. 377.

BIBLIA Germanica, der Hebræiſchen und Griegiſchen Warheit nach verdolmetſchet. *Zürch, bey Chriſtoph Froſchauer*, 1525. in fol. 1529. in 8: 1530. in 8. 1531. fol. &c.

Verſio hæc perrara eſt, licet ſæpius recuſa; vocari plerumque ſolet Leonis Judæ, quæ revera Lutheri eſt, ſed interpolata. Quo in labore Leonis Judæ, Miniſtri Tigurini, partes potiores fuerunt; inprimis in iis, quibus Textum ipſum originalem preſſius ſequi, & accuratius exprimere anniſus fuit. Hiſtoriam & editiones *Bibliorum Tigurinorum* inde ab anno 1525. ad 1638. ordine recenſet Jo. Henr. Hottingerus in *Bibliothecario quadripartito* p. 153 ſqq. & qui Hottingerum corrigit Jo. Diecmannus in *Operibus Germau.* P. II. p. 14. & 102 ſqq. itemque Guſt. Georg. Zeltnerus *de novis Verſionibus Bibliorum Germanicis non temere vulgandis*, p. 7. Addatur his Jo. Bapt. Ottii Diſſertatio *de Bibliis dialecto Helvetica expreſſis*, quam ex MSto edidit Chriſt. Frid. Bœrne-

Bœrnerus in *Additamentis* ad Jac. le Long *Bibliothecam Sacram* T. II. p. 249 ſqq. Jo. Jac. Hottingeri *Helvetiſche Kirchen-Hiſtorie*, P. III. L. VI. p. 224. Theoph. Sinceri *Bibliotheca Hiſtorico-Crit. Libror. rarior.* p. 66. & qui ſingularia quædam habet alibi non obvia Autor Anonymus *Miſcell. Tigur.* P. III. p. 114. Nos Operis hujus Biblici tres poſſidemus editiones: Primam de *A.* 1530. apud *Chriſtoffel Froſchover*, in 8. alteram de *A.* 1534. ap. *eundem*, in 8. maj. Tertia eſt de *A.* 1552. apud *eundem*, in 8. maj. Hanc Cl. Bruckerus omnium optimam nominat, ſimillimam editioni de A. 1545. in fol. quam copioſe recenſet P. XVI. *der Beytræge zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache* p. 31 ſq. Noſtræ editiones mire una ab altera differunt; ac ſingulatim editio Anni 1530. propius accedere videtur in quibusdam Verſioni Lutheri. Excuſa eſt typis latinis, titulo & præfat. exceptis.

BIBLIA Germanica a Crypto-Calvinianis Saxonicis, interque hos præprimis a L. Jo. Salmuth, *Concinatore Aulico*, A. 1589. edi cœpta, nec tamen ultra Paralipomenon libros producta, in Biblioth. Dresdenſi recondita ſunt, & incluſa, ac poſtea ad pulveris pyrotechnici cucullos ſubinde depromta & adhibita. Prolixius hæc enarrat G. G. Zeltnerus *de Verſion. Bibl. Germ. non temere vulgand.* p. 11 ſqq. & 117. In *Catalogo Bibliothecæ* Polyc. Leyſeri, Prof. Helmſtad. p. 181. hæc leguntur: "*Biblia Germanica*, "*cum Gloſſis* (Crypto-Calvinianis) *Jo. Salmuthi. Dresdæ* "1593. fol. præter hoc reliqua fere omnia Exemplaria auto-"ritate publica ſuppreſſa ſunt.„ Vnde evidenter ſatis colligi poteſt inter rariſſimos referenda ea omnino eſſe Libros. Vid. Viri egregie docti Jac. Burckhardi *Hiſtoria Bibliothecæ Auguſtæ Wolfenbuttelenſis* p. 134. Cæterum accurata etiam hujus Operis Biblici enarratio legitur in Collectione XIII. *der fortgeſetzten nützlichen Anmerckungen über allerhand Materien aus der Theologie*, p. 5 ſqq. ut & in *Hamburgiſchen Gelehrten Berichten* A. 1742. p. 335 ſqq. Ex quibus diſcimus, titulum etiam Bibliis hiſce eſſe præfixum hoc rubro: *Die fünf Bücher Moſis, verteutſchet durch D. Mart. Luther, darinnen, neben kurtzer Vorrede über iedes Buch, inſonderheit ein jedes Capitel ordentlich in gewiſſe Verſicul und Paragraphos*

graphos abgetheilet; und mit darauf gerichteten Summarien, auch fürnehmſten Lehren, ſamt einer ieden Lehre Nutz; und dann Lutheri Scholiis; daneben auch mit Concordantzen, Chroniken, Landtafeln, und andern Figuren, erkläret. Auf gnädigſten Befehl des Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn CHRISTIAN, *Hertzogen und Chur-Fürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg, mit unterthänigſtem Fleiſs in Druck verfertiget. Dresden, in Chur-Fürſtl. Sachſiſcher Druckerey, im Jahr* 1590. In pagina averſa conſpiciuntur inſignia electoralia, hac ſubſcriptione: *Fide, ſed Vide.*

BIBLIA Germanica, auf Befehl Hertzogs Auguſti nach der Hebræiſchen Grundſprache überſetzet durch Jo. Saubert, I. Theil. *Helmſtedt* 1666. in 4.

Hiſtoriam & fata hujus Verſionis longe rariſſimæ, cujus prima ſaltem pars, usque ad 1 Sam. XVII. ſed æternis mancipata tenebris, excuſa eſt, enarrant G. G. Zeltnerus in *Vitis Theolog. Altorfinor.* p. 398. 405. *Nova Antiqua Theol.* A. 1720. p. 800-808. Specimen totius Operis, in quo ſæpiſſime Lutheri Verſio grata mente retenta, alias vero ſæpius etiam interpolata fuit, typis ſubjecit Chriſt. Frid. Bœrnerus in *Bibliotheca Sacr.* le Long *Obſervationibus ſuis locupletata*, Cap. IX. p. 223 ſqq. ubi Cap. IV. Geneſeos integrum exſcriptum typis, una cum Obſervationibus, ſiſtitur. Conferri etiam poterit Abr. Calovii *kurtzer Entwurf etlicher Urſachen, daſs die neue Helmſtædtiſche Bibel, deren Abdruck angefangen, nicht zu publiciren*, qui legitur in laudata Zeltneri Diſſ. *de nov. Verſion. Bibliorum German. non vulgand. in Append.* Exemplar hujus Verſionis donum ipſius Sauberti extat in Bibliotheca Jo. Lud. Bunemanni p. 107. cum adpoſito pretio 30. taleror. Nuperrime etiam Bibliorum Saubertinorum Hiſtoriam omnium accuratiſſime contexuit Cl. Jo. David Köhler in Tom. XIV. *Hiſtoriſch. Münz-Beluſtigung.* a pag. 162-168. Cui, ſi placet, adde doctiſſ. Jac. Burckhardum in *Hiſtoria Biblioth. Aug. Wolfenbuttel.* p. 141 ſqq.

BIBLIA

BIBLIA Germanica *Wertheimensia.*

Liber in Imperio Romano-Germanico publica autoritate penitus suppressus. Titulus est: *Die Göttlichen Schriften vor den Zeiten des Messiæ Jesus. Der erste Theil, worinnen die Gesetze der Israëliten enthalten sind, nach einer freyen Uebersetzung, welche durch und durch mit Anmerkungen erläutert und bestätiget wird. Wertheim, gedruckt durch Jo. Georg Vehr, Hof- und Canzeley-Buchdr.* 1735. in 4.

IV. BIBLIA GERMANICA IN DIALECTO SAXONIÆ INFERIORIS.

Destituimur adhuc Historia harum Translationum hodie parum obviarum. Pleræque enim editiones *Bibliorum in Dialecto Saxoniæ inferioris* sunt raræ; utut non negandum, alias aliis esse rariores.

BIBLIA Germanica in Dialecto Saxoniæ inferioris *Lubecensia*, A. 1494.

Hoc titulo: *De Biblie, mit vlithiger achtinge recht na dem Latine in Dudesch avergesettet mit vorluchtinge und glosse des hochgelaerden Postillatoers Nicolai de Lyra, unde anderer velen billighen Doctoren. Gedruckt Lubick* 1494. fol. maj. Magni hodiernum fiunt tum ob raritatem, tum ob glossam potissimum eam risu certe dignissimam, qua verba Genes. III. 16. ita reddita & exposita sunt: *Under der Macht des Mannes wers tu wesende, und he schal aver dy herschopen, dy vackene to pyneghende, und to slande.* Agit de hoc Codice satis copiose doctiss. nobisque amicissimus Jo. Henr. von Seelen *Specim. VI. Selectorum Litterar.* p. 211-251.

BIBLIA Germanica, Lingua Saxoniæ inferioris *Halberstadii* 1522. in fol.

Evulgata, utpote longe rarissima, pauciss imisque visa, luculenter & copiose describit idem Cl. J. H. von Seelen *Spec. XI. Selector. Litter.* p. 398-426. qui simul observat, Versionem hanc ab homine pontificio fuisse adornatam, & post Conringium docet, editionem *Halberstadiensem* expressam vere esse; (quamvis in scribendi pariter ac dicendi rationibus, haud levis sit differentia), ex editione *Lubecensi* Anni 1494.

BIBLIA

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniæ inferioris *Lubecensia*, A. 1533.

Hac inscriptione: *De Biblie, uth der athlegginge Doct. Martin Luthers yn dith dudesche vlitigh uthgesettet, mit sundergen unterrichtungen alse man sehen mach. In de Keyserliken Stadt Lubeck by Ludowich Dietz gedrücket*, 1533. fol. Ex præfixa Jo. Bugenhagii *Præfatione* patet, Opus hoc Biblicum non quidem ipso interprete, attamen monitore ac suasore prelum subiisse. Vir harum rerum, dum viveret, studiosissimus Dietericus von Staden de Autoribus hujus Versionis scribit: "Man hält insgemein dafür, daſs die deut-"sche Bibel Lutheri von D. Joh. Bugenhagen, Pomerano, "ins Niedersächsische übersetzet sey. Woher aber solches "zu beweisen, habe bisher keine Nachricht finden können; "wol aber daſs es von einigen Studiosis aus hiesiger Gegend "an der Weser bürtig, die bey des sel. Hrn. Lutheri Zeiten "in Wittenberg gelebet, und vielleicht unter D. Bugenha-"gens Direction, geschehen sey. „ Hos inter Studiosos "fuisse Jo. Hoddersen, conjecit laudatus Stadenius ex verbis, quæ offendit A. 1697. in Ducatus Bremensis Vico *Büttel*, in fenestra Viduæ Hoddersenianæ: "*H. Johannes Hoddersen*, "*Pastor in Hammelwarden*, hat unter D. Martin Luther "studiret, die Bibel in die Niedersächsische Sprache ver-"setzet, und ist A. 1564. am 6. Decembr. die Kirche allhie "zum Büttel ihm anbefohlen, die er durch Vicarien ver-"waltet.„ Vid. J. H. von Seelen *Memoria Stadeniana* p. 355 sqq. Rariſſima hæc editio inter reculas nostras superstitans, satis accurate descripta est a laudato J. H. von Seelen *Selector. Litterar. Specim. V.* p. 173 sq. Conf. Jo. Chr. Coleri *Acta Historico-Ecclesiastica* P. II. p. 198. 199.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniæ inferioris *Magdeburgensia*, 1533. in 8.

Editio hæc multum abit a Versione præcedenti, & tam ignota est in Orbe litterario, ut ex millibus vix unus sit, qui eam oculis unquam usurparit, judice S. Venerando Reimmanno, cujus in Bibliotheca Pars III. hujus Operis extat. Vid. *Catalog.* p. 1140. Partem II. deprehendi in Tom. III. *Autographorum Lutheri & Coætaneorum*, p. 229.

BIBLIA

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniæ inferioris *Magdeburgenſia*, A. 1536. in fol. apud *Mich. Lotter*, qui Vitemberga relicta Magdeburgum Typographiam ſuam transtulerat.

Extant in Bibliotheca Reimmanniana, qui obſervat, editionem hanc multis in locis ab hodiernis Verſionibus plane eſſe diverſam, e. g. Geneſ. XLI, 42. *He leth vor em uthropen, dat man de Knée vor ehm bögen ſcholde.* Vid. *Catalog. Biblioth.* Reimmann. p. 212. 1139.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniæ inferioris *Wittenbergenſia*, apud *Jo. Luft*, 1541. fol.

Laudant præprimis hanc editionem a priori in pluribus rebus differentem, quam fruſtra in Tomis III. *Autographorum Lutheri* quæſivi, Guſt. Georg. Zeltner *vom Leben und Fatis Hans Lufts* p. 40. & Jo. Melch. Kraft *in der Nachricht von der* 1534. *zum allererſten gedruckten Bibel Lutheri*, pag. 74.

BIBLIA Germanica Lingua Saxoniæ inferioris *Magdeburgenſia*, 1545. in fol.

Hoc rubro: *Biblia, dat is, die gantze hillige Schrift, verdüdetſch dorch D. Mart. Luther. Ut der letzten Correctur merklich verbetert, unde mit groten fliete corrigeret.*

- - - - - - *Vitembergenſia*, An. 1558. in fol.

Extant in Bibliotheca Uffenbachiana. Vid. *Catalog.* T. I. pag. 8.

- - - - - - *Vitembergenſia, dorch Georg Rhuwen Erven*, 1561.

Adſunt in Bibliotheca noſtra, & expreſſa videntur ad editionem *Magdeburgenſem* A. 1545. cum qua & illud commune habent, quod Bugenhagius Scholia cum Summariis omnia ex illis exemerit, atque uno faſce comprehenſa in fine ſubjecerit.

- - - - - - *Vitembergenſia*, A. 1569. per *Jo. Luft*, in fol.

Meminit hujus editionis Vir doctiſſ. Dietericus von Staden in Præfat. *der Erklärung der vornehmſten deutſchen Wörter*

in

in der Bibel, p. 17. asseritque editionem *Lubecensem* A. 1533. recusam fuisse A. 1569. a Jo. Luftio. Sic ocularis inspectio nos docuit expressam fuisse hanc Vitembergensem editionem ad posteriores Vitembergenses, quæ in plurimis abeunt ab illa Lubecensi.

BIBLIA Germanica Linguæ Saxoniæ inferioris *Wittembergensia*, A. 1574. *dorch Hans Luft*, in fol.

Adsunt in Bibliotheca nostra.

- - - - - *Wittemberch*, *dorch Hans Luft*, 1579. fol.

Vid. Jo. Henr. von Seelen *Memoria Stadeniana*, p. 71.

- - Germanica Lingua Saxoniæ inferioris, opera M. Dav. Wolderi. *Hamburg*, *by Jacob Lucius*, *den jüngern*, 1596. in fol.

Rarissima esse testatur, qui & ulteriorem eorundem notitiam suppeditat, Dietericus von Staden *in Erklærung der deutschen Wörter der Bibel*, *Præf.* p. 21 sqq.

- - - - - - *Wittenberg*, *dorch Lorenz Süberlich*, 1607. fol.

Vid. Jo. Henr. von Seelen *Eclog. Lutheran.* p. 5.

- - - - - *Goslariæ*, apud *Jo. Vogt*, 1618. in 4.

Adsunt in Bibliotheca nostra.

- - - Germanica Lingua Pomeranorum, ex mandato Seren. Ducis Bogislai edita, A. 1588. *Barth*, *in der Fôrstliken Druckerie*, *dorch Hans Witten*, in 4.

Editionem hanc oculis usurpavi; adest in Bibliotheca S. Rev. Conradi Iken. Docet nos Dan. Cramerus in *Chron. Ecclesiast. Pomeraniæ* Libr. III. p. 251. confectam esse hanc Versionem juxta editionem *Vitembergens.* A. 1545. in Lingua Saxoniæ superioris. Verba Præfationis clarius hoc indicant: "Wente wy hebben in dissem Afdrucke sunderlick gefol-"get deme corrigereden Exemplare, welkere noch by le-"bende des Herrn D. Mart. Luth. A. 1545. tho Wittemberg "gedruckt

"gedruckt un uthgegahn is; und hebben jegen datſalvige "andere geholden &c.„ Tantum de *Bibliis Germanicis.*

BIBLIA HISPANICA.

BIBLIA *Hiſpanica* Libris apud nos rarioribus ſunt annumeranda, tam illa quæ interpretibus Judæis, quam quæ a Chriſtianis edita ſunt.

BIBLIA Hiſpanica ex Verſione *Ferrarienſi* Judæorum hunc habet titulum: Biblia en lengua Eſpanola, traduzida palabra por palebra de la verdad Hebraica, por muy excelentes Letrados. Viſta & examinada por el Oficio de la Ynquiſicion. *Ferrariæ*, ſumtibus *Yom Tob Atias*, A. C. 1553. in fol.

Codices hujus editionis variant in fine. Quidam enim ſunt Judæorum, quidam Chriſtianorum uſibus accommodati. In prioribus hæc leguntur ad calcem: *A gloria y loor de nueſtro Sennor ſe acabo la preſente Biblia en lengua Eſpanola traduzida de la verdadera origen Hebrayca por muy excelentes Letrados; con ynduſtria y diligencia de Abraham Vsque Portugues. Eſtampata en Ferrara a Coſta y deſpeſa de Yom Tob Atias hijo de Levi Atias Eſpannol, en* 14. *de Adar de* 5313. In poſterioribus vero uſibus Chriſtianorum accommodatis: *Con induſtria y diligencia de Duarte Pinel Portugues. Eſtampatæ en Ferrara a Coſta y deſpeſa de Geronymo de Vargas Eſpannol, en* 1. *de Marzo de* 1553. Uberiorem hujus editionis enarrationem habes in Jacobi le Long *Bibliotheca Sacra edit. Bœrner.* Tom. II. p. 151. ſqq. Recuſa eſt hæc editio Ferrarienſis *Amſtelodami* A. 5371. *Chriſti* 1611. in fol. in cujus calce monetur, nullam originalis literam eſſe mutatam; iterumque *Amſtelodami, in officina Gillis Jooſt*, 1646. in fol. Vid. Jo. Chriſt. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. IV. p. 176. 177. Aliam *Ferrarienſem* editionem A. 1630. conſtantem foliis 293. itemque *Amſtelodamenſem* a *Sam. de Cazeres* recognitam, recenſet laudatus Wolfius *l. c.*

BIBLIA Hiſpanica a Chriſtianis translata inſcribuntur: La Biblia, que es los ſacros Libros del viejo y nuevo Teſtamento, translada en Eſpannol. A. 1569. in 4.

Locus impreſſionis, qui fuit *Baſilea*, & nomen Interpretis, in titulo quidem non leguntur; ex fine tamen Præfationis apparet, hanc editionem illam ipſam eſſe, quam Jac. Gaffarellus ceu rariſſimam, & pro Verſione Judæorum Granatenſium habitam, aliquot centenorum florenorum pretio Carcavio, Regiæ Bibliothecæ Pariſ. Curatori, vendidit. Conſpiciuntur enim binæ Litteræ C. R. ad quas provocat Rich. Simon, de Verſione hac Judæis tributa diſputans, atque contra Carcavium evincens, eam nonniſi a Caſſiodoro Reyna ſuſceptam. Vid. Rich. Simon *Lettres Choiſies* T. I. p. 189. Hujus editionis 1600. Exemplaria fuiſſe impreſſa quidem, penitus autem diſtracta, ſcribit Cyprianus de Valera in Præfatione repetitæ editionis, quæ prodiit hoc rubro: *La Biblia, que es los ſacros Libros del viejo y nuevo Teſtamento. Segunda Edicion. Reviſta y conferida con los Textos Hebreos y Griegos, y con diverſas translaciones, por Cypriano de Valera. En Amſterdam, en Caſa de Lorenco Jacobi*, 1602. in fol. it. *Francfort* 1622. in 4. Editio ſecunda in titulo nuncupatur, non reſpectu alicujus prioris, quam emiſerat Valera; ſed, ut in Præfatione uberius dicitur, reſpectu illius, quam publicaverat Caſſiodorus de Reyna 1569. Unde hæc noſtra non tam nova translatio eſt, quam Reynanæ mutatæ & emendatæ repetitio. Recenſet hanc noſtram editionem Serpilius *de Libris rarioribus* p. 259. ſqq. Habeo ego in manibus editionem A. 1622. in 4. maj. *En la Libreria de Daniel y David Aubrij, y de Clement Schleich.* Statim in limine legitur Præfatio latina, quæ deeſt in *Amſtelodamenſi*. In calce autem hæc verba: *Anno del Sennor* 1569. *en Septiembre.* His fere inducor, ut credam, non novam eſſe noſtram editionem, ſed ipſiſſimam anni 1569.

BIBLIA HVNGARICA.

BIBLIA Hungarica recentiſſimæ editionis A. 1716. & 1717. *in Belgico* curatæ, rariſſima ſunt.

Cauſa

Causa raritatis in propatulo est. Libri hujus 3000. Exemplaria, a Jesuitis Cassovienſibus intercepta, in arcta adhuc dum teneri custodia, ex relatione Amici fide digni narrat Schelhornius in *Amœnitat.* T. II. p. 361. Conf. Jo. G. Keyslers *neueſte Reiſen*, T. II. p. 1027 ſq.

Biblia Islandica.

Biblia Islandica rariora esse nemo facile dubitabit. In *Catalogo Bibliothecæ* Heinſianæ p. 1. Libris omnium rariſſimis adnumerantur *Biblia Islandica, Holæ* 1584. in fol. auſpiciis Friderici II. Danorum Regis qui 3000. Joachimicos Operi huic impendit, impreſſa, & e Verſione Lutheri Germanica non tamen verbotenus expreſſa, Verſionis curam gerente Gudbrando Thorlacio, Islando, in Patria Holenſi Epiſcopo Lutherano. Emendatius poſtea recuſa fuere *Biblia Islandica* curante Thorlaco Schulonio, *ibid.* 1644. in fol. Conſulere juverit Alberti Bartholini *Bibliothecam Danicam a Jo. Mollero auctam*, p. 227. & imprimis Ludov. Harboe *Islandiſche Bibel-Hiſtorie*, quæ legitur P. IIX. *der Däniſchen Bibliothec*, p. 1-156.

Biblia Italica.

Biblia Italica, Sixti V. cura typis A. 1589. exſcripta, albis corvis ſunt rariora. Talem translationem illius Pontificis juſſu editam extare negat & pernegat Jacobus le Long in *Bibliotheca S.* T. II. p. 130. ſqq. Contrarium vero præter alios Jo. Frid. Mayerus tuetur, affirmans Biblia univerſa a Viris doctis in linguam Hetruſcam auſpiciis Sixti V. Pontificis converſa, typisque A. 1589. exſcripta, mox intercedentibus Cardinalibus, & urgente illud ad horum inſtinctum Philippo II. Hiſpaniorum Rege, fuiſſe ſuppreſſa penitus & occultata. Digna ſunt ut hic legantur, quæ de hac Verſione habet Georg. Leti *in Vita di Siſto V. Pontifice Romano* pag. 399 ſqq. Referre iſta placet verbis Joannis Clerici *in Bibliotheque Univerſelle* T. III. pag. 254. ſ. ſcribentis: "On parle dans le V. Livre des murmures qu'exciterent la *Verſion Italique de la Bible*, qu'on fit par l'ordre du Pape. L'Ambaſſadeur d'Eſpagne *Olivarés* croyoit que c'étoit une "honte

"honte qu'on suivit à Rome la methode des Heretiques. "*Eh, Monsieur, ne vous fachez pas*, dit le Pape, *nous* "*l'avons fait pour vous, qui n'entende pas le Latin.* Ce "Ministre en écrivit à son Maître, plusieurs Cardinaux y "joignirent des Lettres, où ils representoient à sa Majesté, "qu'il étoit plus de son interest, que de celui des autres "Puissances, de travailler à la suppression de cette Bible, "à cause des grands Etats, que le Roy d'Espagne possede "en Italie. *Olivarés* ayant reçu réponse vint encore une "fois trouver Sixte, & lui dire, que s'il ne supprimoit "cette Traduction, sa Majesté seroit obligée de la defendre "elle-même dans ses Etats. Le Pape l'écouta si long-tems "sans l'interrompre, qu'enfin l'Ambassadeur lui dit: *Votre* "*Sainteté ne me repond rien, je ne sai à quoi elle pense.* "*Je pense*, repartit Sixte d'un air melé de fierté & de Co- "lere, *à vous faire jetter par la fenêtre, pour vous appren-* "*dre le respect, que vous devez au Souverain Pontifice.* "Quelques bons Catholiques soutiennent, que Sixte n'a ja- "mais pensé à faire imprimer une *Bible Italienne.* Mais "l'Auteur dit, que c'est *uno grande spropoſeto*, puis qu'ou- "tre qu'on peut le prouver par les Relations des Ecrivains "de ce tems-la, on voit encore des exemplaires de l'Ecri- "ture de cette Impression dans la Bibliotheque du Grand- "Duc de Toscane, dans celle de S. Laurent, dans la Bi- "bliotheque Ambrosienne à Milan, & dans celle de Ge- "neve."

BIBLIA LATINA.

BIBLIA Latina. *Moguntiæ, per Jo. Fust. & Petr. Schœffer*, 1462. fol.

Editio hæc Bibliorum Latinorum est omnium prima, ac primum etiam locum jure suo occupat Librorum inter raros rariſſimorum. Inscriptio ad calcem ita se habet: *Præsens hoc Opus finitum ac completum, & ad eusebiam Dei, industrie in Civitate Moguntina per Jo. Fust Civem, & Petrum Schœffer de Gernsheim, Clericum Diœcesis ejusdem, est consummatum anno Incarnationis Dominicæ* 1462. *in vigilia Assumptionis glorioſæ Virginis Mariæ.* Vid. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T. I. p. 272. Alius Bibliorum Exemplaris

plaris in Jacobi le Long *Bibliotheca S.* p. 575. fit mentio, cujus inſcriptio in fine aliter ſe habet: *Præſens hoc Opuſculum artificioſa adinventione imprimendi ſeu characterizandi abſque calami exaratione in Civitate Moguntina ſic effigiatum, & ad euſebiam Dei induſtrie per Joannem Fuſt Civem & Petrum Schoifer de Gernsheim Clericum Diœceſis ejusdem eſt conſummatum Anno Incarnationis Dominicæ* 1462. *in vigilia Aſſumtionis glorioſæ Virginis.* Recenſetur poſterior hæc editio, quæ tamen una eſt ac eadem cum priori, in *Hamburgiſch. Berichten* A. 1741. p. 391. ſqq. Tanta autem, quod facile credas, perantiqui hujus Cimelii literarii raritas eſt, ut vix Bibliotheca una nominari poſſit, in qua illud conſpiciatur. Mihi interim hæc contigit felicitas, ut nactus fuerim Exemplar, quo hæc ſcribens utor, mutuo acceptum a doctiſſimo Wilmans, R. Miniſterii Candidato digniſſimo. Inſcriptio finalis typis rubris eſt eadem cum le Longiana, ſi exceperis loco verborum ultimorum in Exemplari noſtro legi: *Aſſumpcionis Virginis Mariæ.* In Bibliotheca Francofurtana publica Exemplar hujus editionis in membranis egregiis impreſſum extare docet Wilh. Ern. Tenzelius apud Jo. Chriſt. Wolfium T. II. *Monumentorum Typographic.* p. 671. Ejusmodi Exemplar in Bibliotheca etiam Dresdenſi adſervatur. Vid. J. C. Gœtzen *Merkwürdigk. der Königl. Dresd. Biblioth.* T. I. p. 5. ſqq.

Biblia Latina.

Exemplar, quod procul dubio verſus annum 1464. vel 65. prodiit, niſi illud ipſis Bibliis Moguntinis anni 1462. antiquitatis nomine præferre velis. Vid. *Supplement. ad Nova Acta Erudit.* T. IV. p. 387. Adeſt nullus titulus ſingularis, & hoc ex more antiquiſſimorum Librorum; Litteræ nullæ initiales ſeu capitales, niſi quas variis coloribus eleganter diſtinctas adpinxit Miniculator ſive Illuminator initio librorum & capitum; neque folia neque paginæ in parte ſuperiori numerantur; nullæ plagulæ litteris A. B. C. ſive ſignaturis ſignatæ, hinc nulla quoque Regeſta hic potuerunt locum habere; nulli cuſtodes ſive voces paginæ ſequentis indices adpoſiti; nullæ diſtinctiones minores, e. g. Semicola, Commata; nullæ Diphthongi; nomen Urbis, Typographi, Anni tam in fronte quam fine Libri omiſſum. Quum repetitur

Vocalis, loco *t* ſemper *c* eſt impreſſum, e. g. Juſticia, Sanctificacio; pro dejicio, æque ac MSS. ſolent, impreſſum eſt deicio. Et ſi quis velit inquirere editionem huic ſimilem, poteſt notare hoc vitium typographicum in cap. XXXVII. Jeſaiæ: *Ponam circulum in* Avibus *tuis;* pro quo alii rectius impreſſerunt: *in Naribus.* Legatur de hac editione *Bibliotheca Anonym.* I. p. 241. Editio hæc Bibliorum videtur mihi eſſe una eademque cum illa, cui in Bibliotheca Uffenbach. pretium 200. talerorum ſtatuitur. Codex Uffenbachianus in *Catal.* T. I. p. 1. 2. his verbis deſcribitur: "Latina Bibliorum editio veteſtiſſima duobus conſtans "Voluminibus. Videtur omnium prima, & Moguntiæ ab "ipſis artis typographicæ Inventoribus, Gutembergio ſci-"licet & Fauſtio, typis exſcripta. Quamvis enim nulla "temporis, loci atque Typographorum mentio fiat; evin-"cit tamen id typorum inſignis, non omni tamen elegan-"tia carens, ruditas, & ex ipſa hac ruditate clariſſime elu-"cens veneranda antiquitas, linearum ac ipſarum littera-"rum ſeu typorum inæqualitas, majuſcularum ac initia-"lium litterarum manu, & quidem coloribus facta adpi-"ctio, minio etiam ubivis additæ interpunctiones, inſi-"gnis denique chartæ craſſities, albedo ac nitor, quibus "veteſtiſſimæ omniumque primæ editiones recentiores "noſtras omnino antecellunt.„ Ut harum rerum curioſi eo melius de antiquiſſima hac Bibliorum editione judicare poſſint, lubet addere tertiam deſcriptionem unius ejusdemque, ut nobis quidem videtur, Exemplaris, verbis doctiſſ. C. G. Schwarzii, quæ leguntur in Anonymi *nützl. und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche,* P. VI. p. 496. ſqq. "Biblia *Latina* duobus Voluminibus ma-"jorum foliorum comprehenſa, typisque ligneis, iisque "mobilibus impreſſa; ſed ſine indicio vel anni, vel loci, "vel Typographi. Nullis paginæ numeris, neque charta-"rum quaterniones literis Alphabeti, quas ſignaturas vo-"cant, diſtinguuntur. Litera cujusque libri prima, ut & "capitum initiales, ſunt adpictæ. Inſcriptiones & tituli "omnes librorum, numerique capitum, modo minio, "modo colore cœruleo, calamo ſunt additi. Singulæ pa-"ginæ in binas columnas dividuntur. Nullas adhuc rubri-"cas typis impreſſas usquam deprehendes. Ipſi characteres "Gothici

"Gothici & typi sunt satis pingues; quas ratione quanti-
"tatis referas ad eam classem typorum, quæ hodie a Typo-
"graphis *Text-antiqua*, item *Parangon-antiqua*, appellatur.
"Literæ vero non sunt sibi invicem satis æquales; adeo ut,
"si exempli caussa litt. O in una pagina vel tricies pluries-
"que occurrat, nunquam ex omni parte sibi æqualis videa-
"tur: cum modo crassior appareat, modo tenuior; modo
"paulo altior, modo brevior; modo vero oviformis, modo
"rotundior; & quæ sunt aliæ varietates. Unde facile col-
"ligas, istos typos non certæ formæ vel matrici fuisse infu-
"sos, sed ex ligno sigillatim sculptos; quanquam non raro
"unus typus etiam binas ternasque litteras junctim com-
"plectatur. Videntur adeo hæc Biblia eadem esse, quorum
"Exemplar ejusdem prorsus formæ Amicus observavit Leo-
"dii in Bibliotheca Dn. Baronis de Crassier, quod ille, haud
"præter caussam *Bibliis Moguntinis* anni 1462. antiquitatis
"nomine utique præferendum censuit, imo pro omnium
"editorum antiquissimo habuit. Ut alii habeant, quod
"cum suo Exemplari, si forte simile possideant, conferre
"possint, pauca loca speciminis loco annotabo. Præmittitur
"Operi *Epistola* Hieronymi ad Paulinum, ejusque *Prologus*
"*in Pentateuchum*. Altera columna primi folii his duobus
"versiculis finitur:

Nec hoc dico q: sit aliqd in me ta
le qd vel possis a me audire vel.

"Cap. IIX. Genes. quod in septimi folii pagina aversa extat,
"vers. 5. hæc legimus: *Duodecimo cm mese pma die mensis*
"*apparuerunt cacumina mocium;* ubi vulgo legimus: *De-*
"*cimo enim mense prima die mensis &c.*" Plura specimina
legantur *l. c.*

BIBLIA Latina, per Ulricum Gering, Martinum Crants, & Mich. Friburger. A. 1464. in fol.

Locus editionis est omissus; tempus autem editionis, nominaque Typographorum, indicantur in fine his versibus:

Jam semi undecimus lustrum Francos Ludovicus
Rexerat, Ulricus, Martinus, *itemque* Michael
Orti Teutonia *hanc mihi composuere figuram.*

Cum itaque *Ludovicus XI. Carolo VII.* A. 1461. d. 22. Jul. defuncto succesſerit, eodem anno d. 15. Aug. coronatus, ſi ſemi-luſtrum, id eſt, biennium cum ſemiſſe addatur, oportet Biblia hæc A. 1464. prodiiſſe. Conſulere juverit Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T. I. p. 8. edit. recentiſſ.

BIBLIA Latina. *Vitembergæ*, ap. *Nicolaum Schirleitz*, 1529. in fol.

Hac inſcriptione: *Pentateuchus. Liber Joſuæ. Liber Judicum. Libri Regum. Novum Teſtamentum. Vitembergæ.* In calce hæc leguntur: *Impreſſum Vitembergæ per Nicolaum Schierleitz*, A. 1529. Habes hic ex Vet. Teſtamento tantum Pentateuchum, & in rubro nominatos Libros Joſuæ, Judicum & Regum; Novum Teſtamentum vero integrum. Qui Verſionem hanc recenſuit editor, nomen ſuum nec in fronte Libri, neque ad Præfationem, nec in calce Operis, nec alias usquam, expoſuit. Hinc nata Viris doctis eſt ſuſpicio, Verſionem iſtam non ex Lutheri, ſed Melanchthonis potius, aut alterius Viri, ea tempeſtate celebris, Muſæo prodiiſſe. Lutherum enim nomen ſuum præfigere Opuſculis a ſe curatis, vel ſolis etiam Præfationibus, nunquam dubitaſſe. Contra vero illam Verſionem ad Lutherum referendum eſſe Autorem data opera demonſtrarunt Jo. Melchior Kraft in *Prodromo Hiſtoriæ Verſionis Germanicæ Bibliorum*, Jo. Gottlieb Carpzovius in *Critica S. Vet. Teſt.* p. 700. ſqq. Juſt. Weſſel. Rumpæus in *Commentat. Crit. ad Libros N. T.* p. 422. ſqq. & Jo. Mart. Schamelius tam in *Miſcell. Lipſienſibus* Tom. IV. p. 280. ſqq. quam in peculiari Schediaſmate *Lipſiæ* edito hac inſcriptione: *Specimen Verſionis Biblicæ Latinæ, a Luthero olim adornatæ, atque A. 1529. typis exſcriptæ, in quo exhibentur:* 1) *Præfatio B. Lutheri;* 2) *Priora Capita Geneſeos;* 3) *Collatio hujus Verſionis cum fontibus atque vulgata;* 4) *Breve Examen argumentorum, quibus Cl. Boyſenius aliique Viri eruditi evinci poſſe exiſtimant: Verſionis hujus Autorem non eſſe Lutherum, ſed Melanchthonem.* 1723. in 4. Ante paucos annos Cl. Michaël Lilienthal aſſerere auſus eſt, Sebaldum Munſterum J. U. D. Vitembergenſem Autorem hujus Verſionis eſſe in pec. obſervatione inſerta *der fortgeſetzten Sammlung von A. und N. Theologiſchen Sachen* A. 1736. p. 746. ſqq. hoc rubro:

M. Mich.

M. Mich. Lilienthals *Nachricht von dem wahren Autore der ſehr raren Lateiniſchen Bibel-Verſion, welche bisher dem ſel. D. Luthero iſt zugeſchrieben worden.* Adverſarium nactus eſt Anonymum Hamburgenſem, cujus *wohlgegründete Gedanken von dem Lateiniſchen Bibel-Werke des in Gott ſeligen D. Martini Lutheri*, leguntur in *fortgeſetzter Sammlung* A. 1737. p. 630 ſqq. Cui tandem victas manus dedit Cl. Lilienthalius, ac B. noſtro Luthero Verſionem hanc vindicavit P. VI. *der Preuſſiſchen Zehenden* p. 510-543. edit. *Regiomontani* 1740. in 8. Copioſe etiam de hac Verſione & Autore Verſionis agitur in *Actis Hiſtorico-Eccleſiaſt.* P. XXVII. p. 372 ſqq. & P. XXIIX. p. 516 ſqq. Imo *Hamburgi* apud *Brantium* prodiit: *Lutherus Lutheranorum primus verusque Hieronymus. H. e. Commentatio Hiſtorico-Theologico-Critica de Verſione Biblior. Latina Wittebergæ 1529. typis exſcripta, neque Melanchthoni, neque Munſtero, ſed Luthero vere vindicanda; qua V. Cl. Georg. Anguſto Dethardingio novum Regii Gymnaſii, quod Altonaviæ floret, Profeſſoris munus gratulatur* Carl. Frid. Kraft, *Haſumo-Cimber.* 1742. in 4. pl. 4. Cæterum Verſio hæc Bibliorum vel ipſa raritate rarior eſt. Jo. Frickius ſe illam nunquam vidiſſe in *Hiſtoria Lutheraniſm. Seckendorf.* p. 2723. ingenue fatetur. Cl. Kraftius tria ſaltem in Germania Exemplaria, ſibi quidem nota, ſupereſſe perhibet. Addendum his Exemplar in Bibliotheca publ. Heilsbronnenſi, vid. Jo. Lud. Hockeri *Catalogus* p. 129. Ex hac Verſione ab ipſo Luthero ad tempus, ut volunt, ſuppreſſa *Novum Teſtamentum*, omiſſis libris Veteris Teſt. fuiſſe recuſum, & ſeparatim editum arbitror. Qua de re infra pluribus.

BIBLIA Sacra, ex Sancti Pagnini translatione, ſed & ad Hebraicæ linguæ amuſſim ita recognita & Scholiis illuſtrata, ut plane nova editio videri poſſit. *Lugduni*, apud *Hugonem a Porta*, 1542. in fol.

In fine Voluminis hæc leguntur: *Excudebat Caſp. Trechſel.* Biblia hæc cum Præfatione, & Scholiis marginalibus Mich. Villanovani, h. e. Mich. Serveti, rariſſima ſunt, pauciſſimisque viſa. At conſtat tamen, in Gallia nonnunquam

exempla eorum reperiri, sed magno quoque pretio divendi. Vir quidam doctus Parisiensis eruditam eorum notitiam ad Michaëlem de la Roche misit, qui illam legendam dedit T.V. *Biblioth. Angloise* P.I. p. 5 sqq. Copiosiorem recensionem habes in limatissima & elegantissima Jo. Laur. Moshemii *Historia Mich. Serveti* pag. 187 sqq. Conf. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T.II. p. 583 sq. Extant in Bibliotheca Regia Dresdensi, vid. hujus Bibl. *Merkwürdigkeiten* T.I. p. 357 sqq.

BIBLIA Latina, cum duplici Versione veteri & nova, & Commentariis Vatabli. *Parisiis*, sub oliva *Rob. Stephani*, 1557. in fol. II. Voll.

"Biblia hæc, „ inquit Jo. Fabricius in *Historia Biblioth. Fabric.* P.I. p. 14. "magno in pretio hodieque apud Gallos "habentur, mihique cum A. 1681. spectarem Bibliothecam "celeberrimi Collegii, Doctorem ejus insignem interro- "ganti, quem pro rariori præstantiorique Bibliothecæ Libro "haberent: ille exserto digito, Opus hoc Biblicum tanquam "singularem Thesaurum indicavit &c. „ Conf. Schelhornii *Amœnitat. Litterar.* T.III. p. 28. Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büchern* p. 68 sqq. *Thesaurus Bibliothecalis* T.IV. p. 54. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T.III. p. 689 sq. Biblia hæc in Biblioth. Uffenbachiana ob raritatem pro 34. & in Bunemanniana pro 16. taler. sunt venalia.

BIBLIA Latina Vulgata ad vetustissima Exemplaria castigata Jo. Heutenii. *Antverp.* 1572. in 8.

Editio admodum rara, ob eam quam Rich. Simonius in *Histor. Crit. Version. N. T.* p. 141. attulit rationem.

BIBLIA Latina, Vulgatæ editionis, ad Concilii Tridentini præscriptum emendata, & a Sixto V. P. M. recognita & approbata. *Romæ*, *ex Typographia Vaticana*, 1590. in fol.

Rarissimam esse hanc editionem nemo nescit; suppressa enim sunt hujus editionis exemplа. Hinc nata ejus raritas, quæ effecit, ut aliquando venderetur quadringentis & septendecim nummis imperialibus. Vid. Niceron. *Memoires pour*

pour servir à l' Histoire T. XXV. n. 3. Loco autem Sixtinorum Bibliorum curante Clemente IIX. alia sunt Vaticanis formis excusa, quæ, cæteræque editiones Bibliorum Sixti V. nomen præferentes non sunt Sixti, ut liquet tam ex Præfatione, quæ in locum Bullæ Sixtinæ, suppressæ quidem a Clemente, sed a Sixtino Amama in *Anti-Barbaro Biblico* p. 98. recusæ, successit; quam ex collatione utriusque editionis. Curatam ejusmodi collationem instituit Thomas Jamesius, in libello, qui sudes in Oculis est Romanensibus, cuique titulum fecit: *Bellum Papale, sive Concordia discors Sixti V. & Clementis IIX. circa Hieronymianam editionem, Londini* 1606. in 4. & 1678. in 12. in quo per singulos Codicis S. libros eundo, ordine demonstrat, quantum & in quibus Clementina editio Sixtinam deserat, & corrigat. Vid. Jo. Gottl. Carpzovii *Critica S. Vet. Testamenti* pag. 688 sqq. Plura de Bibliis Sixtinis desiderantes legant Prosp. Marchand *Histoire de la Bible de Sixte V. avec des Remarques pour connoître la veritable edition*, inserta ex Biblioth. Kraftiana T. IV. *Amœnitat.* Schelhorn. p. 433 sqq. Schelhorn. *Amœnitat.* T. II. p. 359. *Memoires de Litteratures* par Mr. de Sallengre T. I. p. 194. *Gelehrte Zeitungen*, Lipsi. 1726. p. 547.

Biblia variarvm Lingvarvm.

Biblia Lithuanica. *Londini* 1660.

De maxima hujus Versionis raritate legantur *Gelehrte Zeitungen*, *Lipsi.* 1729. p. 640.

Biblia Polonica *Radziviliana.*

Hac inscriptione: *Biblia Swiéta, tho jist, Kśiegi starego y nowego saxona wla sine z' Zudowikiego Greikiego y laciuskege nowo na Polski irsyk zpilnoscia y wiernie wulzone drakowano w Briesciu Litewskim z vovkazai na a Nakládem Oswiconego Pana Mikolaja Radzivila &c.* 1563. fol. maj. Historiam & descriptionem lege in Sylv. Wilh. Ringeltaube *Nachricht von Polnischen Bibeln, Dantisc.* 1745. in 8. edit. p. 83 sqq. Rariissima sunt, quia exempla fere omnia adversariorum malitia sunt coëmta, & Vulcano tradita. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. IIX. p. 487. & Jo. Petr. Kohlii *Introd. in Histor. Litterar. Slavor.* p. 201. 202.

Biblia

BIBLIA Polonica *Budnæana.*

Hac inscriptione: *Biblia, t. i. Kśiegi ſtarego y nowego - - - od Simona Budnego. W. Zaſławiu Litewſkim* 1572. in 4. Recensionem habes Sylv. Wilh. Ringeltaube *Nachricht von Polniſchen Bibeln* p. 142 sqq. quam recensionem Cl. Ringeltaube his verbis incipit: "Ist ein Buch rar "in Pohlen: so ist es, Gott sey Dank! diese Bibel, welche "eigentlich denen Socinianern öffentlich zukommt &c.

BIBLIA Rhætica.

BIBLIA *in Lingua Rumanſcha a Ingadina Baſſa. In Scuolin Ingadina Baſſa*, 1679. in fol.

BIBLIA Slavonica. *Oſtroviæ* 1581. fol.

Copiosam Codicis hujus plane rariſſimi in Bibliotheca Jo. Alb. Fabricii extantis notitiam suppeditat Vir insigniter doctus Jo. Petr. Kohlius *Introd. in Hiſtor. Litterar. Slavor.* p. 23 sqq. p. 187 sqq.

BIBLIA Suecica, cum Privileg. Chriſtinæ Reginæ. *Lugdun.* ap. *Jac. Marci*, 1637. in 8.

Editionis hujus Exemplaria in naufragio periisse narrat Jac. le Long in *Biblioth. S.* T. I. p. 418.

BIBLIA Vandalica, cura M. Georg. Dalmatini. *Vitembergæ* 1584. in fol.

Exemplaria fere omnia æternis carceribus mancipata sunt. Legatur Kohlius *Introd. in Hiſtor. Litterar. Slavor.* p. 211. Salig in *Hiſtoria Aug. Confeſſ.* T. I. p. 720. Schelhornius in *Amœnitat.* T. II. p. 401. T. III. p. 33. Jo. Chr. Mylius in *Memorabil. Biblioth. Jenenſ.* p. 275 sq.

Theodori BIBLIANDRI, Machumetis Alcoranus, & alia. *Baſil.* 1543. ex officina *Oporiniana*, in fol.

"Opus hoc„ (scribit S. Rev. Reimmannus in *Catalogo* p. 937.) "est præclarum, utile, rarum; in quo XXX. fere "continentur Opuscula ad Theologiam Mahumedanam "ejusque indolem, Historiam, sortemque spectantia, & in "iis Græca quædam & Latina, separatim plane non habenda. "Quæ omnia recusa quidem sunt A. 1550. sed omisso textu "Græco, & tam parce ac frugaliter, ut & hæc posterior

"editio

"editio in *Catalogo* Gerhardi von Maſtricht rarioribus ſit "adnumerata; quæ tamen cum priori nullo plane modo "eſt conferenda." Jam dudum etiam raritatem hujus Libri cognovit Thom. Erpenius in *Præf. ad Hiſtoriam Joſephi*, quæ eſt ordine tertia, & præcedit Annotationes, quæque directa eſt ad Arabiſmi Studioſos. *Leidæ* 1617. in 4. Diviſa eſt hæc BIBLIANDRI Collectio Scriptorum Anti-Mahumedicorum *Tomis III.* Catalogus Scriptorum X. quæ *I. Tomo* continentur, legitur pagina proxima poſt titulum. *Tomus II.* conſtat Scriptis IIX. *Tomus III.* Scriptis X.

BIBLIOTHECA Aproſiana, v. APROSIANA.

BIBLIOTHECA Baluziana, Tomi III. *Pariſiis* 1719. in 8.

Tomus III. hujus Catalogi, qui Libros MStos in Regiam Bibliothecam translatos continet, rarior eſt, indice J. B. Menckenio in *Catalogo Bibliothecæ ſuæ p.* 10.

BIBLIOTHEQVE Curieuſe & inſtructive de Divers Ouvrages anciens, & modernes de Litterature & des Arts. *à Trevoux* 1704. in 12. II. Tomes.

Raritas & præſtantia plurimis indicatur in *Biblioth. mixta Hamburg.* T. II. p. 520.

BIBLIOTHECÆ Cordeſianæ Catalogus, cum Gabr. Naudæi Elogio Jo. Cordeſii. *Pariſiis*, excud. *Anton Vitray*, 1643. in 4. & 8. pp. 542.

Liber inſignis raritatis, qui maximo pretio divendi ſolet in Auctionibus, in quibus quam rariſſime apparet. v. Wendleri Diſſertat. *de Libris rarior.* §. 23. Recenſetur à Colomeſio in *Operibus* p. 458 ſqq. v. Mencken. in *Catalogo Bibliothecæ ſuæ* p. 7.

BIBLIOTHECA Gesnero-Simlero-Friſiana.

Conradus Gesnerus, cui poſteritas, judice Morhofio, ob ſumma illa & Herculea in re litteraria merita obſtrictus eſt, *Bibliothecam univerſalem* ſcripſit hodie inſigniter raram. Prodiit illa Tomis II. hac inſcriptione: Conradi Geſneri *Bibliotheca univerſalis, ſ. Catalogus omnium Scriptorum locupletiſſimus in tribus linguis, Græca, Latina & Hebraica, extan-*

extantium & non extantium, veterum & recentiorum. Tiguri, apud Froschoverum, 1545. in fol. chartis 325. Tomus alter ita habet: *Pandectarum sive Partitionum universalium, qui II. Tomus Bibliothecæ nostræ est, Libri XXI. Tiguri, apud Froschoverum*, 1548. fol. Conrad. Lycosthenes, Rubeaquensis, in Compendium redegit hanc Bibliothecam, Auctorum haud pœnitenda accessione auctam, sub titulo: *Elenchus Scriptorum omnium, veterum scil. ac recentiorum &c. Basileæ, per Jo. Oporinum*, 1551. in 4 Laborem ferme similem aggressus est Robertus Constantinus, cujus *Nomenclator insignium Scriptorum, quorum libri extant vel MSti, vel impressi, ex Bibliothecis Galliæ & Angliæ, Indexque totius Bibliothecæ atque Pandectarum Conr. Gesneri*, prodiit *Parisiis* ap. *Andr. Wechelium*, 1555. in 8. Post Lycosthenem Josias Simlerus demtis nonnullis Scriptoribus & additis eandem & angustiorem & auctiorem edidit: *Epitome Bibliothecæ* Conradi Gesneri, *conscripta primum a* Conrado Lycosthene, Rubeaquensi. *nunc denum recognita, & plus quam bis mille Autorum accessione, qui omnes asterisco signati sunt, locupletata, per* Josiam Simlerum, Tigurinum. *Tiguri*, apud *Christoph. Froschoverum*, 1555. fol. Infrequens est hæc editio; qua tamen carere potest, qui locupletiorem habet editionem *Tigurinam* 1574. in fol. & omnium optimam, aliquot mille, cum priorum, tum novorum Autorum Opusculis ex instructissima Viennensi Austriæ Imperatoria Bibliotheca amplificata per *Jo. Jacob. Frisium, Tigurinum. Tiguri*, excusam apud *Christoph. Froschoverum*, 1583. fol. De præstantia horum Librorum, quibus vix carere potest, qui rei literariæ & librariæ perfectam habere cupit cognitionem legatur Dan. Georg. Morhofii *Polyhistor* T. I. p. 198. ed. nov. Jac. Frid. Reimmannus in *Catalogo Biblioth.* T. II. p. 21 sq. *Thesaurus Bibliothecalis* T. I. p. 308. sq. Franc. Dionys. Camusati *Præfatio ad Alf. Ciaconii Bibliothecam*, p. XIII sqq.

BIBLIOTHECA Patrum Cistercienſium, vid. *Bertr.* TISSIER.

BIBLIOTHECA maxima Pontificia, vid. *Jo. Thom.* DE ROCABERTI.

John

John BIDDLE the Faith of one God, who is only the Father, and of one Mediator between God an Man, who is only the Man Christ Jesus; and of one Holy Spirit, the Gift, & Sent of God asserted, & defended, in Several Tracts contained in this Volume, *London*, 1691. in 4. *Ejusd.* a second Collection of Tracts, proving the God & Father of our Lord Jesus Christ, the only true God &c. *London* 1692. in 4.

Scripta Sociniana pessima, quorum ob evulgationem Autor, cujus nomen in fronte Libri haud apparet, quoad vixit Carceri inclusus fuit. Scripta vero manu Carnificis publice exusta. Vid. plura apud Wood in *Athenis Oxonienſ.* T. II. pag. 299 sqq. & Sam. Engel in *Catalogo Librorum rariſſ.* P. II. p. 5.

Hieronymi BIGNONII Liber de Electione Papæ. *Lutetiæ Pariſ.* 1604.

Gallice scriptus, sub titulo: *Traité ſommaire de l'Election des Papes, compoſé par M. B. & imprimé à Paris* 1604. Rariſſimus vocatur & recensetur a Cl. Dan. Maichelio in *Lucubrationibus Lambethanis* p. 127 sq. & Cl. Dan. Gerdes in *Florileg. Libr. rar.* p. 14.

Guilielmi BIGOTII Christianæ Philosophiæ Præludium. Opus cum aliorum, tum Hominis substantiam luculentis expromens rationibus. *Toloſæ* 1594. in 4.

Autor primus est eorum, qui Philosophiam Christianam scribere tentarunt. Adeo vero rari sunt Libri BIGOTII, ut hunc Librum sæpius & diu quæsitum invenire non potuerit S. R. Jac. Bruckerus. Vid. *Hiſtor. Critic. Philoſoph.* T. IV. pag. 614.

BILIBRA Veritatis & Rationis de Verbo Dei Libræ Jo. Stephani Rittangelii; & Appendix Josepho de Voisin, Raymundoque Martini oppo-

oppoſita. Præmiſſa eſt Diſceptatio de Verbo Dei. *Freiſtadii* 1700. in 8. pagg. 429.

Liber paradoxus, & maxime infrequens. Vid. Sebaſt. Edzardi *Diſſertatio Philologico-Theologica de Verbo ſubſtantiali Auctori Bilibræ oppoſita. Franeq.* 1701. in 8. pp. 79.

Johannis BISMARCI, *Eccleſiaſt. minoris, Ammenslebii Archiepiſcopatu Magdeburg.* Vita & res geſtæ præcipuorum Theologorum, quorum miniſterio Deus in poſtrema hac Mundi ſeneſcentis ætate Doctrinam Eccleſiæ &c. repurgavit & reſtituit. Liber I. Continens Vitam & res geſtas Theolog. Viteberg. Cum gratia & Privil. Elector. Saxon. *Halæ Saxonum*, typis exſcripſit *Chriſtoph. Bismarcus*, A. 1614. in 4.

Opus infrequens & non facile obvium, ex judicio Jac. Frid. Reimmanni in *Catalogo Bibl. Theol.* p. 257. Autoris *Theſauri Bibliothecalis*, T. I. p. 311 ſq. & aliorum.

Jo. BISSENDORFII, *Paſtoris Gœdringenſis Diœceſ. Hildeſienſ.* Nodi Gordii Reſolutio, d. i. vom Beruf, Ordination und Einweihung der Evangeliſch. Prediger; wider das nichtige Geſchwätz Mart. Smiglicii, Jeſuiter zu Ingolſtadt. A. 1624. in 8. ſine mentione loci.

Libellus hic manu Carnificis combuſtus ita diſparuit, ut hodie ejus fere non alia, quam MSta extent Exemplaria. Autor capitis pœnam Scripto hoc ſibi attraxit. Plura dabunt S. Rev. Reimmannus in *Catalogo Biblioth.* p. 494 ſq. & *Nov-Antiqua Theologica*, A. 1729. pag. 729. A. 1730. p. 735. Præprimis vero Joach. Barward Lauenſtein in *Hiſtoria Diplomatica Epiſcopatus Hildeſienſis* a p. 158-168. commemorans aliam ejusdem BISSENDORFII Libellum Carnificis manu itidem combuſtum: "*Jeſuiten-Latein*, in 8. "Dieſe Schrift iſt noch rarer, als die erſte, und ſollte eine "Antwort ſeyn auf das von einem Catholiſchen Patre edirte "*Prædicanten-Latein.*„

Fran-

Franciſci BLANCHI Dictionarium Latino-Epiroticum. *Romæ* 1685. in 8.

Nicolai BLESDYKII Hiſtoria Davidis Georgii &c. *Daventr.* 1642. in 8.

Scriptum raro obvium a Genero *Davidis*, vulgo *Joris* dicti, fatorum, dogmatum, morum & arcanorum optime gnaro, conſcriptum. V. S. R. Dav. Gerdes *Florilegium Libror. rariorum* p. 14.

David. BLONDELLI, *Catalaunenſis*, Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes: ſeu editio & cenſura nova Epiſtolarum omnium, quas piiſſimis urbis Romæ Præſulibus a B. Clemente ad Siricium, & nefando auſu, infelici eventu, Iſidorus, cognomento Mercator, ſuppoſuit, Franciſcus Turrianus Jeſuita adverſus Magdeburgenſium ἐλέγχος aculeato ſtylo defendere conatus eſt. *Ex Typogr. Petri Chouet*, 1628. in 4.

Opus rarum, doctum, multæque ac variæ lectionis, cui Cl. Bunemannus in *Catalogo Libror. rariſſ.* p. 102. pretium V. talerör. ſtatuit. Conf. Thom. Ittigius *de Bibl. & Caten. PP.* p. 712. ſqq. *Theſaurus Bibliothecalis* T. III. p. 190. ſq.

Davidis BLONDELLI Diatribe de formulæ regnante Chriſto in Veterum monumentis uſu, uſtas pro Regibus maximis Philippo I. & II. ummaque Regum omnium poteſtate vindicias omplexa. *Amſtelodami*, ap. *Jo. Bleau*, 1646. n 4. pagg. 394.

Non vulgarem habet raritatem. "Es iſt nur zween Finger dick, und wird doch gemeiniglich für einen Ducaten bezahlet.„ Vid. *Theſaur. Bibliothec.* T. III. p. 194. 195. eque rarum eſt aliud ejusdem BLONDELLI Scriptum: *)es Sibylles celebres tant par l'Antiquité payenne, que par s Saintes Péres, Diſcours traittant des noms & du nombre es Sibylles, de leurs Conditions, de la forme & Matiere e leurs Vers, de livres, qui portent jusqu' aujourd' huy*

leurs Noms &c. à Charent. par la Veuf Perier & N. Ferier. 1649. in 4. Vid. *Thesaur. Bibliothec.* T. III. p. 195. sq. & Cl. Heumanni *Conspect. Reipubl. Liter.* p. 332.

Mich. Aug. BLONDVS, de Ventis, & Navigatione; cum accuratissima descriptione distantiæ locorum, interni maris, & Oceani a Gradibus ad novum orbem. *Venet.* 1546. in 4.

Liber eximiæ raritatis. Reliqua BLONDI Scripta, præter hoc, recensentur in *Bibliotheca* Lindenio-Mercklniana *Medicorum.*

Caroli BLOUNT Anima Mundi, or an historical narration concerning mans Soul after this Life. *London* 1679. in 8. *Ej.* Miscellaneous Works. A. 1695. in 8. sine mentione loci & Typographi.

Bini hi Libri Scriptis Atheisticis & prohibitis adnumerantur in *Bibliotheca* Uffenbach. T. I. p. 765. 768. Ejusdem furfuris est alius Blountii Liber: *The Comments upon Philostrats Life of Apollonius, great Diana &c.* de quo hæc leguntur in S. Rev. Reimmanni *Historia Atheismi* pag. 450: "Carolus Blount, Anglo-Britannus, frater Germanus Thomæ Pope Blount, Viri non obscuri in orbe litterario, *Philostrati duos priores libros de Vita Apollonii Thyanensis e Græco in sermonem Anglicum translatos, notisque copiosis illustratos, Londini* 1680. in fol. edidit, qui publico Edicto A. 1693. sunt prohibiti. Nec immerito: totus enim in eo est Autor, ut Scripturam Sacram, & cum ea universam Religionem Christianam, Lectoribus propinet deridendam, Eduardi Herberti MStis ad Tragœdiam hanc adornandam adjutus, quam ipse tristi Catastrophe ad umbilicum perduxit. Cum enim eo ipso, quo dictum Opus condemnatum, anno Londini *Oracula rationis* (*The Oracles of Reason, London* 1693. in 8.) evulgasset, & in ambienda glore, ab Archiepiscopo Cantabrigiensi aliisque penes quos rerum sacrarum erat arbitrium, tulisset repulsam, cujus nuptias esse licitas in *Oraculis* citatis putabat se demonstrasse, ipse vel amoris, vel fortunæ adversæ impatiens sibi violentas manus intulit, & globo plumbeo se confixit,

"confixit, referente Bernardo in *Hiſtoire des Ouvrages des "Sçavans*, 1693. Novembr. p. 136.„ Cum quo conferendus P. Bælius in *Diction. Hiſtor. Crit.* & Mich. Lilienthals *Theologiſche Bibliothec*, T. II. p. 270. ſq.

Giov. Boccaccio Vita di Dante Alighieri. *In Roma, per Franceſco Priſcianeſe*, 1544. in 8.

Liber in Italia admodum rarus. Vid. Haym *de Libri rari nella lingua Italiana* p. 99.

Joh. Boccatii *de Certaldo* Opus de claris Mulieribus. *Bernæ Helvet.* excudebat *Matthias Apiarius* 1539. in fol.

Libris rariſſimis adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Haſæan. p. 256. Conf. V. Cl. Jo. Chr. Gœtzen *Merkwürdigkeiten der Königl. Bibliothec zu Dresd.* T. I p. 186.

M. Bochini Regno tutto di Candia delineato a parte & intagliato. *Venet.* 1645. in fol. cum fig.

Liber in ipſa Italia rariſſimus. Vid. *Catalog. Biblioth.* Heukelom-Akerslot. P. I. p. 129.

Jo. Bodini univerſæ naturæ Theatrum, in quo rerum omnium effectrices cauſæ & fines contemplantur, & continuæ ſeries V. libris diſcutiuntur. *Francof. apud hæred. Andr. Wechelii, Cl. Marnium & Jo. Aubry*, 1597. iterumque *Hanoviæ*, *ap. Eosdem*, 1605. in 8. pp. 633.

Editio *Lugdunenſis apud Jac. Rauffin* 1596. in 8. ſine dubio omnium prima eſt. Carpunt hunc Librum Mart. Del-Rio *Diſquiſit. Magic.* T. I. ed. Mogunt. 1600. p. 38. 39. Autor *de la Science Univerſelle* T. IV. p. 217. ſqq. Bernardus de Sandoval & Roxas in *Indice Libror. prohibit.* 2. Cl. p. 56. *& expurg.* 2 Cl. p. 615. Libris Atheiſticis adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Uffenbach. T. I. p. 764. Autor, ſicut in omnibus, ita & in Phyſicis Novator, judice Morhofio in *Polyhiſt.* T. II. p. 154. de variis Naturæ argumentis ſub forma Dialogi differit, & hac ſtyli forma paradoxas, monſtroſasque ſuas opiniones ope objectionum proponit.

BOETIVS ins Deutſche überſetzet. *Nürnb.* 1660. in 12.

De ingenti hujus Verſionis raritate ſcribunt Cll. Autores *der Beytræge zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache*, P. III. p. 449: "Man würde uns zu vielem Danke verbinden, wenn man uns dieſes Buch mit der Zeit näher zu erkennen geben wollte;„ qui & de aliis BOETII Verſionibus Germanicis agunt, P. I. p. 10. ſqq. P. III. p. 448. ſqq. P. VII. p. 491. ſqq.

Adami BOHORIZ Arcticæ Horulæ ſucciſivæ de Latino-Carniolana Litteratura, ad Linguæ Latinæ Analogiam accommodatæ; unde Moſcoviticæ, Rutenicæ, Polonicæ, Bohemicæ, & Luſaticæ Linguæ cum Dalmatica & Croatica cognatio facile deprehenditur: cum tabulis ad Cyrillicam & Glogoliticam, Rutenicam & Moſcoviticam Orthographiam. *Vitembergæ*, 1584. in 8.

Liber hic plane rariſſimus, nulloque ſtudio eruendus vocatur a V. Cl. Jo. Petr. Kohlio in *Introd. ad Hiſtor. & Rem Litterar. Slavor.* p. 159. Conf. Lambecii *Biblioth. Vindobon.* T. I. p. 92. in Præfat. Morhofii *Polyhiſt. Litter.* T. I. p. 738. *Catalogus Bibliothecæ* Haſæan. p. 239.

Johannis BOISII Veteris Interpretis cum Beza aliisque recentioribus Collatio in IV. Evangeliis, & Actis Apoſtolor. *Lond.* 1655. in 8.

Liber infrequentiſſimus, ac rariſſime occurrens. Vid. Jo. Chriſtoph. Wolfius in *Curis Philolog.* T. I. præfat. p. 11.

Jani Jac. BOISSARDI Tractatus de Divinatione & præſtigiis Magicis. *Hanov.* 1611. in 4. & *Oppenheim.* 1615. in fol.

Liber rariſſimus, de quo *Obſervationes Hallenſes* T. IV. p. 21. ſqq. Mich. Lilienthals *Theologiſche Bibliothec*, T. II. pag. 988.

Jani

Jani Jac. BOISSARDI Bibliotheca Calcographica Illustrium virtute atque eruditione in tota Europa Clarissimor. Virorum Theologorum &c. antehac cum vitis editorum, & in V. Partibus distributorum, nunc vero conjunctim solis Iconibus & Distichis singulorum subjiciendis exhibitorum sculptore Jan. Theod. de Bry. *Francofurti*, impensis *Joh. Ammonii*, 1636. & 1650. in 4to.

Raritatem hujus Operis indicat Sigm. Jac. Alpinus *in der Anleitung, wie Bildnisse gelehrter Männer zu sammlen*, p. 144. scribens: "Dieses Werk ist selten mehr zu bekommen, 'und ist theuer.„ Meretur hic inseri judicium Cl. Schelhornii de Opere Boissardiano, quod legitur Tom. II. *Amœnitat.* p. 107. "Eleganter equidem, inquit, sculptæ sunt 'hæ imagines a Theod. de Bry; at plerasque non ad vivum, ut in titulo promittitur, factas esse, nonnulli judicant. vid. *Observatt. Hallens.* T. IV. p. 36. Ipsa, quæ Iconibus adjiciuntur, elogia, quanquam haud spernenda sint, brevem Vitarum delineationem, præcipuorumque librorum titulos complectentia, veruntamen in multis, præsertim chronologicis, litura & correctione opus habent. Haud pauca quoque elogia magnam partem ex Nic. Reusnero exscripta sunt, nulla tamen ejus mentione facta, ut fere plagiariis annumerandus mihi videatur Boissardus.„ Hæc Schelhornius, cujus potiora verba de priori editione *Francofurti* 1597 sqq. in 4. sunt intelligenda.

Hieronymi BOLSECI Historia de Johannis Calvini, magni quondam Genevensium Ministri, Vita, moribus, rebus gestis, studiis, ac denique morte: ad Reverendissimum Archiepiscopum & Comitem Lugdunens. descripta; & nunc ex gallico ejus Parisiis impresso exemplari latine reddita. *Coloniæ*, apud *hæred. Jacobi Soteris*, 1632. in 8. 9 pl.

Liber in Calvinum injuriosissimus, sed admodum rarissimus, quem paucis videre contigit, teste S. Rev. Jo. Laur. Mosheimio in *Historiæ Mich. Serveti* p. 39. 40. Unde caussa raritatis sit derivanda, me ignorare fateor. Illud certum est, repetitis hunc Libellum vicibus prodiisse. Latina Versio, quæ Autorem habet Jac. Laingæum, Scotum, Doctorem Sorbonnicum, primo *Parisiis* 1585. in 8. lucem adspexit. Gallica editio inscribitur: *Histoire de la Vie, Moeurs, Actes, Doctrine, Constance, & mort de Jean Calvin, par Hierome Hermes* Bolsec, *Theologien, Medecin, & Historien. à Paris* 1577. in 8. *à Lyon* 1578. in 8. *à Cologne* 1580. in 8. *à Lyon* 1664. in 8. Germanice prodiit *Coloniæ* 1581. in 8. Possidemus etiam *Petri* Cvrtenii *Anti-Bolsecum, dat is, Grondige Wedderlegginge der Schaamloze ende Wereltruchtige Leugens, van Hieronymus* Bolsecvs *uitgebraakt op d'Eer ende Leer van Joh.* Calvinvs *&c. tot Harderwyck, by Paulus van den Houte*, 1662. in 12. pagg. 157. Libellum æque infrequentem, qui fortasse unus idemque est cum *Anti-Bolseco* germanice edito *Cleve ap. Gerh. Verstegen* 1622. in 4. de quo legatur Jo. Diet. von Steinen in *Præf.* ad Hobbelings *Beschreibung des Stifts Münster*, pag. penult. De Bolseco autem, ejus Vita & Fatis magno eruditionis adparatu agit Thom. Ittigius in *Historia Synodorum Nationalium a Reformatis in Gallia habitarum* p. 113 sq. Idem Bolsecus conscripsit etiam *Vitam Theodori Bezæ*, idiomate gallico, quæ non minus rara est. Editiones mihi cognitæ sunt *Paris.* 1577. & 1582. in 8. Latinam hujus Libri Versionem dedit *Pantaleon Theveninus, Lotharingus, Ingolstadii* 1584. & 1589. in 8. Recensetur in *Thesauro Bibliothecali* T. I. p. 114 sq.

Pauli Bombini, *Soc. Jes.* Vita & Martyrium Edmundi Campiani Martyris Angli, e Societ. Jesu. Editio posterior, ab Auctore multis aucta partibus & emendata. *Mantuæ*, apud *fratres Osannas, Ducales Impressores*, 1620. in 8.

Librum rariorem, quem frustra in instructissimarum Bibliothecarum Catalogis quæras, vocat Schelhornius in *Amœnitat.* T. V. p. 284.

Franc.

Franc. BONAMICI, *Florentini, e primo loco Philosophiam Ordinariam in Almo Gymnasio Pisano profitentis*, de Alimento Libri V. ubi multæ Medicorum Sententiæ delibantur, & cum Aristotele conferuntur, complura etiam Problemata in eodem argumento notantur, & quibusdam ex græca lectione pristinus nitor restituitur. Cum Indice copioso Notandorum. Ad Illustrissimum & Reverendiss. Carolum Antonium Puteum, Archiepiscopum Pisanum. *Florentiæ*, apud *Bartholom. Sermartellium jun.* 1603. Superiorum permissu, in 4. pagg. 759. non computatis Dedicatione, Præfatione, ac Indicibus.

Liber plurimæ eruditionis ac multifariæ lectionis; at summe rarus pauciſſimisque visus. Liber I. est *de Alimenti Essentia;* Lib. II. *de primis Affectionibus Alimenti & Excrementorum;* Lib. III. est *de Alimento externo ejusque Appetitu;* Lib. IV. *de Formatione Fœtus;* Lib. V. *de Consequentibus Fœtum.* Exemplar quod possidemus redemtum ex Bibliotheca Heinsiana Lugd. Batav. 1683. habita, mutilatum quidem est plagula prima; nihilo tamen secius in deliciis habitum est ab Eruditis. Testantur hoc sequentia Codici nostro inscripta: *Excellentissimo & Clariss. Viro, D. Alberto Kypero, Medicinæ Doctori ac Profess. Ordinar. Domino & Collegæ conjunctissimo, Joh. Antonides van der Linden dono mittit, si donari meretur Liber male multatus & Capitis diminutionem passus a Viro docto & publico, cum post quadriennii usum aliquoties rogatus remittere cogeretur commodatum. Lugd. Batav. die* 23. *Octobr.* 1653.

S. BONAVENTVRÆ Psalterium B. Mariæ Virginis. *Constantiæ* 1611. in 12.

Liber rarus, temerarius, & ob blasphemam Psalmorum ad laudes Mariæ detorsionem summe impius. v. Mart. Chemnitius in *Examine Concil. Trident.* P. III. p. 338. qui totum fere Libellum Operi suo inseruit. Singularia etiam de hoc

rariſſimo Pſalterio legas in Dannhaueri *Hodomor. Pontif. Phant. VI.* p. 1162. & ex profeſſo in Andr. Riveti *Apologia pro S. Virgine Maria* p. 302 ſqq. 322 ſqq. Conf. Cl. Bunemannus in *Catalogo Librorum rariſſ.* pag. 123. qui pretium IV. taleror. ſtatuit huic Libello repetitis typis impreſſo; qui & inter Opera Bonaventuræ extat.

BONAVENTVRA Hiſtoria della Citta di Parma, & la deſcrittione del fiume Parma. *In Parma*, 1591. in 4.

Rariſſimis adnumeratur in *Biblioth. Anonym.* P. II. p. 157.

Joh. BONEFONII, *Arverni*, Pancharis.

Libellus pauciſſimorum foliorum, & ob raritatem inſertus *Memoires de Litterat.* par Mr. Sallengre, T. I. p. 339-376. Editiones mihi cognitæ, & manibus meis tractatæ, *Pariſ.* 1587. in 12. *Helmſtad.* 1620. in 12. *Lugdunenſ. curante Nicolao Blancardo*, 1655. in 12. In hac poſteriori ad MStum Autoris collata, & recognita, *Baſium IV.* ita incipit:

O Deus improbe! dire! ter ſceleſte!
Deus ſacerrime! Deus inauſpicate!
Tun' tantum ſcelus auſus, ut papillas,
Illas Pancharidis meæ papillas,
Quas Venus veneratur & Cupido
Feris morſibus ipſe vulnerares?

Blaſpheme, & plus quam blaſpheme, hæc dicta ſunt. At vero in cæteris a me collatis editionibus non *Deus* legitur, ſed *Dens*. Idque rectiſſime juxta contextum.

Jacobi BONFADII Annales Genuenſium, nunc primum editi, & ab innumeris mendis, quibus MSS. referti erant, emendati, Ind. locuplet. aucti, a Barthol. Paſchetto, Veronenſ. *Papiæ*, apud *Hier. Bartolum*, 1585. in 4.

Liber valde rarus, in *Catal.* Menarſiano p. 256. pretio XXXI. floren. divenditus, cuique Cl. Bunemannus in *Catal.* pag. 93. pretium IIX. taleror. appoſuit. Recuſus jam legitur in Jo. Georg. Grævii *Theſauro Italiæ*, T. I.

Jacobi

Jacobi BONFRERII Commentarius in Libros Regum & Paralipomenon, II. Tomi. *Tornaci*, apud *Adrian. Quinque*, 1643. in fol.

Opus perrarum, cujus omnia fere Exemplaria una cum Typographia ferali incendio perierunt. Vid. Theoph. Alethæi *Bericht von Commentariis*, T. V. p. 17.

Balthaſ. BONIFACII Conjecturæ in Martialem, & Polyneſi origines. *Venetiis*, *ex Typographia Ducali Pinelliana*, 1635. in 4.

Librum hunc in Italia ſemper fuiſſe riariſſimum docet *Bibliotheca* Aproſiana, *ed. Wolfian.* p. 141. De BONIFACIO, inter Polygraphos numerando, legatur Jo. Gerh. Meuſchenius *Tomo III. Vitarum Summorum Virorum*, *in Præfat.* Ab raritate ibidem etiam laudantur *Ejusd. Elogia Contarenorum Heroum XXX. Venet.* 1623. in 4. it. *Elogia illuſtrium aliquot Scriptorum*, quæ poſteriora ad Exemplar *Venetum* 1628. in 4. recuſa *Tom. III.* p. 137-172 legantur.

Paolo BONOLI Iſtoria di Forli. *In Forli* 1661. in 4.

In ipſa Italia eximiæ raritatis. Vid. Haym *Notizia de' Libri rari*, pag. 44.

Adam BORELL, vid. Ad. LEGEM & Teſtimonium.

Vicenzo BORGHINI Diſcorſi Hiſtorici, cioé dell' Origine di Firenze, della Citta di Fieſole, delle Toſcana e ſue Citta, di Municipii e Colonie Romane, delle Colonie Latine, delle Colonie Militari &c. *Fiorenza*, 1585. in 4. II Voll.

Liber in Italia etiam perrarus, ex indicio *Bibliothecæ Hiſtoricæ* Struvio-Buderianæ p. 1431.

Petro BORRANÆ Corona pretioſa, *Venetiis* quondam impreſſa, ubi e regione ponuntur Vocabula Latina, Italica, Græca vetera, & Græca, quorum hodie uſus eſt.

Cauſſam raritatis neglectui adſcribit V. Cl. Schelhornius *Amœnitat.* T. II. p. 422.

Frid. BORROMÆI Meditamenta Litteraria. Liber perrarus, quem recenſet Jo. Chriſt. Colerus in *Antholog.* T. I. Conf. *Acta Erud.* 1728. p. 136.

Petri Pauli BOSCHÆ Hemidecas de Origine & Statu Bibliothecæ Ambroſianæ *Mediolani.* 1672. in 4.

Laudatur & rariſſimus in his Oris vocatur ab Andr. Gryphio in *Apparatu de Scriptoribus Hiſtor. Sec. XVII.* p. 437. Recuſus jam legitur in Petri Burmanni *Theſauro Italiæ,* T. IX. P. VI.

Joannis A BOSCO, *e Cœleſtinorum Ordine, Pariſienſis,* Floriacenſis vetus Bibliotheca, Benedictina, Sancta, Apoſtolica, Pontificia, Cæſarea, Regia, Franco-Gallica, ſive Opuſcula varia de Origine & Statu Ordinis S. Benedicti. *Lugduni,* apud *Horatium Cardonum,* 1605. in 8.

Liber admodum rarus, de quo hæc habet *Catalogus* Fresnoio-Mencken. p. 59: "Dieſes Buch iſt manchmahl theuer "bezahlet worden; aber ohne Urſachen: denn was drin"nen iſt, iſt von ſchlechter Wichtigkeit.„

Giacomo BOSIO Iſtoria della Sacra Religione, e Milizia di S. Giovanni Gieroſolimitano. *In Rome* & *in Napoli* 1594. 1621. 1638. in fol.

Rariorem eſſe hunc Librum in ipſa Italia docet Haym *Notiz de Libr. rar.* p. 62. Ex Italica Boſii a Balduino gallice redditus prodiit *Pariſiis* 1637. in fol. Vid. *Theſaurus Bibliothecalis* T. IV. p. 127.

Franciſci BOSQVET, *Narbonenſis Prætoris,* Eccleſiæ Gallicanæ Hiſtoriarum Libri IV. Acceſſit II. Pars, in quo Acta & vetera Monumenta producuntur.

Prima editio *Pariſiis* 1633. in 8. prodiit. Altera multo amplior & locupletior *ibid.* 1636. in 4. in qua tamen nonnulla

nulla contra Monachorum fabulas scripta omissa sunt, indicante & exemplis probante Georg. Wallino in *Historia S. Genovefæ, Parisiorum Patronæ*, p. 8. Interim utraque editio satis infrequens est, & inter rarissimos Libros numeranda; suppressa scilicet ab ipsis Pontificiis, qui Bosqueti παρρησίαν ferre non poterant. Vid. Bayle *Dictionaire Hist.* art. *Bosquet.* & M. C. Christ. Woog *in den Passions-Betracht.* p. 135 sq.

Georgii Bosqveti Hougueneorum Hæreticorum Tolosæ conjuratorum Profligatio memoriæ posita. *Tolosæ* 1563. in 4. itemque gallice, *ibid.* 1563. in 12.

Liber ex Decreto Regis publice ustulatus, ac proinde admodum rarus. Vid. P. Bayle *Dictionaire Hist.* art. *Bosquet.*

Jac. Benigni Bossvet, *Episcopi Candomensis, & Serenissimi Delphini Præceptoris*, Doctrinæ Catholicæ de iis Argumentis, de quibus Controversiæ sunt, Expositio.

Prodiit hoc Scriptum *Lutetiæ Paris.* 1671. ubi tamen notandum, editionem illam, quæ tum publici juris facta, & vulgo pro *prima* venditatur, revera esse *secundam.* Antea enim prodiit hujus Libri integra, sed longe diversa, editio: ea vero, paucis tantum ejus Exemplaribus in privatorum quorundam manus venientibus, supprimebatur; quia, judice Facultate Sorbonnica, Bossuetus Ecclesiæ Romanæ doctrinam longe aliter, quam revera se habet Concilii Tridentini sententia, repræsentasse videbatur. S. Rev. Dan. Maichelius in *Lucubrationibus Lambetanis* p. 34 sqq. primam hanc Superiorum jussu suppressam editionem, ac proinde in optimis Bibliothecis frustra quæsitam, ex Bibliotheca Illustriss. Archiepisc. Cantuar. Wakii producit, potioresque Lectiones a secunda editione differentes exponit; ut pateat cuilibet, eam gravissimis in rebus, non in meris vocibus, fuisse immutatam.

Rodolphi Botorei & *Petri* Matthæi Historiæ Franciæ.

Junctim bini hi Gallici Scriptores prodierunt hac inscriptione: *Historiopolitographia sive Opus Historico-Politicum*

duo-

duorum Præclariſſ. hujus ætatis Hiſtoricorum, Rodolphi BOTOREI, *JC. in magno Franciæ Conſilio Advocati, nec non Petri* MATTHÆI, *JC. Conſiliarii & Hiſtoriographi Regii: in quo res toto pene Orbe hisce proximis annis geſtæ luculentiſſimis Commentariis Hiſtoricis & Obſervationibus ſimul ac Diſcurſibus politicis illuſtrantur, ab A. 1594. usque ad præſentem 1610. In hoc Hiſtoriarum Opere nil reperitur, quod Eccleſiam Catholicam Romanam offendat. Francof. typis Matthiæ Beckeri; ſumtibus vero Jo. Theod. Schonwetteri,* 1610. in 4. *Tomus II. ibid.* & apud *eosdem*, 1610. *Tomi II. Pars altera, ibid.* 1611. *Tomus III. interprete Joh. Friderico Salveldt. Francof.* apud *Nicolaum Hofmannum; impenſis Jac. Fiſcheri*, 1613. in 4. Rariorem vero eſſe hunc Librum, nec facile obvium, teſtantur Theod. Janſ. ab Almeloven in *Vita Caſauboni*, & Magnus Cruſius in *Singular. Pleſſiacis* p. 9. & 116.

Caroli BOVILLI, *Samarobrini*, Epiſtolæ aliquot Philoſophicæ. *Pariſiis*, apud *Badium Aſcenſium*, 1511. 1514. in 4.

Rariſſime conſpiciuntur. "Les Lettres de cet Auteur "ſont curieuſes, mais peu communes.„ Hæc le Long in *Biblioth. Hiſt. Gall.* n. 12700. De Carolo Bovillo ejusque Scriptis ſatis copioſe agit Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latinit.* T. I. p. 923 ſqq.

Claude DE BOUTEROUE, *Conſeilleur en la Cour des Monnoyes*, Recherches curieuſes des Monnoyes de France *à Paris, chez Edm. Martin*, 1666. & 1675. in fol.

Librum hunc recenſet, illumque rariorem eſſe, docet R. Simon *Biblioth. Choiſ.* T. II. p. 133 ſqq. "Quoique "l'impreſſion, inquit, de cet Ouvrage, qui eſt excellent, "ne ſoit pas fort ancienne, il y a deja neanmoins long-tems "qu'on n'en trouve plus d'exemplaires chez les Libraires "de Paris, & qu'il n'eſt point dans leur commerce ordi-"naire.„ Recenſetur etiam in *Journal des Sçavans* 1666. d. 5. Jul.

Roberti

Roberti BRADLEY, *Botanices Profess. P. in Acad. Cantabrig. & R. Societ. Membr.* Descriptio Oeconomiæ & Horticulturæ Veterum ex Catone, Varrone &c. *Lond.* apud *B. Motte*, 1725. in 8. 25 pl.

Recensent & laudant hunc Libellum *Actor. Erudit.* Collectores, A. 1729. p. 446. id tamen dolentes, Bibliopolarum avaritiam huic Scripto pretium 6. fere taleror. constituisse.

F. Jo. Mariæ BRASICHELLANI, *S. Palat. Apostol. Magist.* Indicis Librorum expurgandorum in Studiosorum usum confecti Tomus I. in quo 50 Autorum Libri præ cæteris desiderati emendantur. *Romæ, ex Typograph. R. Cam. Apost.* 1607. Superiorum permissu in 8.

Liber hic inter rariores est rarissimus: & licet *Pergami typis Comini Venturæ* 1608. fuerit recusus; hæc tamen posterior editio multo adhuc priori est rarior. Causa raritatis, ut mihi quidem videtur, est suppressio: cui ansam dedisse videntur tum Carmelitæ, qui Brasichellani censura in Joh. Hierosolymitani *Librum de Institutione Monachorum* offensi magnas lites paraturi videbantur; tum alii etiam Pontificii, qui spreta hujus Indicis autoritate a Brasichellani censuris circa varios Autores dissentiebant. Uberius de hoc Indice commentantur, & partim specimina aliqua istius exhibent *Observationes Hallenses* T. III. p. 133 sqq. T. IV. p. 71 sqq. Thom. Ittigius *de Biblioth. Patr.* p. 83 sqq. Struvius in *Introd. ad Histor. Litterar.* p. 442. Autor *der Vergnügungen müssiger Stunden* P. I. p. 96. Serpilius *de Libris rarior.* P. I. p. 52 sqq. S. Rev. Jo. Christ. Krüsike in *Præfat.* ad P. II. *Bibliothecæ Paternæ*, n. 100. Nic. Ernesti Zobelii *Notitia Indicis Librorum expurgandorum editi per Fr. J. M. Brasichellen. Altorf.* 1745. in 8. edita. Editio *Romana* clancum alicubi, & procul dubio *Ratisbonæ* recusa fuit, ibidemque nunc publice venditur. Vid. *Leipz. Gelehrte Zeitungen* A. 1743. p. 613.

D. Fr.

D. Fr. Fabro BREMVNDAN Floro Hiſtorico de la Guerra de Ungria. *Madrid* 1684. ſqq. V. Voll. in 4.

Liber hic eſt ex rariſſimis, & in pauciſſimis Bibliothecis integer reperitur. Vid. *Bibliotheca Anonym.* T. II. p. 160.

Eliæ BRENNERI Theſaurum Nummorum Sveo-Gothicorum. *Holmiæ* 1691. in 4.

Excuſum, a pauciſſimis Germaniæ Eruditis fuiſſe viſum, aſſerit Cl. Wendlerus in Diſſ. *de var. rarit. Librorum Cauſſ.* §. XXV. Jam recuſus 1731. extat.

Jo. BRENTII Opera, junctim edita. *Tubingæ*, ap. *Georg. Grupenbachium*, 1590. IIX. Tomis. Tom. I. 1576. - - T. IIX. 1590. in fol.

Rariſſime occurrunt, & magno pretio in Auctionibus Bibliothecarum vendi ſolent. Conf. Mich. Lilienthals *Exegetiſche Biblioth.* p. 485. ſqq.

Jo. BRENTII Vita.

Germanice ſcripta editaque 1717. ſub titulo: *Der als ein Palmbaum grünende Gerechte, in dem Leben des um die ganze Evangeliſche Kirche hochverdienten Theologi, M. Jo.* BRENTII, *geweſenen erſten Evangel. Predigers und Decani in der H. Reichs-Stadt Schwäbiſch-Hall; bey Gelegenheit des A.* 1717. *den* 31. *Octobr. einfallenden zweyten Evangeliſchen Jubel-Feſtes, auf Verordnung des Magiſtrats kürzlich entworfen &c. Schwäbiſch-Hall* 1717. in 4. Legatur de Scripto hoc rariori Jo. Jac. Moſerus in *Biblioth. Scriptor. de Rebus Svevicis* p. 9. "Die meiſten Exemplare, inquit, "ſind in dem Brande der Stadt Schwäbiſch-Hall darauf "gegangen.„

Chriſtoph. Sylveſtranus BRENZONVS in quatuor Libros Sententiarum.

Liber ſumme rarus, de quo ejusque Autore nihil hucdum in Reipublicæ Litterariæ Annalibus conſignatum reperire potui, præter illa, quæ leguntur in *Eſſais de Litterature* T. I. p. 51. 52. & 193. his verbis: "On ne trouve presque plus "ce Livre; il eſt ſi rare, qu'on en a offert autrefois une "groſſe ſomme, & c'étoit pour un exemplaire non complet,

"qui

" qui ne contenoit que le premier,& seconde Livre des Sen-
" tences. Cet Auteur est un très bon Scholastique, & il y
" a beaucoup de fruit à faire dans la lecture de cet ouvrage.
" Un Ecclesiastique, Ami de Mr. Baluze, disoit il y a quel-
" que tems, qu'il en avoit eu un tout entier pour VII. li-
" vres, mais ce sont des coups de fortune, qui n'arrivent
" qu'une fois dans une Siécle, & dont il faut profiter avec
" empressement. Le livre est generalement estimé, &
" rempli d'une grande erudition. - - - Heureux si cette
" Reflexion pouvoit engager quelque docte Personnage à
" entreprendre une nouvelle edition de ce livre, dont,
" sans ce secours, la posterité sera bientôt privée.„ Cæterum de loco, tempore, & forma impressionis nihil hic legitur; de Autore tamen hæc in fine adduntur: " Chri-
" stoph. Sylvestranus Brenzonus étoit Carme; il est mort
" en 1619. Henri IV. en faisoit beaucoup de cas, & il eut
" une fois le dessein de l'attirer à la cour pour en faire
" son Confesseur; mais les ennemis secrets de Brenzonus
" eluderent le coup.„ Incidi postea in *Ephemerides Erudit. Parisiens.* A. 1702. ubi p. 929. 930. ea examini subjiciuntur, quæ ex Morlierii *Essais* adduximus. Autores Brenzonii Librum non magni faciunt. Titulus iste est: *Ad Gregorium XIV. P. M. in primum Sententiarum Opus F. Christoph. Sylvestrani* BRENZONII, *Carmelitæ, Theol. Doct. in Gymnasio Patavino. Veronæ, apud Sebastianum a Dominis*, 1591. in fol. Speciminis loco initium Præfationis afferunt. In *Catalogo Bibliothecæ* Gribnerianæ n. 396. extat alius ejusd. Brenzonii Liber: *Examen Theologicum in secundum Sententiar. Opus pro laureandis F. Christoph. Sylvestrani* BRENZONII *ad Clementem IIX. Pontif. Max. Veronæ* 1598. in fol.

Stephano BREVENTANO Istoria della Antichità, Nobillità, e delle cose notabili della Citta di Pavia. *In Pavia* 1570. in 4.

Liber in ipsa Italia rarissimus, teste Haymio in *Notizia de Libr. rar.* p. 59.

BREVIARIVM Romanum Quignoni, vid. *Franc.* QUIGNON.

Phil.

Phil. BRIETII, *Abbavillæi, Soc. J. Sacerdotis,* Parallela Geographiæ veteris & novæ. *Parisiis,* apud *Cramoisy,* 1648. & 1649. III. Tomi in 4. cum multis Tabb. Geograph.

Autor, nescio qua de caussa, cum diu postea supervixerit, in medio cursu substitit. Hinc procul dubio derivanda est raritas hujus Libri, de qua Cl. Bunemannus in *Catalogo Biblioth.* p. 106. scribit: "Opus integrum rariſſimum est, "& sæpe XXX. & pluribus florenis venditum; nostrum "Exemplar in uno ipsiſſo Volumine pro XII. taleris.„ Plura habes in *Thesauro Bibliothecali* T. II. p. 237.

Barnabæ BRISSONII Liber de Cereo Paschali.

Allegatur quidem a Casp. Sagittario in Dissert. *de Natalitiis Martyrum* p. 83. de Cereis Paschalibus agens his verbis: "De *Cereo Paschali* pluribus egit Barnabas Brissonius, "quippe qui singularem de eo Librum conscripsisse dicitur;„ At vero dubitant Eruditi, an unquam hic Brissonii Liber extiterit. Vid. Groschuſius in *Præfat. de Libris rarior.* p. 16.

Bernardo DE BRITO Monarchia Lusitana, I. Parte desde a criacao do mundo a te o nascimiento de Christo. *Alcobaca* 1597. in fol. II. Parte, *en Lisboa* 1609. in fol. III. & IV. Parte, *ibid.* 1632. V. & VI. Parte, *ibid.* 1650. VII. Parte, *ibid.* pello *Frey Raphael de Jesus,* 1683. in fol.

Liber inprimis rarus. Vid. *Catalogus Biblioth.* Mencken. p. 542. Gerh. Ernesti de Franckenau *Bibliotheca Hispanica Historico-Genealogico-Heraldica,* p. 61 sq.

Sylvestr. BRONZONVS, v. BRENZONVS.

Christoph. BROWERI, *e Soc. Jes.* Antiquitatum & Annalium Trevirensium prima editio, quæ A. 1626. *Coloniæ* in fol. prodiit, rarius obvia est, quia Philippus Christophorus, Elector & Archiepiscop. Trevirensis, illam proscripsit, & supprimendam curavit. Vid. *Hamburg. Biblioth. Histor.* Cent. III. p. 247. Schelhorn. *Amœnitat.* T. II. p. 346.

Christoph.

Christoph. BROWERI Fuldensium Antiquitatum Libri III. *Antwerp.* 1612. in 4. Alph. 2.

Vti omnia Broweri Scripta sunt rara, magnique semper æstimata ab Eruditis: ita inter hæc non minimum est hocce Fuldensium Antiquitatum Opus. Vid. Dan. Gerdes *Floril. Libror. rarior.* p. 15.

Jordani BRVNI Scripta

Inter rariora rarissima esse, nemo nescit. Hæc raritas Librorum Bruni, qui adeo disparuere, ut non nisi in instructissimis Bibliothecis inveniantur, nullibi autem pene omnes deprehendantur, potissima causa videtur esse, cur adhuc hodie desit, accurata hujus Viri Historia, quam tamen res ejus valde memorabiles omnino merentur, quamque omnium optime magno eruditionis apparatu nuperrime dedit Vir stupendæ eruditionis & diligentiæ Jac. Bruckerus in *Historia Crit. Philosoph.* T. V. p. 12-62. En tibi Catalogum Librorum ordine chronologico a nobis confectum.

La Cena de le Ceneri, descritta in cinque Dialogi, per quattro Interlocutori contre Coiderationi circa doi Sugetti. Stampata nell' nno 1580.

Meminit hujus editionis Du Verdier, quam frustra in Calogis præstantissimarum Bibliothecarum inquisivi, & quæ ortasse nullibi etiam extat. Nicol. Franc. Haym in *Notizia le' Libri rari nella lingua Italiana* nominat saltem editionem *Parisiensem* A. 1584. in 8. quam solam etiam vidit Petrus Bælius, qui de ipso Libro ita judicat: "Ce livre fut dedié 'par l' Auteur à Mr. de Castelnau *unico Refugio delle Muse*, 'pendant son Ambassade d' Angleterre. La raison du Titre 'est, qu' on supose, que ce sont des Entretiens tenus à table 'le premier jour de Carême. On y soutient entre autres 'choses l' opinion de Copernic, & l'on ajoute, qu'il y a 'une infinite de Mondes semblables à celui-ci, & qu'ils 'sont tous des animaux intellectuels, qui ont des individus 'vegetatifs, & raisonnables, comme il y en a sur la terre. 'L' opininion contraire air traitée de puerile.„ Vid. *Dictionair. Histor.* art. *Brunus, lit. D.* T. I. p. 680. Eandem hanc editionem de A. 1584. in 8. pp. 128. recenset Cl. Aug.

Bayerus in *Memor. Librorum rarior.* p. 273 sqq. qui suspicatur *Londini* hunc Librum fuisse excusum, & nos docet, illum non saniora dogmata fovere, quam alterum *Spaccio* cognominatum. Cæterum Libri hujus tanta est raritas, ut in præstantissimis etiam Bibliothecis exempla saltem secundum impressum descripta extent. Vid. *Biblioth. Anonym.* T. III. p. 321. Nacti sumus, & in Bibliotheca nostra asservamus exemplum hujus rarissimi Libelli; locus impressionis neque in titulo, neque in calce legitur. Typi nobis non videntur Anglicani, & figuræ, quæ adsunt, ligno sunt incisæ. Integer titulus ita habet: *La Cena de le Ceneri. Descritta in cinque Dialogi, per quattro Interlocutori, contre Considerationi, circa doi suggetti. All' unico Refugio de le Muse. L' Illustriss.* Michel de Castelnovo, *Sign. di Mauvissier, Concressalto & di Jonvilla, Cavalier del Ordine del Re Chriaviss. & Conseglier nel suo privato Conseglo; Capitano di 50. huomini d' arme, Gouvernator & Capitano di S. Desiderio, & Ambasciator alla Sereniss. Regina d' Inghilterra. L' Universale intentione e' dechiarata vel proemio.* 1584. in 8. pp. 128. Interlocutores sunt *Smitho, Theophilo* Philosopho, *Prudentio* Pedante, *Frullas.* Extat etiam in Biblioth. Regia Dresdensi. Vid. hujus Biblioth. *Merkwürd.* T. I. p. 372.

De compendiosa Architectura, & Complemento Artis Lullii.

Meminit hujus Libelli, a Bælio nunquam visi, Mr. du Verdier, illumque *Parisiis* 1580. prodiisse scribit; at ex Epistola quadam *Jo. a Nostiz* apud Bunemannum in *Catalogo Biblioth.* p. 117. patet, illum demum 1582. prodiisse: qua de re alii judicent.

De Umbris Idearum implicantibus, artem quærendi, inveniendi, judicandi, ordinandi, & applicandi ad internam scripturam, & non vulgares per memoriam operationes explicatis, ad Henricum III. Galliæ Regem. *Paris.* apud *Ægid. Gorbium*, 1582. in 8. cum fig.

Ars Memoriæ. *Paris.* 1582. in 8.

Vid. *Biblioth. Anonym.* T. III. p. 324. *Bibl. Hasæan.* p. 762.

Il Candelago. Comedia del Bruno Nolano Academico di nulla Academia; detto il fastidio. In tristitia hilaris; in hilaritate tristis. *In Parigi*, apud *Guglelmo Giuliano*, 1582. in 8.

Vid. Nic. Franc. Haym. *loc. cit.* p. 184. Bayle *Diction.* T. I. p. 681.

Cantus Circæus ad Memoriæ praxin ordinatus, quam ipse judiciariam appellat. *Parisiis*, 1583.

Titulum hujus Libri debemus Bælio, qui tamen ipse illum nunquam vidit, nec præter titulum quicquam annotavit.

Spaccio della Bestia trionfante, proposto da Giove, effettuato dal Conseglio, revelato da Mercurio, recitato da Sophia, udito da Paulino, registrato dal Nolano. Diviso in tre Dialogi, subdivisi in tre parti. Consecrato al molto illustre & excellente Cavalliero, Sig. Philippo Sidneo. *Stampato in Parigi* 1584. in 8. pl. 16½.

Libellus hic est atheisticus ex rarissimis, cuique vix alius erit raritate æquiparandus. Londini haud ita pridem 28. libris Sterlingis in Auctione publica, & a Cl. Bunemanno pro 100. Imperialibus fuit divenditus, quemque Ill. Besserus pro 300. florenis Hollandicis sibi, alii 200. imperial. comparunt. Vid. *Gelehrte Zeitungen*, 1726. p. 278. Bunemanni *Catal. Librorum rariss.* p. 13. Sam. Engel *Catalogus Librorum rariss.* p. 28. qui posterior contra Cl. Heumannum probat, hunc Librum genuinum esse Jord. Bruni fœtum. Quod locum impressionis attinet, legitur quidem *Parisiis* in titulo; at non sine verisimilitudine ex Epistola quadam Scioppii, quæ legitur in Jo. Tolandi *Collection of several Pieces*, *Lond.* 1726. Vol. I. p. 304. suspicatur doctiss. Aug. Buyerus loco mox citando, *Londini* illum fuisse excusum; quocum consentire fere videtur Cl. Bruckerus, qui *l. c.* p. 61. & locum & annum impressionis fictitium esse ex rationibus chronologicis demonstrari posse arbitratur. De Libro ipso

ita judicat Mr. Bayle: "C'eſt un Traité de Morale bizarrement digeré, car on y expoſé la nature des vices & des Vertus ſous l'emblême des Conſtellations Celeſtes, Chaſſées du firmament pour faire place à de nouveaux aſteriſmes, qui repreſentent la verité, la bonté, &c." & Auctor Anonymus Libri Anglici, *Diſcourſes concerning the everbleſſed Trinity*, *Londini* 1720. in 8. editi, pag. 9. nos docet, Librum ipſum, quanquam videatur commendabilis, quod Cleri Romani vitia acerrime caſtiget, miram tamen Satyram Enthuſiaſtico-Atheiſticam eſſe, quæ omnem Cultum Dei, Religionesque quascunque proſcindat. Jovem enim ibi, Momum, & Conſtellationes invicem ſermones, & conſilia miſcere, Jove quidem conquerente, quod omnis Deorum Cultus apud mortales intercidat: Momo culpam ejus in Deorum amores, & regiminis eorum perverſitatem rejiciente, & denique Conſtellationibus decernentibus, Religiones omnes poſthac abolendas, ſubſtituendasque in earum locum virtutes morales. Conf. *Acta Erud.* 1721. p. 491. Idem confirmat & clarius exponit Cl. Bayerus, ſcribens: "Perluſtravi Libellum & obſtupeſcere cœpi ad verba, quibus Fidei Chriſtianæ verba ridet &c." Reliqua legantur apud ipſum Bayerum, qui magno eruditionis adparatu de impio hoc Scripto agit in *Memor. Hiſtor. Crit. Libror. rarior.* pag. 219 ſqq. Satis copioſe etiam de rariſſimo hoc Libello commentantur Mr. la Croze *Entretiens ſur divers ſujets* p. 326. & Cl. Heumannus in *Actis Philoſoph.* Tom II. pag. 404 ſqq. Cæterum *Londini* Librum hunc Jordani typis iterum exſcriptum fuiſſe A. 1713. in 8. refert Vener. Jo. Alb. Fabricius in *Delectu Argument. & Syllab. Scriptor. de Verit. R. C.* p. 475. Id quod de Verſione Anglicana intelligendum eſt, quam Jo. Tolandus edidit ſub titulo: *Spaccio della Beſtia trionfante, or the Expulſion of the triumphant Beaſt; translated from the Italian of Jordano* Brvno. *London*, printed 1713. in 8. maj. pp. 280. Sed ne vileſceret Liber, & raritatis pretium amitteret, pauciſſima tantum exempla deſcribi curavit. Vid. S. Rev. Mosheimius in *Commentario de Jo. Tolando* p. 173.

De l'infinito Univerſo, & Mondi. Stampato *in Venezia*, 1584. in 8.

Legit

Legit hunc Librum Mr. Bayle, & nos docet: "Qu'il eſt "compoſé de cinq Dialogues, où il ſoutient par un très "grand nombre des raiſons, que l'univers eſt infini, & "qu'il y a une infinité de Mondes; qu'il ſe declare pour "le ſentiment de Copernic touchant la mobilité de la terre "autour de Soleil.

Giordano BRVNO, *Nolano*, de la Cauſa, Principio, & Uno. Stampato *in Venezia*, 1584. in 12.

Conſtat hic Libellus V. Dialogis, quorum compendium habes apud Mr. Bayle in *Diction.* T. I. p. 680. & Bruckerum *l. c.* p. 49 ſq.

- - - - Cabala del Cavallo Pegaſeo con l'aggiunte dell' Aſino Cillenico. *In Parigi*, per *Antonio Bajo*, 1585. in 8.

Notitiam hujus Scripti debeo Cl. Nicol. Franc. Haym pag. 184.

- - - - De gli Heroici furori. *In Parigi*, per *Antonio Bajo*, 1585. in 8.

De hoc Libello ita Cl. Bayle diſſerit: "Ils contiennent "deux parties, dont chacune eſt diviſée en cinq Dialogues. "Il les fit pendant ſon ſejour en Angleterre, & les dedia "à Mr. Sidnei. Il y a beaucoup des Vers Italiens dans cet "ouvrage, & beaucoup d'Imaginations Cabbaliſtiques; car "ſous des figures, qui ſemblent repreſenter les transports "& les desordres de l'amour, il pretend elever l'ame à la "contemplation des veritez les plus ſublimes, & la guerir "de ſes defauts. On voit ſur la fin quelques Poëſies, où il "chante la beauté des femmes de Londres.„ Diſtinguendus eſt ab hoc Libello alius itidem rariſſimus: *Epiſtole heroiche & Poëſie*, *Libri II. edit. 3. in Venez.* 1644. in 12. c. fig. Autorem habens Antonium Brunum, qui in Auctione Hamburgenſ. Bibliothecæ Matfeldianæ divenditus fuit pretio XIV. Marcarum.

- - - - De Progreſſu & Lampade venatoria Logicorum ad promte & copioſe de

quocunque proposito problemate disputandum. 1587. in 8. pagg. 79.

Reperitur etiam inter Raymundi Lulli *Opera*, *Argentorati* 1598. in 8. excusa.

Jordani BRVNI, *Nolani*, Artificium perorandi, communicatum a Jo. Henr. Alstedio in gratiam eorum, qui eloquentia rem & rationem cognoscere cupiunt. *Francofurti*, apud *Anton. Hummium*, 1612. in 8.

Publice has lectiones Vitembergæ Studiosis prælegit Jordanus A. 1587.

- - - - - De Specierum Scrutinio, & Lampade Combinatoria Raymundi Lulli, Doctoris Heremitæ omniscii, propemodumque divini. *Pragæ*, excud. *Georg. Nigrinus*, 1588. in 8. 9 pl.

Memini me olim vidisse & legisse hunc Librum Vitembergæ ex Bibliotheca B. Polyc. Leyseri, postea Prof. Helmstad. mutuo acceptum. Reperitur etiam inter Raym. Lulli *Opera*.

Jordani BRVNI, *Nolani Camæracensis*, Acrotismus, seu Rationes Articulorum Physicorum adversus Peripateticos Parisiis propositorum &c. *Vitembergæ*, apud *Zach. Crato*, 1588. in 8.

Brevem Libelli hujus recensionem habes apud Bayle in *Diction. Histor.* T. I. p. 679 sq.

- - - - - De Monade, Numero, & Figura Liber, consequens quinque de Minimo, Magno & Mensura; item de Innumerabilibus, Immenso, & Infigurabili, sive de Universo & Mundis Libri IIX. Ad Illustriss. & Reverendiss. Principem Henricum Julium, Brunsvicensium & Luneburgensium Ducem, Halberstadiensium Episco-

Episcopum, &c. *Francof.* apud *Jo. Wechelium, & Petrum Fischerum, Consortes*, 1591. in 8. 42 ½ pl.

In hoc Opere Jordanus Brunus dogma suum præcipue exposuit, judice Jo. Alb. Fabricio T. I. *Biblioth. Græc.* p. 133. Renatum etiam Cartesium ex hoc præcipue Libro plurimas suas Hypotheses desumsisse, & Jordani scrinia compilasse volunt nonnulli; qua de re legatur M. Bayle in *Dict.* Tom. I. p. 681. Recensentur bini hi Libri, junctim editi, satis accurate & copiose a doct. Heumanno *Actor. Philosoph.* P. III. p. 501 sqq. P. V. p. 868 sqq. qui in neutro horum Atheismi vestigia deprehendi asserit. Conf. Reimmanni *Catalogus Bibliothecæ suæ*, p. IIII. III2.

Jordani BRVNI, *Nolani*, de triplici Minimo, & Mensura, ad trium speculativarum Scientiarum & multarum activarum Artium Principia, Libri V. Ad Illustriss. & Reverendiss. Principem Henricum Julium, Brunsvic. & Luneb. Ducem, &c. *Francofurti* 1591. in 8.

Recensetur ab Heumanno in *Actor. philosoph.* P. IX. p. 436. usque 441.

- - - - De Imaginum, Signorum, & Idearum Compositione, ad omnia Inventionum, Dispositionum, & memoriæ genera, Libri III. Ad Illustriss. & Generosiss. Joh. Henricum Haincellium, Elcoviæ Dominum. Credite, & intelligetis. *Francofurti*, apud *Jo. Wechelium*, & *Petr. Fischerum*, 1591. in 8. 14 pl.

Manibus hunc Libellum tractavi quondam in Bibliotheca B. Polyc. Leyseri, tunc Adjuncti Vitembergensis.

- - - - Summa Terminorum Metaphysicorum, ad capessendum Logicæ & Philosophiæ Studium; ex *Jord.* BRVNI Entis descensu MSS. nunc primum luci commissa a Raphaële

Eglino Iconio. *Tiguri*, apud *Jo. Wolphium; typis Froſchov.* 1595. in fol.

Recuſus eſt hic Liber *Marpurgi Cattorum*, apud *Rudolf. Hutwelcker*, 1609. in 8. Prior editio, quæ eſt in Biblioth. Bunemann. p. 91. longe rarior eſt poſteriori, quæ recenſetur in Heumanni *Actor. Philoſoph.* T. III. p. 424 ſqq.

Jordani BRVNI, *Nolani*, Ars reminiſcendi & in phantaſtico campo exarandi. *Lond.* in 8. Sigillus Sigillorum. *ibid.* in 8. Explicatio triginta Sigillorum. *ibid.* in 8.

Tituli horum Scriptorum leguntur in Bayeri elegantiſſimis *Libror. rarior. Memoriis* p. 276. de quibus nos hactenus nihil alibi conſignatum aliquid reperimus.

M. Lienhart BRVNNERS Bibliſche Concordantz. *Strasburg* 1530. fol.

Primus Autor, qui Concordantias Biblicas lingua germanica concinnare aggreſſus eſt atque hinc admodum rarus & a pauciſſimis viſus. Vid. *Catalogus Biblioth.* Reimmann. p. 215. Poſt Brunnerum Petrus Gedultig, quem ante Conradum Agricolam & Frid. Lankiſchium nominare potuiſſet doctiſſ. Reimmannus, eandem operam adortus eſt, itidem ut Brunnerus fere incognitus hodie; cujus tamen Concordantiæ præferendæ Brunnerianis, quia ad Verſionem Lutheri adornatæ ſunt. Noſtrum exemplum fuit olim Hermanni Hamelmanni hac inſcriptione notatum: *Concordantz und Zeiger über die ganze Heil. Bibliſche Schrift des Alten und Neuen Teſtaments, darinnen ein jeglicher teutſcher Leſer, er ſey gelehrt oder ungelehrt, nach Ordnung des Alphabets, alle und jede Wörter, Namen, Hiſtorien, &c. zu erſuchen hat, und zu finden; alles auf die Dolmetſchung D. Mart. Luthers ſel. und darzu nicht allein auf die Bücher und Capitel, ſondern auch auf die Paragraphos, und Unterſchiede derſelben, gerichtet, durch Petrum* GEDVLTIG, *von Gerenroda. Gedruckt zu Franckfurt am Mayn*, 1571. fol. In Dedicatione P. IV. præmiſſa, p. 1. hæc leguntur: "Nach "vielem Nachdencken und Nachfragen habe ich endlich "befunden, daſs M. Leonhard Brunner ſeliger, welcher "zuletzt

"zuletzt hieher gen Landau kommen, und in dem Pfarr-"amte auch bey uns im HErrn seliglich entschlafen, etwas "dergleichen, wiewol mit grosser Kürtze, vor etlichen Jah-"ren habe lassen ausgehen; doch hat mir kein Exemplar "mögen zu theil werden.„ En maximam Operis Brunneriani raritatem, quod suo jam tempore Petrus Gedultig, ipse Pastor Landavienſis & Succeſſor Brunneri, frustra quæsivit, & nancisci nullo modo potuit.

Les Oeuvres de BRVSCAMBILLE, contenans ſes fantaiſies, imaginations, & paradoxes, & autres diſcours comiques. *à Rouen* 1635. 12.

Liber æternis tenebris dignus, quem ſentinam dixeris ineptiarum, ſcommatum, ſcurrilitatum, obſcœnitatum, & ſi quid dici poteſt turpius. Vid. S. Rev. Reimmannus in *Hiſtoria univerſali Atheiſm.* p. 392. & in *Catalogo Biblioth.* p. 1119.

Jo. Michaëlis BRVTI, Hiſtoriæ Florentinæ Libri IIX. *Lugdun.* 1562. in 4.

Liber rariſſimus, ac Superiorum juſſu ſuppreſſus; quod indicat *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 384. his verbis: "Es iſt überaus rar; indem der Groſs-Hertzog "von Florenz alle Exemplaria hat aufſuchen laſſen, um ſie "zu ſupprimiren. Der Autor muſste ſich aus Italien weg-"machen; weil er gar zu frey von dem Hauſe de Medicis "geſchrieben hatte.„ Conf. *Biblioth. Hiſtor. Hamburg. Cent. III.* p. 247. *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buderiana pag. 1435. Recuſus nunc extat hic Liber Etruriæ tabulâ geographica, & urbis Florentiæ delineatione illuſtratus in *Theſauro Antiquitat. & Hiſtor. Italiæ*, T. IIX. P. I.

Guilielmi BVCANI Inſtitutiones Theologicæ, ſeu Locorum communium Chriſtianæ Religionis Analyſis.

In Anglia ab Academia Cantabrigienſi ſollicite conquiſitæ, & publice juſſu regio Londini 1622. combuſtæ fuere. Vid. Gerh. Jo. Voſſii & Cl. Viror. *Epiſtolæ*, f. 33. Conf. Schelhornii *Amœnitat.* Tom. IIX. p. 491. Eſt tamen hic Liber repetitis typis editus ſatis ubique obvius.

Gabrielis BVCELINI, *Monachi Theologi Imperialis Monasterii Weingartensis*, Germania Topo-Chrono-Stemmato-graphica, sacra & profana. fol.

Quatuor Opus hoc constat Partibus, quæ diversis locis & temporibus impressæ sunt. Pars I. *Augustæ Vindel.* 1655. Pars II. *ibid.* sed A. 1662. Pars III. *Francof. ad Mœn.* 1672. Pars IV. *Ulmæ* 1678. Hinc raritas. Integrum enim Opus infrequens est.

Martini BVCERI Scripta.

Sensim sensimque in Germania ipso Autore curante excusa haud facile obvia, & præ cæteris editionibus, quæ ex sententia Calvini castratæ prodierunt, æstimanda esse asserit Cl. Schelhornius *Amœnitat. Litterar.* T. V. p. 51. Testem hujus assertionis proferens Gerh. Jo. Vossium in Epistola ad Hug. Grotium, quæ legitur inter *Epistolas Vossianas*, f. 447. scribentem: "Consulendæ sunt editiones illæ, "quas nobis Germania produxit; non quæ ex sententia "Calvini castratæ prodierunt *Genevæ*. - - - Cum vero "omnia fere Buceri sint moderatissima, tum imprimis Præ-"fatio in *Commentarios super IV. Evangelistas*, in editione "*Argentoratensi* 1530. quæ & ipsa præterita in editione "*Rob. Stephani* anni 1543.„ Idem Vossius locum etiam producit e Buceri *Commentariis in Psalmum II.* qui in editione *Rob. Stephani* 1554. castratus ac interpolatus legitur. Præprimis vero e Buceri Scriptis rarius est Volumen Scriptorum Anglicanorum, cui tit. *Martini* BVCERI *Scripta Anglicana fere omnia, iis etiam, quæ hactenus vel nondum, vel sparsim, vel peregrino saltem idiomate edita fuere adjunctis; a Conrado Huberto singulari fide collecta. Basil. ex Petri Pernæ offic.* 1577. fol. pp. 959. quod recensetur in *Nov. Antiquis Theolog.* 1707. p. 182 sqq. Conf. Alb. Meno. Verpoortenii *Commentat. Histor. de Mart.* BVCERO p. 50. Dan. Gerdesii *Florileg. Librorum rarior.* p. 15. *Thesaurus Bibliothecalis* T. II. p. 230 sqq. T. IV. p. 126 sq.

Philippi BVCHII Fabula Hæreseos Prædestinatianorum, infamandæ Orthodoxiæ a Gratiæ divinæ

divinæ adversariis olim confictæ, & Seculo nostro in scenam productæ, adscititia vero specie exuta. *Francof. ad Oder.* 1676. in 4.

Rarissimum esse hunc Librum, pauciſſimisque cognitum, qui scilicet propriis Autoris sumtibus fuerit excusus, docet Theologus b.m. incomparabilis Jo. Fechtius in *Lectionibus Theologicis in Selectior. Controversiarum Syllogen* p. 280.

Guil. BVDAEI Opera omnia, IV. Voll. *Basileæ*, apud *Nicol. Episcopium. jun.* 1557. fol.

Opus rarissimum vocatur in *Bibliothecæ* Scalbruch. *Catal.* I. p. 35. Quæ in quolibet Tomo continentur, legi possunt in Frid. Jac. Leickheri *Vitis Cl. JCtor.* p. 105 sqq.

Guil. BVDAEI, *Med. D. & Quedlinburgensis primum Medici, postea vero Illustriss. Principis Brunsvic. & Luneburg. Archiatri, & Episcopatus Halberstadiensis Physici*, Scripta omnia sunt rarissima. Indicat hoc doctiss. Dn. Reimmannus in *Commentat. de Libris Genealogicis*, ubi satis copiose de Budæi Scriptis agit, P. I. p. 130 sqq. his verbis: "Ac licet "ipse (Budæus) propriam Typographiam in suis ædibus "habuerit, omnesque enarratos Tractatus, si non totos, "tamen ex parte exscribi curaverit, tamen tam rara hodie, "& cara ejus sunt omnia, ut animi vehementer pendeam, "an Reliquiæ Sanctorum apud Pontificios majori in pretio "& Veneratione esse queant.„ Ejus *Thanatologia, Helmstad.* 1605. in 8. edita, anteaque inventu perrara, recusa jam legitur inter *Scriptores Rerum Germanicarum*, a Jo. Mich. Heineccio & Jo. Georg. Leuckfeld. *Francof.* 1707. editos. Præcipue autem hic ex Scriptis Budæi in censum veniunt:

Familia & Patrimonium B. Stephani Halberstadensis. Das ist: Das Halberstädtische Stamm- und Lehn-Register von den Fürsten, Grafen, Freyherren, Rittern, und Adels-Personen, ihren Geschlechtern, dann auch Erb-Sitzen, und Gütern, so dieselben sammt und sonders

vom

vom Stifte Halberſtadt ehemals zu Lehen gehabt, und einestheils anjetzo noch haben und tragen; in drey Theile ordentlich verfaſſet durch *Guil.* BVDAEVM, *der Arzeney Doctorn, und eines Hochwürd. Dom-Capituls und ehrbaren Raths zu Halberſtadt beſtalten Phyſicum daſelbſt.* In *Halberſtadt*, durch *Jac. Arnoldum Koter*, A. 1615. in 4.

Delineationem hujus Operis, quod vix milleſimo contigit, ut illud conſpicere potuerit, habes apud Reimmannum *l. c.* p. 137-151.

Guil. BVDAEI Vita Alberti II. Epiſcopi Halberſtadienſis, & Ducis Brunſvicenſis. *Halberſtadii* 1624. in 4. germanice.

Prima ſaltem Pars hujus Scripti, annos regiminis XVI. complectens, edita eſt; & vero admodum ſimile videtur alteram Partem ab Autore, morte inopinata A. 1625. abrepto, non fuiſſe confectam. Rariſſima autem eſt hæc *Biographia* BVDAEI *Albertina*, ut patet ex ſequentibus Cl. Reimmanni in *Commentat. de Libris Genealog.* II. p. 206. verbis: "BVDAEI *Vita Alberti* in noſtris aliisque terris inven"tu eſt rariſſima. Quod quidem an inde evenerit fortaſſis, "quod belli tricennalis tempore Exemplaria direpta ab illo"tis manibus, & rebus vilioribus involvendis admota fue"rint; an vero aliunde & hinc etiam acciderit, quod Scri"ptum hocce Auroris ſumtibus excuſum poſt ejus mortem, "cum Bibliotheca ſua dilaceratum ab hoſtibus & diſperſum "ſit: indubitato confirmare non poſſum. Hoc poſſum di"cere, hunc Librum eſſe unum ex rariſſimis apud nos, & "Phœnicis alicujus more modove vix ſemel iterumve intra "multos annos in Bibliothecis publicis privatisque conſpici; "in tabernis autem librariis prorſus exulare, niſi Libris an"tiquis & obſoletis & compactis ſe interdum immiſceat.,,

- - - - Chronicon Halberſtadienſium Epiſcoporum; cum Prolegomenis de Initio, Progreſſu & Decremento Halberſtad. Epiſcopiæ.

Ingen-

Ingentem hujus Scripti raritatem *l. c.* indicat Cl. Reimmannus, cujus hæc sunt verba: "Chronicon hoc foliis Sibyllæ æquiparari potest, usque adeo nulli ejus inspiciendi datur copia. Et ego mihi optime sum conscius, quantum opera & laboris insumserim, priusquam eam, quæ a Budæo excusa est, particulam adipisci potuerim. Totum enim Opus nunquam ad umbilicum perveniſſe, nedum excusum esse alicubi, sed æque ut Vitam Alberti II. mansisse imperfectum his fere argumentis persuasum mihi habeo &c.„ His Reimmanni verbis inducor credere, *Particulam* quandam hujus *Chronici* fuisse excusam; qua in conjectura confirmor a doctiss. Jo. Georg. Leuckfeldio, qui in Præfat. *Antiquitat. Halberstadiens.* §. 3. mentionem facit: *Den Anfang seines* (*Guil.* Budaei) *in 4. Bog. incomplet edirten historischen Discourses von denen Kriegen und Empörungen des Stiftes Halberstadt, von der Fundation an bis auf die Zeit des sechsten Bischoffes Sigismundi.* Conf. Casp. Sagittarii *Historia Halberstadiensis*, §. 2.

Wenceſl. Budoweitz *a Budowa*, Circulus Horologii Lunaris & Solaris. *Hanov.* 1616. in 4.

Rariſſimus audit Cl. Zeltnero in *Historia Crypto-Socinian.* p. 73. Addendus huic Libro ejusd. Autoris *Gnomon Apologeticus Circuli Horologii. Hanov.* 1618. in 4.

Cæsaris Egassii Bulaei, *Eloquentiæ Profess. emeriti, antiqui Rector. & Scribæ Univers. Paris.* Historia Universitatis Paris. a Carolo Imperatore usque ad annum 1600. Tom. I. & II. *Parisiis* 1665. in fol. Tom. III. *ibid.* 1666. Tom. IV. *ibid.* 1668. Tom. V. *ibid.* 1670. Tom. VI. *ibid.* 1673. in fol.

Liber extra Galliam rariſſimus, & in ipsa Gallia perrarus. Vid. Wendleri Dissertat. *de Libris rar.* §. 23. Prior Tomus satis copiose recensetur *in der Thomasischen Biblioth.* pag. 23 sqq. & p. 140 sqq.

Jo. Antonii Bumaldi Minervalia Bonon. Civium Anathemata, seu Bibliotheca Bononiens. cui

cui acceſſit antiquiorum Pictorum & Sculptorum Bononienſium brevis Catalogus. *Bononiæ*, typis *Hæredis Victorii Benatii*, 1641. Superiorum permiſſu, in 24.

Librorum rariſſimorum numero adnumeratur a Theoph. Sincero in *Bibliotheca Hiſtorico-Crit. Libror. rarior.* p. 98. Latet ſub Bunaldi nomine Ovidius Montalbanus, cujus Scripta cætera recenſentur in Valerio Zani *Memorie impreſi, & ritratti de Signori Academici Gelati de Bologna* p. 352 ſqq.

Petri BVNELLI, *Galliæ Præceptoris, & Pauli* Manutii *Itali*, *Diſcipuli*, Epiſtolæ Ciceroniano ſtylo ſcriptæ. Henr. Stephanus Dedicationem & Præfationem præmiſit. A. 1581. Typis *Henr. Stephani*, in 8.

Liber rariſſimus, teſte Cl. Bunemanno, qui in *Catalogo Libror. rariſſ.* p. 116. pretium illi III. taleror. ſtatuit.

Petri BVNGI, *Bergomatis Canonici*, Liber de Myſteriis Numerorum.

Scriptis Magicis rarioribus adnumeratur a Jo. Ernſt Berger in *Diatr. de Libris rar.* p. 8. Mart. Lipenius in *Biblioth. Philoſoph.* p. 1011. tres Libri hujus recenſet editiones: *Bergomi* 1585. in 4. *ibid.* 1590. in 4. *Pariſiis* 1618. in 4.

Franciſcus BVRCHARDVS de Autonomia, das iſt, von Freyſtellung mancherley Religion und Glauben. *München* 1593. in 4. iterum *ibid.* 1602. in 4. fol. 492.

Admodum rarenter obvium, uti per litteras mihi indicavit S. Rev. Jo. Bernh. Haſſelius. Recenſetur in Chr. Aug. Saligii *Hiſtoria Aug. Confeſſ.* T. I. p. 788 ſq.

Petri Bapt. BVRGI Commentarius de Bello Svecico. *Leodii* 1633. in 4.

Rariſſimus vocatur a Car. Frid. Buddeo in *Schediaſm. de Criteriis boni Libri*, p. 35. id quod de hac editione, quæ eſt nitidiſſima, cuique acceſſerunt imagines, inteſligo. Recuſus enim ſæpius eſt hic Liber ſub titulo: *Mars Svecо-Germanicus*, *Colon* 1641. 1642. in 12. Vid. Chriſt. Gryphius

phius *de Scriptoribus Hiſtor. Seculi XVII. illuſtrant.* p. 68. De Autore Petro Bapt. Burgo quædam lectu digniſſima habet Menckeniorum *Bibliotheca Virorum Militia æque ac Scriptis illuſtrium*, p. 103 ſq.

Walteri BVRLEY Liber de Vita ac Moribus Philoſophorum, Poëtarumque veterum. *Argentinæ*, 1516. in 4.

Non ſolum hæc Argentina, ſed reliquæ etiam hujus Libri editiones, quæ typis adhuc rudibus, naſcente demum Typographia, fuere excuſæ, raræ ſunt ac perraræ. Leg. Cl. Heumannus in *Actis Philoſoph.* T. III. p. 282 ſq. & 449. *Zeit- und Geſchicht-Beſchr. der Stadt Göttingen*, T. III. p. 182 ſq.

Petri BVRMANNI Sylloges Epiſtolarum a Viris illuſtribus ſcriptarum, Tomi V. *Leidæ*, apud *Sam. Luchtmans* 1727. in 4.

Hæc Collectio Epiſtolarum, quæ recenſetur in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1728. p. 155 ſqq. omnium præſtantiſſima eſt, & rariſſima: ultra enim 400. exempla typis non ſunt exſcripta. Vid. Cl. Scharfius in *Notis ad* Oſiandrum *de Studiis privatis V. D. Miniſtri*, p. 152.

Arthur BVRY, vid. LATITVDINARIVS & *Naked* GOSPEL.

Statii BVSCHERI Crypto-Papiſmus novæ Theologiæ Helmſtadienſis. *Hamb.* 1640. in 4.

Exemplaria hujus Scripti, cujus quædam exempla perſonatum Chriſtiani Petri nomen gerunt, Fiſco juſſu Principis ſunt addicta. Vid. Helmſtadienſium *Refutatio* hujus Libri, *in Præfat. lit. c.*

Jo. BVSTAMANTINI de reptilibus animantibus S. Scripturæ Libri VI. duobus Tom. comprehenſi. *Lugduni*, ap. *Ant. Pilehotte*, 1620. in 8.

Liber perdoctus & oppido rarus, ex quo multa transſumſiſſe videtur Sam. Bochartus. Raritatem indicant *Catalogus Bibliothecæ* Lampianæ p. 93. & Godofr. Balth. Scharfii *Entheiligtes Gottes-Haus*, p. 417. Prima hujus Libri editio prodiit *Compluti*, 1595. in 4. Recenſetur in *Merkwürdigkeiten Biblioth. Regiæ Dreſdenſ.* T. II. p. 532 ſq.

C.

Le CABINET du Roy de France, dans lequel il y a trois Perles precieuſes d' ineſtimable valeur: par le moyen des quelles ſa Majeſté ſ'en vale premier Monarque du Monde, & ſes Sujets du tout ſoulagez par N. D. C. A. 1581. in 8.

Liber hic continens Deſcriptionem Galliæ ſub Rege Henrico III. in Gallia ſuppreſſus & proſcriptus, quia plurima Regis & Regni ſecreta in illo propalata ſunt. "C'eſt une "Satire, „ inquit Mr. le Long, "très-vive, & très-me-"priſable, qui contient le detail de France ſous le Roy "Henry III. Les trois Perles, dont il eſt parlé dans le titre "ſont les trois Etats du Royaume.„ Vid. *Biblioth. Hiſtor. du France.* n. 7945. Autor eſt Nicol. Froumenteau, ut non ſine cauſſa conjectatur Mr. le Duchat *dans ſes Remarques ſur la Confeſſion de Sancy*, chap. III. p. 375. edit. 1699. Conf. Theoph. Sinceri *Nachrichten de Libris rarior.* T. I. p. 72. Jo. Chriſt. Mylii *Biblioth. Anonym.* p. 249.

Le CABINET Satyrique, ou Recueil des vers piquans, & Gaillards de ce tems. Tiré des ſecrets Cabinets des Sieurs de Sygognes, Regnier, Mothin, Berthelot, Maynard, & autres de plus ſignalez Poëtes de ce Siécle. Tomes II. 1667. in 12.

Liber valde rarus dicitur quidem in *Bibliotheca Viri cujusdam litterati Berolini* 1732. diſtracta, p. 232. raritas tamen ab aliis in dubium vocatur. Poſſideo editionem *Pariſ.* 1632. in 8.

Melch. DE CABRERA, Diſcurſo legal, hiſtorico y politico en prueba del Origen, Progreſſes, Utilidad, Nobleza y Excelenzias del Arte de la Imprenta. *Madrid* 1675. in fol.

Vid. Aug. Bayeri *Memor. Libror. rarior.* in *Præfat.*

CAEREMONIARVM Libri, vid. CEREMONIARVM.

Andreæ

Andreæ CÆSALPINI Quæstionum Peripateticarum Libri V. *Venet.* apud *Juntas*, 1571. in 4. *Genevæ* 1588. in fol. Alph. 1.

De ingenti hujus Operis raritate legatur Jac. Bruckerus in *Historia Crit. Philosoph.* T. IV. p. 221 sqq. Conf. *Relatt. Innoc.* 1703. p. 755 sqq. & infra TELESIVS.

Julii CASARIS Versio Gallica, suscepta a Rege Ludov. XIV. & edita sub titulo: La Guerre des Suisses, traduite du I. Livre des Commentaires de *Jules* CESAR par Louis XIV. de Dieu donné Roy de France, & de Navarre. *à Paris, de l'Imprimerie Royale*, 1651. in fol. cum fig.

Liber hic rarissimis adnumeratur in *Biblioth.* Mencken. p. 154. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 160.

Constantini CAJETANI de religiosa S. Ignatii Fundatoris Societ. Jes. per Patres Benedictinos Institutione, deque Libello Exercitiorum ejusdem. *Venet.* 1641. in 8.

Insigniter rarus vocatur in *Catalogo Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 73.

Jo. CAJI Scripta.

Rariora esse Mich. Maittaire indicat T. III. *Annal. Typogr.* p. 419. scribens: "Optandum profecto fuerit, ut *Johannis* CAJI de suis Popularibus tam bene, cum scribendo, "tum faciendo, meriti, Vita & Opera omnia, tam edita, "quæ non ubivis occurrunt, quam inedita, undecunque "corrogari possint, in unum tanquam Corpus compacta "luci publicæ redonarentur.„ Rarissimis inprimis est adnumerandus *Jo.* CAJI *de Canibus Britannicis Libellus, & de rariorum animalium atque stirpium Historia, alter; & de Libris propriis tertius; non antea excusi Londini, per Guil. Seresium Typograph.* 1570. in 12.

Jean DE LA CAILLE Histoire de l'Imprimerie, & de la Libraire, où l'on voit son Origine,

gine, & ſon Progres jusqu'en 1689. diviſée en deux Livres. *à Paris*, 1689. in 4.

Pauciſſimis quibusdam hujus editionis Exemplaribus plagulæ aliquot, quæ in cæteris deficiunt, ſine paginarum numero, ſed aſteriſcis notatæ, interjectæ ſunt. Titulus quidem nihil differt ab Exemplaribus reliquis: at vero ſtatim p. 3. Sermo prolixus *de Bibliothecis Veterum* connectitur cum Cuſtode ejusdem paginæ, & per quatuor folia continuatur; deinde inſeritur: *Modele pour ranger une Bibliotheque, & la maniere d'en faire le Catalogue.* Porro præſtantes adſunt Effigies primorum Artis Typographicæ Inventorum, quæ alias deſiderantur. Exemplar tale recenſet V. C. Aug. Bayerus in *Memoriis Libror. rarior.* p. 50 ſqq. nos docens, plagulas illas, quas interpoſitas eſſe diximus, decies tantum excuſas fuiſſe.

Petri CALANNAE Philoſophiæ Seniorum Sacerdotia & Platonica. *Panormi*, ap. *Jo. Anton. de Franciſcis*, 1599. in 4.

De rariſſimo hoc Libro data opera exponit Cl. Jo. Henr. a Seelen in *Selectis Literariis* p. 693-718.

CALCVLATOR, vid. SUISSETH.

Ed. CALDEIRAE varias Lectiones

Diu fruſtra quæſivit Ill. Everhardus Otto. Vid. *Acta Eruditor.* 1734. p. 47. Tacet de Autore *Bibliotheca Juris* Struvio-Buderiana. Ex *Eruditorum Lexico* autem diſcimus, hujus Autoris, qui *Eduardus* CALDERA nominatur, *Libros IV. variarum Lectionum*, una cum reliquis ejus Scriptis, *Antwerpiæ* 1612. in fol. prodiiſſe.

Jo. CALVINI Inſtitutiones Religionis Chriſtianæ. *Argentor.* 1539. per *Rihelium*, in fol.

Rariſſima eſt hæc editio, & præprimis illa iſtius editionis Exemplaria albis corvis rariora ſunt, quæ loco *Jo. Calvini*, *Alcuini* nomen in fronte gerunt. Non deſunt inter Eruditos primi Ordinis Viri, qui exiſtentiam hujusmodi Exemplarium negare audent; quam nuper etiam celeberrimus Jac. Basnagius Tom. II. *Lectionum Antiquar. Canif.* P. I. p. 487.

in

in dubium vocavit, iisdem fere argumentis, quibus Bælius usus fuerat. At vero non feciſſe injuriam Calvino, qui tradiderunt Alcuini eum nomen in memorata editione aſſumſiſſe, patet ex elegantiſſ. Chriſt. Sigism. Liebii Diatribe *de Pſeudonomia Jo. Calvini, Amſtelod.* 1723. edit. ubi inter alia p. 26. inquit: "Bibliothecis longe plurimis conſultis, cujus "rei occaſionem mihi iter meum facilem præbebat, hanc "editionem fruſtra quæſivi. Et dum de expiſcanda illa "prope deſpero, duo ejus Exempla ſeſe mihi denique obtu"lerunt: alterum Londini, in libraria ſupellectile Viri "humanitatis doctrinæque laude florentiſſimi, Dav. Durandi, "Eccleſiæ Gallicæ, quæ in æde D. Martini colligitur, Sa"cerdotis; alterum Lutetiæ Pariſiorum, in Biblioth. Sor"bonnica, monſtrante illud, qua eſt humanitate Viro Cla"riſſimo, D. Salmone, Bibliothecæ ejus Præfecto. Londi"nenſe in fronte nullum prorſus ψευδονομίας veſtigium præ "ſe fert, contra quam Schultingius aliique tradiderunt. "Titulus enim ita habet: *Inſtitutio Chriſtianæ Religionis, "nunc vero demum ſuo titulo reſpondens, Auctore Johanne* "CALVINO *Noviodunenſi; cum Indice locupletiſſimo. "Habac. I. Quousque Domine! Argentorati, per Vendeli"num Rihelium, menſe Auguſto, A. 1539. in fol.* Titulum "ſequitur, idque altera facie paginæ, quæ titulum exhibet, "Epiſtola ad Lectorem, in qua de editione hac, haud paulo "auctiori, quam prima fuerat, breviter diſſeritur. Hanc "excipit Dedicatio, quæ una Pſeudonymiam repræſentat. "Ita enim in fronte ejus legitur, prorſus ut Schultingius & "Fevardentius tradiderunt: *Potentiſſimo, Illuſtriſſimoque "Monarchæ, Magno Francorum Regi, Principi ac Domino "ſuo* Alcuinus. Sed Sorbonnicum Exemplar, cæteris omni"bus ſervatis, nomini Joannis Calvini, Alcuini nomen ſub"ſtitutum oſtentat hoc modo: *Inſtitutio Chriſtianæ Reli"gionis, nunc vere demum ſuo titulo reſpondens, Autore* "Alcuino; *cum Indice locupletiſſimo &c.* Quæ variatio "tituli in una eademque editione fortaſſis inde profecta eſt, "quod utrique parti, & Reformatorum, & Romanæ Eccle"ſiæ addictorum, Librum ſuum vel Bibliopola, vel Calvinus "ipſe, venditare voluit, ratus illos nomine genuino, hos "adulterino magis ad lectionem ejus allici poſſe.„ Cæterum de editionibus præſtantiſſimi hujus Libri notandum,

hanc noſtram *Argentoratenſem* ſecundam eſſe, non primam, ut ſcribit V. C. Theod. Haſæus in *Bibliotheca Bremenſi* ad fratris mei Woldebrandi Vogt, Præpoſiti & Paſtoris olim Bremervördenſis, jam Eccleſiæ Cathedralis Bremenſis meritiſſimi, *Diſſertat. de Eli Phili*, *Claſſ. VI.* pag. 524. Prima editio, quæ tamen rudimentum ſaltem eſt ſubſequentium, *Baſileæ* 1536. in 8. prodiit; ſecunda *Argentor.* 1539. in fol. tertia *ibid.* 1543. quarta *Genevæ* 1545. in fol.

Jo. CALVINI Defenſio orthodoxæ fidei de Sacra Trinitate, contra prodigioſos errores Michaëlis Serveti Hiſpani; ubi oſtenditur Hæreticos jure gladii coërcendos eſſe, & nominatim de homine hoc tam impio juſte & merito ſumtum Genevæ fuiſſe ſupplicium. *Oliva Roberti Stephani*, 1554. in 8.

Libellus rariſſimus, cui oppoſitus fuit Scriptum æque rarum, cujus hic index: *Contra Libellum* CALVINI, *in quo oſtendere conatur Hæreticos jure gladii coërcendos eſſe. A. D. MDCLXII.* in 8. Hic ille ipſe Liber eſt, quem Sandius & multi alii ſub nomine *Dialogorum inter Vaticanum & Calvinum* laudant. Non ſunt tamen Dialogi; ſed Liber tantum more Dialogorum compoſitus eſt. Recenſetur in S. R. Mosheimii *Hiſtoria Mich. Serveti*, p. 155 ſq. Extat etiam idem Libellus ſub titulo: *Diſſertatio, qua diſputatur, qno jure, quove fructu Hæretici ſint coërcendi gladio vel igne; vel Dialogus inter Calvinum & Vaticanum* in 8. ſine loco & anno.

Abrah. CALOVII Hiſtoria Syncretiſtica, d. i. Chriſtliches wohlgegründetes Bedencken über den lieben Kirchen-Frieden und Chriſtliche Einigkeit in der heilſamen Lehre der himmliſchen Wahrheit in III. Buchern verfaſſet. *Gedruckt im Jahr 1682. und wieder aufgelegt 1685.* in 4. pagg. 1114.

Hiſtoriam & fata hujus Libri ab Electore Saxoniæ vendi prohibiti, ac Fiſco addicti, exponunt Buddeus in *Iſagog. in Theo-*

Theologiam p. 1237. Stollius in *Historia Theologiæ* p. 378. Mich. Lilienthal *in der Theolog. Biblioth.* p. 817 sqq.

Ægid. CAMARTI, *Ord. Minor. Gener.* Elias Thisbites, sive de rebus Eliæ Commentarius. *Parisiis* 1631. in 4.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Gerh. a Mastricht, p. 37.

G. CAMDENI Actio in Henr. Garnetum, vid. *Henr.* GARNETVS.

Joach. CAMERARII Historica Narratio de Fratrum Orthodoxorum Ecclesia in Bohemia &c. *Heidelbergæ* 1605. in 8.

Liber rarissimus, variorum Opusculorum rariorum exhibens Collectionem, recensetur in S. R. Dan. Gerdes *Florileg. Libr. rarior.* p. 17.

Joach. CAMERARII, *Papebergensis*, Commentarius Explicationis primi Libri Iliados Homeri. *Argentor. ex offic. Cratonis Mylii*, 1538. in 4. pagg. 152. *Ejusd.* Commentarii Explicationum secundi Libri. ibid. 1640. in 4. pp. 207.

"Diese Anmerkungen sind sehr gelehrt geschrieben, "und werden von Kennern hochgehalten, und als eine "grosse Rarität eifrig gesuchet.„ Hæc D. Götze in *Merkwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresd.* T. II. p. 120.

Thomæ CAMPANELLÆ Monarchia Messiæ. *Æsii*, apud *Gregor. Arnazzinum*, 1633. in 4.

Præter hunc titulum alius adhuc adest specialior, Libri argumentum exponens, uti sequitur: *Compendium, in quo per Philosophiam divinam & humanam demonstrantur Jura Summi Pontificis, Christianorum Patris & Capitis super universum Orbem in temporalibus & spiritualibus, & Jura Principum Filiorum ac Membrorum super subditos populos, mirabili quadam novaque ratione; item de Juribus Regis Catholici in alteram Hemisphærium, contra adulantes & adversantes.* Liber omnium rarissimus, cujus prolixiorem recensionem habes in Aug. Bayeri *Memoriis Libror. rarior.*

p. 32 sqq. Conf. Lud. Mart. Kahlii *Biblioth. Philosoph. Struvian.* T. I. p. 302.

M. R. P. F. Tomaso CAMPANELLA della Libertà, & della felice Suggettione allo Stato Ecclesiastico. *In Giesi, stampato da Gregor. Arnazzini*, 1633. in 4.

Thomæ CAMPANELLAE Atheismus triumphatus.

Integer titulus est: *Ludovico Justo XIII. Regi Christianissimo, ad Christianæ rei Patrocinium dedicat Fr. Thomas* CAMPANELLA, *Ord. Prædicat. tres hosce Libellos, videlicet: Atheismus triumphatus, seu contra Anti-Christianismum Achitophellisticum &c.; de Gentilismo non retinendo; de Prædestinatione, & Reprobatione, & auxiliis divinæ gratiæ, Cento Thomisticus. Parisiis, apud Tussanum du Bray*, 1636. in 4. *Cum Privileg. Regis.* sine indice. item *Romæ, apud hæredes Bartholomæi Zannetti*, 1631. in 4. maj. cum Indice rerum. Liber itidem summe rarus, qui recensetur in Theoph. Sinceri *Nachrichten* T. I. p. 205 sqq. Conf. Jacobi Bruckeri *Historia Crit. Philosophiæ* T. V. p. 107. 144. Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* p. 192 sqq.

F. Thomæ CAMPANELLAE de sensu rerum & Magia Libri IV. Pars mirabilis occultæ Philosophiæ, ubi demonstratur, Mundum esse Dei vivam statuam, beneque cognoscentem; omnesque illius partes partiumque particulas sensu donatas esse, alias clariori, alias obscuriori, quantus sufficit ipsarum conservationi ac totius, in quo consentiunt; & fere omnium Naturæ Arcanorum rationes aperiuntur. Tob. Adami recensuit, & nunc primum evulgavit. *Francofurti, ap. Egenolph. Emmelium; impensis Godofr. Tampachii.* A. 1620. in 4. pp. 371.

Autor in hoc Libro id agit, ut omnibus rebus, etiam iis, quæ anima destituuntur, sensum tribuat. Recensetur a Th. Sincero

Sincero T. I. *der Nachricht von raren Büchern*, p. 209 sqq. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* 993.

Thom. CAMPANELLAE Philosophiæ rationalis Partes V. videlicet Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Poëtica, Historiographia, juxta propria principia. Suorum Operum Tom. I. *Parisiis, apud Joannem du Bray*, 1638. in 4. Cum Privil. Regis; cum signo Campanulæ.

Recensetur a Theoph. Sincero in *Biblioth. Historico-Crit. Librer. rarior.* p. 104 sqq.

Thom. CAMPANELLAE de Libris propriis, & recta ratione studendi, Syntagma. *Parisiis, apud Viduam Guilielmi Pelé, via Jacobæa, sub signo Crucis aureæ*, 1642. in 8. pp. 88.

Scriptis perraris adnumeratur a doctiss. Heumanno in *Conspectu Reipubl. Litter.* p. 176. Conf. Theoph. Sinceri *Nachrichten* T. II. p. 25 sqq.

Jo. Antonii CAMPANI Opera omnia. *Romæ, per Eucharium Silber, alias Franck*, 1495. fol. *Venetiis, per Bernardinum Vercellensem, jussu Dn. Andreæ Torresano de Asula*, 1502. in fol.

Recensentur hæ editiones a Mich. Maittaire T. I. *Annal. Typograph.* p. 591. 592. 593. ed. recentiss. 1733. Opera vero Campani adeo rara sunt, ut vel ipsis Eruditorum Primiceriis ignorentur. Vid. *Acta Eruditor.* 1707. p. 279. Recensentur satis copiose a doctiss. Jo. Alb. Fabricio in *Bibliotheca med. & infimæ Latin.* T. I. p. 900 sqq. Conf. Frid. Otton. Menckenii *Præfat. ad Jo. Ant.* CAMPANI *Opera selectiora Lipsi.* 1734. in 8. edita.

Jo. CAMPANI Göttlicher und heil. Schrift, vor vilen Jahren verdunckelt, und durch unheylsame Leer und Leerer (aus GOttes Zulassung) verfinstert, Restitution und Besserung; ein Sendbrief an Königl. M. von Denmarcken &c. durch Nic. Frantz von Streiten 1532. in 8. 11 pl.

Anti-Trinitarii hujus Scripta rariſſima ſunt. Cauſſam raritatis exinde derivat Cl. Schelhornius, quod illa nusquam publice divendita, ſed potius ſuppreſſa fuerint. Recenſionem prolixam hujus Libelli habes apud laudatum Schelhornium in Diſſertat. elegantiſſ. *de Jo. Campano Anti-Trinitario*, quæ legitur T. IX. *Amœnitat.* a p. 1-92. Idem Campanus alium conſcripſit Librum, cui titulum fecit: *Contra totum poſt Apoſtolos Mundum.* Liber hic num germanico an latino idiomate concinnatus ſit, numque publicæ luci expoſitus, an ſuppreſſus, tenebrisque mancipatus fuerit, definire non audet Cl. Schelhornius. „Si editus eſt, „ inquit p. 55. "ipſa raritate eum rariorem eſſe cenſeo, qui in tot "inſtructiſſimarum Bibliothecarum Catalogis eum fruſtra "quæſivi, & neminem, qui illum aut conſpexerit unquam, "aut fando duntaxat, ubi vel unicum ejus exemplar lateat, "audiverit, novi, licet ſtudioſiſſime de eo inquiſiverim.„

Symphoriani CAMPEGII *Medici*, Scripta.

"Libros ejus laudatos quidem legi, „ inquit Herm. Conringius, "ſed nunquam tamen contigit videre. Noſtra Bi- "bliotheca iis caret. Num in Guelfica habeantur, neſcio.„ Vid. Conringiana *Epiſtolica* p. 19. In Guelpherbytana Bibliotheca Campegii *Practicam novam in Medicina de omnibus morborum generibus*, *Baſil.* 1547. in 8. editam, docuit me per litteras Rev. Jo. Bernh. Haſſelius, Summus ibidem Sacrorum Antiſtes. Floruit Campegius Lotharingorum Principis Archiater A. 1524. ac ſuo jure Polygraphis adnumerandus eſt. Prolixum Scriptorum ejus numero fere XXX. Catalogum habes in G. A. Mercklini *Lindenio renovato*, p. 986 ſqq. Conf. Jo. Chriſtoph. Mylii *Memorabilia Bibliothecæ Jenenſ.* p. 74. 75.

Pietr. Mar. CAMPI Iſtoria univerſale, coſi delle coſe Eccleſiaſtiche come ſecolari di Piacenza, ed altre città d'Italia. *Piacenza* 1659. in fol.

Liber rariſſimus tribus Partibus Hiſtoriam Placentinam, immiſtis plurimis Genealogicis, ac Diplomatibus, pertractat. Vid. *Catalogus Bibliothecæ* Hübnerianæ p. 47.

Antonio

Antonio CAMPO, Cremona fideliſſima Città, e nobiliſſima Colonia de i Romani rappreſentata in diſegno col ſuo Contado ed illuſtrata d'una breve Iſtoria delle coſe piu notabili apartenenti ad eſſo & i ritratti Naturali de i Duchi e Ducheſſe de Milano e Compendio delle loro Vite. *In Cremona*, 1585. in fol. *In Milano*, 1645. in 4.

Editio Cremonenſis admodum rara eſt, & pretioſa. Vid. *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio.Mencken. p.369. *Biblioth. Hiſtorica* Struvio-Buderiana p. 1395. & Nic. Franc. Haym *Notiz. de Libri rari* p. 59. cujus hæc ſunt verba: "Queſta "edizione e rariſſima, e ſtimata per gl' intagli in rame d'Ago- "ſtino Caracci. Fu anche impreſſa in Milano 1645. in 4. "ma e di gran lunga inferiore all' edizione in fol.,,

CANONES & Decreta SS. Oecumenici & generalis Concilii Tridentini. *Romæ*, apud *Paulum Manutium, Aldi F.* 1564. fol. maj.

Editio hæc rariſſima eſt, princeps ac authentica, jubente Pontifice, excuſa; hinc magno pretio vendi in Gallia ſolet. Differt ſæpe ab aliis editionibus, typosque præfert majuſculos ac nitidiſſimos. Vid. Sagittarii *Introd. in Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 1484. Schelhornii *Amœnit.* T. V. p. 254. Poſſidemus editionem *Venetam* 1564. apud *Hier. Cavalcalupum* in 12. typis nitidiſſimis excuſam.

Franceſco CAPECELATRO Storia di Napoli. *In Napoli* 1640. in 4.

Opus rariſſimus, cujus prior ſaltem Pars prodiit. Vid. Haym *Notizia* p. 62. *Catalog.* Fresnoio-Mencken. p. 373.

Wolfg. Fabricii CAPITONIS Scripta omnia

Rariora eſſe, nec niſi in vetuſtiſſimis iisque probe inſtructis Bibliothecis obvia, docet S. Rev. Dan. Gerdes in *Florileg. Libror. rarior.* p. 17. & ob raritatem inprimis laudat *Enarrationes in Habacuc, Argentin.* 1526. in 8. ac *Commentarium in Malachiam*, ſi fortaſſe ullibi extet.

Caroli CARAFA, *Episcopi Aversani*, Commentaria de Germania Sacra restaurata, sub Summis PP. Gregorio XV. & S. D. N. Urbano IIX. regnante Aug. & Piissimo Imp. Ferdinando II. *Colon Agripp.* apud *Cornelium ab Egmond*, 1639. in 8.

Liber rarior, imprimis hæc editio, quæ nitidissimis typis, non quidem *Colonienſibus*, sed revera *Batavis*, excusa est, quamque recensent Serpilius *de Libr. rar.* p. 85 sqq. & Theophil. Sincerus *de Libris rar.* T. I. p. 212 sq. Gottl. Stolle *Nachricht von den Büchern in seiner Biblioth.* P. XV. p. 616. *Merkwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresdenſ.* T. II. p. 322: Est nobis ad manus editio *Francof.* 1641. in 12. Rudioribus quidem & oculo ingratis litteris excusa est hæc editio; sed addita tamen p. 405. *Continuatio* usque ad ann. 1641. quæ *Pars II.* appellatur. Certe hic Carafæ Liber dignus est, qui cum cura legatur. Multa enim arcana consilia, quorum erat particeps, aperuit: hinc parum gratiæ apud Pontificios iniit; quorum multi operam dederunt, ut supprimeretur. Vid. *Bibliotheca Historico* - Struvio - Buderiana p. 962.

Jo. CARAMVELIS *à Lobkowitz*, vid. LOBKOWITZ.

Propugnaculum Fidei Christianæ *Victoris* DE CARBEN, *primum Judæi Rabi, & Legis periti, nunc Christiani Sacerdotis*, instar Dialogi Christianum & Judæum disputatores introducens, in quo, quod Jesus verus Messias, verus Deus & Homo, totiusque humani generis Salvator sit, quodque ejusdem superbenedicta mater Maria omnium fidelium auxiliatrix Virgo immaculata & perpetua permanserit, ex Lege & Prophetis luculenter ostenditur, & comprobatur, in 4. foliis 171.

Nec in titulo nec in calce annus editionis expressa est; in Exemplari vero Thomasiano annus 1518. antiqua manu designa-

designatus est, quem & alii afferunt. Accuratam ac satis prolixam recensionem Libri hujus insigniter rari habes in S. R. Jo. Christ. Wolfii *Bibliotheca Hebraica* T. I. p. 355. T. II. p. 1004. T. III. p. 238 sq. T. IV. p. 568 sqq.

Victoris DE CARBEN, *olim Judæi, sed modo Christiani & Sacerdotis*, Opus aureum ac novum, a doctis Viris diu exspectatum, in quo omnes Judæorum errores manifestantur, qui hactenus nobis ignoti fuere. *Colon.* 1504. in 4. iterumque *ibid.* 1509. in 4.

Opus longe rarissimum, licet duæ prostent editiones; de quo legas laudatum Wolfium in *Biblioth. Hebr.* T. IV. p. 816. & Rev. Reimmannum in *Catalogo Bibliothecæ suæ* pag. 474.

Hieron. CARDANI, *Mediolanensis Medici*, de Subtilitate Libri XXI. Ad Illustr. Principem Ferrandum Gonzagam. *Norimbergæ*, apud *Jo. Petrejum*, 1550. fol. & 1554. in fol.

Legitur in his editionibus longe rarissimis locus quidam impius & scandalissimus, qui in posterioribus editionibus fuit omissus. Rem integram libet exponere verbis doct. Mr. de la Monnoye *T. IV. Menagian.* p. 305: "Cardan fait encore puisque Pomponace. Dans le onzieme de ses Livres "de la Subtilité il compare entre elles succintement les quatres Religions generales, & après les avoir fait disputer "l'une contre l'autre, sans qu'il se declare pour aucune, "il finit brusquement de cette sorte: *Igitur his arbitrio "victoriæ relictis.* Ce qui signifie en bon François, qu'il "laissa au hazard à decider de la victoire. Paroles qu'il "corrigea de lui-même dans la seconde edition, & des quelles cependant il ne laissa pas trois ans après d'être repris "aigrement par Jules Scaliger *Exercitat.* 258. n. 1. à cause "du sens terrible qu'elles renfermoient, & de l'indifference "qu'elles marquoient de la part de Cardan touchant la "victoire, que l'un des quatre partis, quel qu'il fut pouvoit remporter, soit par force des raisons, soit par la force "des armes.,, Personæ inter se de Religione contendentes sunt

sunt Idolorum cultores, Judæi, Mahumetani, & Christiani. Hinc factum, quod Marin. Mersennus in *Comment. in Genes.* p. 1829. scribat, Cardanum Libro XI. de Subtilitate Summam monstrosi Operis de tribus Impostoribus exhibere.

Hieron. CARDANI, *Mediolanensis, Medici, ac Philosophi præstantissimi*, in Cl. Ptolomæi Peluſienſis IV. de Astrorum Judiciis, aut, ut vulgo vocant, Quadripartitæ Constructionis, Libros, Commentaria, quæ non solum Astronomis & Astrologis, sed etiam omnibus Philosophiæ Studiosis plurimum adjumenti adferre poterunt; nunc primum in lucem edita. Præterea ejusdem Hieron Cardani Geniturarum XII. & auditu mirabilia & notatu digna, & ad hanc Scientiam recte exercendam observatu utilia, exempla; atque alia multa, quæ interrogationibus & electionibus præclare serviunt, vanaque a veris recte secernunt; ac denique Ecclipseos, quam gravissima pestis subsecuta est, exemplum. *Basileæ*, excudebat *Henr. Petri*, mense Martio A. 1554. in fol. pp. 613.

Hic integer est titulus Libri rarissimi, & a pauciſſimis inspecti, qui impietatis & Atheismi labem Autori affricuit. Christi thema natalitium ex Astrologorum regulis in illo delineat Cardanus, & astrorum commentitiis legibus astrorum Dominum subjicit, dum ex Servatoris nostri Genituræ id omne deducit, quod illi contigit, & quod nosmet ceu divinum & supernaturale in ejus vita stupemus. Prolixa ex rariſſimo Opere excerpta habes in *Observationibus Hallens.* T. X. Obs. IX. § 7. p. 221. *Conf.* Jo. Andr. Schmidii *thema Christi natalitium impie & absurde erectum*, *Jen.* 1683. Ex qua Disputatione cap. I. §. 3. discimus, in edit. *Basileensi Henr. Petrina* 1578. fol. hæc de Genitura Servatoris non contineri, quæ etiam, ut suspicor, in aliis editionibus, itemque in Sponiana *Operum* omnium Cardani editione non leguntur.

guntur. Adsunt tamen in editione etiam rarissima *Lugdunensi* 1555. in 8. Vid. Jac. Bruckeri *Historia Crit. Philosoph.* T. V. p. 76. Cæterum Cardanus non fuit primus istius impietatis & audaciæ opifex; jam ante Cardanum erratum a nonnullis hunc errorem fuisse, ut Christum fallis & commentitiis astrorum imaginibus submitterent, demonstrat Bælius in *Diction. Histor.* art. *Cardanus*, not. 2.

Hieron. CARDANI, *Mediolanensis, Medici ac Philosophi*, Somniorum Synesiorum, omnis generis insomnia explicantes Libri IV. quibus accedunt Ejusdem hæc etiam: De libris propriis; de curationibus & prædictionibus admirandis; Neronis Encomium &c. *Basileæ*, per *Henr. Petri*, A. 1562. mense Septembri, in 4.

Possidemus hunc Librum eximiæ raritatis. Vid. Jacobi Bruckeri *Histor. Crit. Philosoph.* T. V. p. 62.

Jo. Baptistæ CARDONÆ *Episcopi Denosani*, Liber de Diptychis. *Tarraconæ* 1587.

Librum hunc rarissimum esse indicat Casp. Sagittarius *de Natalitiis Martyrum*, cap. I. §. 17. & Jo. Henr. Leichius in *Præfat. Diatribes de Diptychis Veterum, & de Diptycho Eminentissimi Quirini*, *Lipsi.* 1743. in 4. maj.

CAROLI *Magni, nutu Dei Regis Francorum*, Opus contra Synodum, quæ in partibus Græciæ pro adorandis imaginibus stolide sive arroganter gesta est. A. 1549. in 16. pagg. 646.

Satis accuratam Libri hujus, ipsa raritate rarioris, notitiam suppeditat, Eruditorumque circa illum lapsus diligenter annotat Frater conjunctissimus Woldebrandus Vogt in Disquis. elegantiss. *de Carolinis contra imaginum cultum Libris, & Eli Phili primo eorum editore*, quæ legitur in *Biblioth. Bremens.* Class. VI. p. 520 sqq. & post Woldebrandum Vogt S. Rev. Christoph. Aug. Heumannus, qui nuper hanc primam editionem recudi fecit *Hanov.* in 8. 1731. Ex cujus Præfatione notamus, Pontificios statuisse, Opus hoc vix natum vel potius renatum opprimere, & oculis mortalium subducere: quod

quod consilium eo usque illis successit, ut hodie nil rarius sit editione prima, atque præstantissimæ Bibliothecæ ea careant. Certe Mastrichtius, Syndicus Bremensis, tanti hanc editionem æstimabat, ut peregrinis copiosam suam Bibliothecam lustrantibus primo loco monstrare soleret. Ac Heumannus præter illud, quod ipse possidet exemplum, ac præter Mastrichtianum vix unum præterea investigare potuit. Repetitæ interim hujus Operis editiones prodiere. Primam *Coloniæ* 1555. factam esse plures prodiderunt memoriæ, Goldastus, Caveus, Olearius, Labbeus, Oudinus, Bælius, aliique. Hæc vero editio facta est corvo rarior albo. Existentiam illius in dubium vocat Cl. Hasæus in *Biblioth. Bremens.* Class. VI. p. 529. Heumanno etiam nemo unus occurrit Scriptor, qui sibi visam esse eam profiteretur. Altera *Francofurti* 1596. in 8. prodiit, ut patet ex *Biblioth.* Mencken. p. 290. Etiam hæc editio, cujus nullam mentionem fecit Cl. Heumannus, est rarissima. Denuo iterum Librum prelo subjecit Melch. Goldastus, *Francof.* 1608. in 8. pp. 778.

CAROLI *Magni* Homiliarium. *Impressum Factore Petro Drach, jun. Spiræ* 1482. in fol.

Opus longe rarissimum, quod olim in Biblioth. Diecmanniana manibus tractavi, cujus Exemplar jam est apud doctiss. Jo. Henr. von Seelen, qui copiose illud recenset in *Selector. Litterar.* Spec. VII. Extat etiam in Biblioth. Sondershusana. Vid. Tentzelii Dissertat. *de Ritu Lectionum Sacrar.* §. 52. Conf. J. D. Koleri *Commentat. de Biblioth. Caroli M.* §. 6. p. 14 sqq. Repetitæ hujus Operis editiones sunt *Lugdunensis* 1520. quam primam & antiquissimam esse arbitratus fuit P. Lambecius *Comment. de Bibliotheca Vindobon.* Lib. IIX. p. 160. Notatur propterea a B. Jo. Diecmanno in *Scriptis Germanicis* p. 143. De duabus aliis editionibus, *Basileensi* 1516. in fol. & *Colon. Agripp.* 1569. fol. quædam observavit Casim. Oudinus *Commentar. de Scriptor. Eccles. Iast.* T. I. p. 1930 sqq.

CAROLI *Magni*, *Imper. Rom.* Fragmenta quædam. vid. *Wolfgang.* LAZIVS.

CAROLI V. *Imper.* Commentarii de rebus a se gestis.

Si

Si extant, certe rariſſima ſunt. Conſignaſſe illum lingua Gallica *Commentarios de rebus a ſe geſtis* teſtantur du Verdier, Brantome, Nic. Antonius, Hieron. Ruſcelinus, Sivertius aliique, citati in Menckeniorum *Bibliotheca Virorum Militia ac Scriptis illuſtrium* p. 132. At eos lucem non adſpexiſſe proclive eſt. Etſi enim & Adrianus Pars *Indic. Batavic.* p. 428. quendam ejus Librum lingua Belg. *Gand.* 1599. fol. prodiiſſe teſtetur, & Anton. Teiſſier *Catal. Autor. & Bibl.* T. II. p. 36. diſerte ſcribat, CAROLI V. *de propria Vita Libellum Hanoviæ* 1602. prodiiſſe; adhuc tamen eum latere in MStis exiſtimaverim cum Menckeniis *l. c.* p. 133.

Andreæ CAROLOSTADII Scripta omnia. Sunt infrequentia, atque raro in inſtructiſſimis etiam Bibliothecis conſpicua. Pleraque eorum indicat & diligenter recenſet Cel. Dan. Gerdes in *Florileg. Librorum rariorum* p. 19-30.

Raymundi CARON, *Hiberni, ex Ord. Minorum Recollecti*, Remonſtratio Hibernorum contra Lovanienſes, Ultramontanasque cenſuras, de incommutabili Regum Imperio, ſubditorumque fidelitate, & obedientia indiſpenſabili; ex S. Scripturis, Patribus, Theologis &c. vindicata. Cum duplici Appendice: I. de Libertate Gallicana; II. contra infallibilitatem Summi Pontificis. A. 1665. Cum Licentia & Privilegio Superiorum. in fol.

Liber egregius in Anglia impreſſus; at perrarus, & non ubivis obvius. Vid. Jac. le Long *Biblioth. Hiſtor. Galliæ*, n. 2521.

D. Frai Bartholome CARRANZA Commentarios ſobre el Catechiſmo Chriſtiano. *En Anvers* 1558. in fol.

Libris rariſſimis adnumeratur in *Biblioth. Anonym.* T. I. pag. 33. his verbis: "Ce livre, qui eſt de la plus grande "rareté, a été defendu par l'Inquiſition d'Eſpagne, & ſon "Auteur CARRANZA mis en priſon étant Archevêque "de

"de Toledo.„ Conf. Nic. Antonii *Biblioth. Hiſpan. Nov.* T. I. p. 148.

Nicol. CARRI, *Novocaſtrenſis Angli*, de Scriptorum Britannicorum paucitate, & ſtudiorum impedimentis Oratio nunc primum edita. Ejusdem fere argumenti aliorum Centones aliquot adjiciuntur. *Lond.* ap. *Thom. Marſch*, 1576. in 12.

Carrus Vir Latinitatis caſtioris inter Anglos ſtudioſiſſimus & eloquentiſſimus, Græcæ linguæ apud Cantabrigienſes Profeſſ. Regius, præter Epiſtolas nonnullas etiam hanc Querelam reliquit, cujus argumentum delineat V. Cl. Aug. Bayerus in *Memoriis Librorum rariór.* p. 257 ſqq.

CARTHVSIENSIS Ordinis inſtituta antiqua & nova, cum Bullis Pontificum Romanorum. *Baſileæ*, per *Amersbachium*, 1510. in fol.

Liber rariſſimus a Carthuſianis hodie ſummo ſtudio ſolitus occultari. Vid. *Bibliotheca* Cyprianica, & præ cæteris Colerus *Anthologia* T. I. p. 161. 163. 171. ubi ex literis S. R. Cypriani ſequentia a Cölero allegantur: "Quidam Vir "magnus obtulit 100. *Joachimicos*, ſed dilacerare Biblio- "theculam non eſt e Republica literaria.„

Explication de quelques Endroits des anciens Statuts de l'Ordre des CHARTREUX avec des éclairciſſemens donnez ſur le ſujet d'un Libelle qui a été compoſé contre l'Ordre.

Scriptum raritatis plane eximiæ, de quo hæc leguntur in Sainjore *Bibliotheque Critique* T. I. p. 379: "Le General "des Chartreux, qui en eſt l'auteur garde toutes les exem- "plaires, qu'il ne communique qu'aux Prieurs de ſon Ordre, "& aux très-petit nombre de ſes Amis; parce qu'il a été "imprimé en Cachette ſans Privilege.„

Iſaaci CASAUBONI de Satyrica Græcorum Poëſi, & Romanorum Satyra, Libri II. *Pariſ.* 1605. in 8.

Libris rariſſimis adumeratur in *Cat. Biblioth.* Schalbruch. P. II. p. 96.

Merici

Merici CASAUBONI, *Is. F.* de quatuor linguis Commentationis Pars prior, quæ de lingua Hebraica & de lingua Saxonica. *Londini*, typis *J. Flesher*; sumtib. *Ric. Mynne*, 1650. in 8.

Constat pagg. 418. non computatis pagg. 72. quæ continent Guil. Somneri Cantuarienſis *Notas* ad verba veterа germanica a Juſto Lipſio *Epiſt. Cent. III. ad Belgas* n. 44. collecta. Liber rariſſimus, cujus Pars poſterior linguæ græcæ deſtinata & latinæ, nunquam prodiit. Hunc V. Cl. Theod. Janſon ab Almeloveen una cum aliis quibusdam rarioribus Merici Caſauboni Tractatibus promittit in *Præfat.* p. 74. inſerere *Epiſtolis* Iſaaci & Merici Caſauboni; ſed fruſtra illum hic quæſiveris. Etiam Cel. J. H. a Seelen in *Memor. Staden.* p. 77. hunc Caſauboni Librum cum Acceſſionibus quibusdam recudendum promiſit. Copioſe recenſetur in *Beyträgen zur Crit. Hiſtorie der deutſchen Sprache* T. VII. p. 414 ſqq.

- - - - Liber de Ortu Sermonis.

De quo Morhofius in *Polyhiſt.* Libr. IV. cap. I. §. 5. p. 5 ſcribit: "Hunc Librum quantacunque diligentia quæſitum "videre non licuit." At vero nunquam editus fuit hic *Tractatus de Ortu Sermonis*, & ipſe Mericus Caſaubonus illum inter promiſſa ac latentia Volumina enumerat. Vid. Vita Iſaaci Caſauboni in editione *Epiſtolarum* Almeloveen. pag. 75.

- - - - Pietas contra maledicos patrii nominis & Religionis hoſtes. *Lond.* 1621. in 8. pagg. 167.

Liber hic vix hodie habetur, teſte Georg. Richtero in *Epiſtolis ſelectior.* p. 493. Recuſus jam legitur in editione Almeloveeniana *Epiſtolarum* Caſauboni.

- - - - a true relation of what paſſed betwen D. John Dee, and ſome Spirts. *Lond.* 1659. in fol.

Libris rarioribus & prohibitis adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Mencken. p. 816.

Petri CASTELLANI, *in Academ. Lovanienſi Græc. Lit. Profeſſ.* Vitæ illuſtrium Medicorum,

qui toto orbe ad hæc usque tempora floruerunt. *Antwerp.* ap. *Guil. a Tongris*, 1618. in 8.

Recenſetur & Libris perraris adnumeratur in *Theſauro Bibliothecali* T. III. p. 119 ſq.

Jo. Andr. CASTELLIONAEI Antiquitates Mediolanenſes ex urbis Parœciis collectæ, Ichnographicis ipſarum tabulis, recentibus rerum Memoriis, variis Eccleſiaſticis Ritibus auctæ & illuſtratæ. *Mediolani* 1625. in 4. cum fig.

Liber parum cognitus, & ob paucitatem Exemplarium impreſſorum in pretio habendus: hinc etiam inſertus a Jo. Georg. Grævio in *Theſauro Italiæ*, T. III.

Edmundi CASTELLI Lexicon Heptaglotton. *Lond.* 1669. in fol.

Maximus impreſſorum Exemplarium numerus in triſtiſſimo Londinenſi A. 1666. incendio in fumum abiit. v. Schelhorn. *Amœnitat.* T. II. p. 395. 396. Inveniuntur tamen hinc inde Exemplaria in Bibliopoliis.

Fabricio Pons DE CASTELVI, *Cavallero de la Orden de Santiago*, Guſtavo Adolfo Rey de Svecia, Vencedor y vencido in Alemannia. *In Madrid* 1648. in 4.

Didacus DEL CASTILLO de Veſtitu Aaronis. *Antwerp.* 1663. in fol.

Libris rarioribus adnumeratur in *Bibliotheca* Lampiana p. 73. Nunc recuſus extat.

Fray Hernando DEL CASTILLO Hiſtoria general de St. Domingo, y de ſu Orden de Predicatores. *Valladolid* 1612. V. Tomis, in fol.

Raritatem teſtatur *Catalogus Biblioth. Anonym.* I. p. 144. his verbis: "Cette hiſtoire complette telle que l'eſt celle "ci eſt extremement rare.„ Conf. *Catalogue de la Biblioth.* de Marquis de S. Philippe, T. I. p. 43.

F. Alfonſi DE CASTRO, *Zamorenſis Ordinis Minimor.* adverſus omnes Hæreſes Libri XIV. in

in quibus recenſentur & revincuntur omnes Hæreſes, quarum memoria extat, quæ ab Apoſtolorum tempore ad hoc usque Seculum in Eccleſia ortæ ſunt: nunc demum diligentius recogniti, ac emendatius, quam antehac, typis excuſi. *Coloniæ*, excudebat *Melch. Noveſianus* anno a Chriſto nato 1539. in fol.

Editio hæc Colonienſis, quæ mihi ad manus eſt, cum editione *Pariſienſi* 1534. & *Colonienſi* 1543. in pretio ſunt apud Eruditos propter inſigne teſtimonium de ignorantia Paparum, quod *Lib. I. cap 4. fol. 8. b.* legitur, ubi poſteaquam infallibilitatem Pontificum impugnarat, ac eorum impudentiam miratus fuerat, qui aſſentantur Papæ, ac ſi in interpretatione Sacrarum Litterarum hallucinari non poſſit, ita pergit: *Cum conſtet, plures eorum adeo illiteratos eſſe, ut Grammaticam penitus ignorent, qui ſit, ut Sacras Litteras interpretari poſſent?* Quæ Alfonſi verba Pontificii ex editionibus *Pariſienſibus* 1565. & ſequentibus eradentes negare audent, Alfonſum unquam, vel usquam ita ſcripſiſſe. Plura dabunt Caſp. Lœſcher *de Latrociniis in Scriptores publicos*, p. 44 ſqq. Jo. Adam Scherzer in Diſſ. *de Catholico*, §. 64. Jo. Henr. von Seelen in *Philocalia Epiſtol.* p. 212. & Jo. Gottl. Mollerus in Diſſertat. *de Alf. a Caſtro teſtimonio de ignorantia Paparum, Roſtoch.* 1693. qui tamen fallitur, ſcribens editionem A. 1543. antiquiſſimam eſſe.

CATALOGVS Bibliothecæ inclytæ Reipubl. Auguſtanæ utriusque tum Græcæ tum Latinæ Librorum & impreſſorum & manu exaratorum. *Auguſtæ Vindelicor.* per *Valentinum Schœnigk*, A. D. 1600. in fol.

Autor hujus Libri, cujus perpauca ſaltem Exemplaria reperiuntur, eſt Georg. Heniſchius. Raritatem atteſtantur Vinc. Placcius in *Theatro Anonym.* p. 264. aliique citati in *Theſauro Bibliothec.* T. I. p. 6. 7.

CATALOGVS Bibliothecæ Bavaricæ.

Propter raritatem laudatur Morhofio in *Polyhiſtor. Litter.* T. I. p. 211. Duplex de Bavaricis Monachii ac Ingolſtadii

Bibliothecis excusus est Catalogus hoc rubro: *Catalogus Græcorum MStorum in Sereniſſimi Bavariæ Ducis Bibliotheca Monachii. Ingolſtadii* 1603. & 1620. in 4. *Catalogus Græcorum MStorum in Bibliotheca Ducis Bavariæ. ibid.* 1602. in 4.

CATALOGVS Librorum rariſſimorum ab Artis Typographicæ Inventoribus, aliisque ejus artis Principibus ante annum 1500. excuſorum; omnium optime conſervatorum, in 8.

Catalogi hujus rariſſimi, cujus 25. tantum Exemplaria *Venetiis* excuſa fuiſſe perhibent, recenſionem ſuppeditat Cl. Aug. Bayerus in elegantiſſimis *Memoriis Libror. rarior.* p. 262. Conſtat ſaltem 4. plagulis nitidiſſimis typis exſcriptus & ſecundum alphabeti ordinem compoſitus eſt. Codices antiquiſſimos impreſſos tum ſacros tum profanos diligentiſſime, quod ad titulum & antiquitatis notas, deſcribit, paſſimque Obſervationes addit non indoctas. Collectio hæc equidem in Mich. Maittairii *Annalibus* ultra dimidiam partem jam legitur; nihilominus tamen editiones pene multæ, eæque plerumque Italicæ, a Maittairio prætermiſſæ, reperiuntur. In fine hæc verba commendationis loco extant: *Pretioſiſſima hæc Librorum Collectio, cujusvis magni Principis Bibliotheca digniſſima, conſtat Voll. CCXVII.*

CATALOGVS Librorum Bibliothecæ Domini Joach. Faultrier, Abbatis B. V. Arduennenſis, & S. Lupi Tricaſſini, Præfecti Hannoniæ, &c. digeſtus a Proſp. Marchand, Bibliopola Pariſienſi. *Pariſiis, ap. Proſp. Marchand, & Jac. Quillau*, 1709. 8. maj.

Infrequens, & quantivis pretii ob Præfationem ſeu Epitomen Syſtematis Bibliographici in ordinanda Bibliotheca adhibenda, quam præmiſit Proſper Marchand. Maximis Encomiis ornatur a Mich. Maitaire in *Annal. Typograph.* T. III. p. 482.

An exact Collection or CATALOGUE of our Engliſh Writres on the Old and New Teſtam. either

either in whole or in part, Whether Commentators, Adnotators, Elucidators or Expositors, at large or in single Sermons. *Lond.* 1663. in 8.

Libri hujus parum cogniti copiosam notitiam suppeditat Vir Reverend. Jo. Christ. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 276. 277.

CATALOGVS Hæreticorum, Romæ conflatus 1559. continens alios IV. Catalogos, cum Annotationibus Petri Pauli Vergerii. *Phorzhemii*, 1560. in 8.

Libellus rarissimus, ex indicio S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Libr. rar.* p. 31.

CATALOGVS Testium Veritatis, qui ante nostram ætatem Pontifici Rom. ejusque erroribus reclamarunt; jam denuo longe quam antea & emendatior & auctior editus. Opus varia rerum cognitione refertum, in quo præter alia multi utiles Libelli, multæque Historiæ nusquam alibi extantes. Appendici inserta vera Demonstratio, quod Electio Præsulum & Episcoporum non ad Ecclesiasticos solum, sed & ad Laicos pertineat, hique hoc Jure Electionis a Christi tempore ad an. 1500. usi sint. *Basileæ*, ex offic. *Jo. Oporini*, 1562. mense Martio, in fol.

Hæc editio nec castrata, nec interpolata merito in pretio est apud Eruditos. Vid. Bunemanni *Catalog. Libror. rariss.* p. 55. In Bibliothecula nostra adest editio *Basil.* per *Jo. Oporinum*, *A.* 1556. in 8.

CATECHESIS, continens Explicationem simplicem & brevem Decalogi, Symboli Apostolici, Orationis Dominicæ, Doctrinæ de Pœnitentia & de Sacramentis, contextam ex Cor-

pore Doctrinæ Christianæ, quod amplectuntur & tuentur Ecclesiarum Regionum Saxonicarum, & Misnicarum, quæ sunt subjectæ ditioni Electoris Saxoniæ &c. Edita in Acad. Vitemberg. & accommodata ad usum Scholarum puerilium. Cum gratia & privil. *Vitembergæ* 1571. in 8.

Loco privilegii apparent in pagina adversa insignia Electoralia. Hic integer titulus est Libri rarioris, qui vulgo *Catechismus Crypto-Calvinianus Vitembergensis* nuncupatur. Historiam & fata Libri infausti legas apud Hutterum in *Concord. Concord.* cap. II. p. 138 sqq. Rethmeyerum in *Histor. Ecclesiast. Brunsuic.* P. III. p. 373. Leuckfeldium in *Histor. Heshusiana* p. 94 sqq. & alios; quorum tamen nemo, quod sciam, observavit, recusum esse hunc Catechismum a Vitembergensibus A. 1572. cui editioni addita sunt in titulo verba: *Et jam denuo recognita, addita consignatione, in quibus partibus Scriptorum D. Philippi extent loca hactenus ab aliquibus impugnata in hac Catechesi. Cum gratia & privil. Witebergæ* 1572. in 8. pagg. 126. In fine legitur: *Witebergæ, excudebat Johann Schwertel,* 1572. Possideo posteriorem hanc editionem, quam rariorem esse priori non sine causa suspicor. Germanice Crypto-Calvinianorum Catechismus prodiit cum inscriptione: *Kurtze und nöthige Fragen und Antwort, so neben dem Catechismo des Ehrw. Herrn Doct. Mart. Lutheri für kleine Kinder und schlechte einfältige Leute mögen gebraucht werden, welche andere lange Auslegungen nicht fassen noch behalten können. Wittenberg* 1571. in 8. Utrum editio hæc germanica in omnibus cum latina conveniat, dicere potest, cui utraque editio ad manus. Conf. Gregor. Langemack *Historiæ Catechet.* T. II. p. 331 sqq. & p. 373.

Catechesis Ecclesiarum, quæ in Regno Poloniæ, magno Ducatu Lithuaniæ, & aliis ad istud Regnum pertinentibus Provinciis affirmant, neminem alium, præter Patrem Domini nostri Jesu Christi, esse illum verum Deum Israëlis; homi-

hominem autem illum Jesum Nazarenum, qui ex Virgine natus est, nec alium præter aut ante ipsum Dei Filium unigenitum & agnoscant & confitentur. *Racoviæ*, 1609. in 8.

En titulum Catechismi Racovienſis, Seren. Regi Magnæ Britanniæ Jacobo dedicati, qui postmodum plurimis in locis auctus & locupletatus, quin & correctus atque immutatus fuit a præcipuis (ita legitur in Præfatione editionis nostræ mox citandæ) Ecclesiæ nostræ (Socinianæ) luminibus Jo. Crellio, Jona Schlichtingio, & Mart. Ruaro, ac editus hoc rubro: *Catechesis Ecclesiarum Polonicarum, unum Deum Patrem, illiusque Filium unigenitum, una cum Spiritu S. ex Sacra Scriptura confitentium, A. C. 1609. in lucem primum emissa, & post per Viros aliquot in eodem Regno correcta; iterumque interpositis compluribus annis a Jo. Crellio Franco, ac nunc tandem a Jona Schlichtingio a Bucowiec recognita, ac dimidia amplius parte aucta. Irenopoli, sumtibus Friderici Theophili, post annum Domini* 1659. in 8. Editio postrema est, quæ A. 1684. prodiit. Germanice prostat inscriptus Academiæ Vitembergensi sub titulo: *Der kleine Catechismus, zur Uebung der Kinder in dem Christl. Gottesdienste, zu Rakau*, 1605. Eodem anno etiam *Polonice* prodiit in lucem *Racoviæ* 1605. quæ editio omnium prima est, & longe rariſſima, ut vix ac ne vix quidem alicubi locorum conspici possit. Vid. Jo. Dan. Hofmanni *Collatio Catecheseos Racovienſis Latinæ cum Polonica*, quæ legitur in *Miscell. Lipsienſ. Novis*, Vol. II. p. 205 sqq. Catecheseos antiquioris jam A. 1574. editæ, sed ab ipsis Unitariis suppressæ, mentionem facit M. Jo. Ad. Mullerus in *pec. Dissertatione*, inserta *Observationibus Theologico-Ecclesiasticis Weimarienſ. Collect. XXI.* Possideo editionem inscriptam: *Catechismus der gemeine derer Leute, die da im Königreich Polen, und im Groß-Fürstenthum Litthauen, und in andern Herrschaften, zu der Cron Polen gehörig, affirmiren und bekennen, daß niemand anders, als nur der Vater unsers Herrn Jesu Christi, der einige Gott Israël sey; und daß der Mensch Jesus von Nazareth, der von der Jungfrauen gebohren ist, und kein anderer ausser oder vor ihm, der eingebohrne Sohn*

Gottes ſey. Aus der Polniſchen Sprache verdeutſchet. Zu Rackau, im Jahr nach Chriſti Geburth 1612. in 12. pp. 358. Præfationem ad Academiam Vitembergenſem directam ſubſcribſit Valentinus Smalcius d. 1. Maj. 1608. Plura dabunt Jo. Andr. Schmidius in *Programmate de Catecheſi Racovienſi, Helmſtad.* 1707. & Jo. Georg. Walchius *in der Einleitung in die Religions-Streitigkeit*, T. I. p. 567 ſqq.

CATECHISMVS der Reformirten, aus ihren öffentlichen Büchern gezogen, 1695. in 12. pl. 3.

Extat in Bibliotheca S. Rev. Jo. Bernh. Haſſelii, qui per literas me docuit eſſe Libellum rariſſimum: "Weil alle "Exemplaria, wie viel man auftreiben können, auf Chur-"fürſtl. Brandenburgiſchen Befehl von dem Scharfrichter "in Berlin öffentlich verbrannt, und die nachher gefunden, "in die Magdeburgiſche Regierung nach Halle gebracht "worden.„ Andreas Weſtphal autem in *Diſſertatione* longe rariſſima *Centuriam Librorum publica autoritate combuſtorum* ſiſtente p. 21. id Halæ factum fuiſſe narrat. Conf. Georg. Godofr. Küſteri *Bibliotheca Hiſtor. Brandenburgica*, p. 200.

Nicolai CATHERINOT Annales Typographiques de Bourges, in 4.

Scriptum hoc unica ſaltem plagula conſtat, qualia ſolitus fuit ſingulis annis evulgare Nicol. Catherinot, Licent. Juris in Academia, quæ floret Avarici, & Advocatus Regius, magnæ molis Operibus nunquam delectatus; cujus tamen omnia ſumma cum cura conquiruntur, & difficilius inveniuntur, quam quævis alia non ubivis obvia Scripta. Recenſionem hujus Scriptiunculæ habes in Bayeri *Memor. Libror. rarior.* p. 1 ſqq. Indicem autem Librorum a Catherinoto tum editorum tum edendorum in Cel. J. Chriſt. Wolfii *Monumentis Typograph.* T. II. p. 962 ſqq.

CATHOLICON.

Titulus eſt ingentis, ſed admodum rari Lexici Etymologici Latinæ Linguæ Seculo XIII. a Johanne de Balbis, nobili Genuenſi, unde etiam Januenſis, vel de Janua cognominatur, congeſti. Prima CATHOLICI editio *Moguntiæ* 1460.

1460. in fol. prodiit, cui 100. taleror. pretium ſtatuitur in *Bibliotheca Uffenbach.* T. II. p. 12. *App.* Opus rariſſimum accurate deſcribitur in Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 271 ſqq. ed. noviſſ. Hanc editionem inſecuta altera *Moguntina* 1472. per *Petrum Schœffer de Gernsheim*, de qua Maittaire *l. c.* T. I. p. 317. Deindé ſæpius *Venetiis* 1483. per *Hermann. Lichtenſtein Colonienſem*, eodemque anno 1483. *Nurembergæ, impenſis Anth. Koburger*, 1487. 1491. 1495. 1497. Varios variorum circa hunc Librum ejusque Autorem errores indicat & corrigit Jo. Diecmannus, qui & de editionibus hujus Libri ſatis copioſe diſſerit in *Specimine Gloſſarii Latino-Theotiſci* p. 3. 4. Conf. Jacobi Quetif *Bibliotheca Scriptor. Ordin. Prædicat.* T. I. p. 462. T. II. p. 818. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Lat.* T. III. p. 670 ſqq. *Biblioth. med. & infimæ Latinit.* T. I. p. 437. *Bibliotheca Aproſiana* p. 215 ſqq. edit. *Wolfian.*

Der ſo warhaffte, als gantz aufrichtige, und diſcret-geſinnte CATHOLISCHER, d. i. Tractat oder Diſcours von einigen ſo gantz raiſonnablen und freyen, als auch moderirten Gedancken, Sentimenten, Reflexionen und Concepten, über den heutigen Zuſtand des Religions-Weſens in der Welt, durch eine der Römiſch-Catholiſchen Religion mit Mund und Hertzen redlich zugethane Perſon alſo aufgeſetzt und verfaſſet, alles alleinig zu gröſſern Ehren GOttes des Allmächtigen angeſehen. Non niſi bonis placere cupio. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam; d. i. welche gerne ſehen, daſs alles zu GOttes Ehr, und fein der Raiſon nach, in der Welt herginge. *Gedruckt in einer ſolchen Stadt, daſelbſt es an Catholiſchen Kirchen gewiß nicht ermangelt, A. 1666. Cum facultate eorum, ad quos pertinet*, in 4. Alph. 4. plag. 17.

Liber admodum rarus, & pauciſſimis hominum vel cognitus, nedum viſus aut lectus. Exemplaria ſaltem 48. fuere excuſa, quæ dein ab Autore Erneſto, Haſſiæ Landgravio, quoad fieri potuit, ſuppreſſa ſunt. Copioſam hujus Libri notitiam dedit eximie doctus Theod. Haſæus in *Muſæo Bremenſi* T. II. p. 502 ſqq. Compendium hujus Scripti & latine & germanice prodiit. v. infra EXTRACT.

C. Val. CATVLLI Caſta Carmina ab Raphaële Eglino Iconio Tigurino edita, cum ejusdem Vindiciis Ciris Catullianæ adverſus Joſephum Scaligerum. Acceſſ. Gaſparis Scioppii Epitheta, & Synonyma Poëtica, ut & Notæ ejusdem in Cl. Verderii Cenſionem. *E Typograph. Wolfg. Richteri*, 1606. in 12. 5 pl.

Recenſetur in *Collect. I. Librorum rarior.* pag. 159 ſqq. Non tamen memoratur ab Hottingero, qui alioquin ſatis accurate Raph. Eglini Iconii Scripta enumerat in *Biblioth. Tigur.* p. 92. 93.

Jo. Baptiſtæ CATVMSYRITI, *SS. Theol. Doctoris Italo-Græci Rhegini*, vera utriusque Eccleſiæ Sacramentorum Concordia. *Venetiis* 1632. in 4to.

Librum hunc pauciſſimis cognitum copioſe recenſet Sainjore in *Bibliotheque Crit.* T. III. p. 224 ſqq.

Jac. CAVACII Hiſtoriarum Cœnobii D. Juſtinæ Patavinæ Libri VI. quibus Caſinenſis origo & plurima ad urbem Patavinam ac finitimas attinentia interſeruntur. *Venetiis*, 1606. in 4.

In ipſa Italia rariſſimus. Vid. *Biblioth.* Heukelom. Akerslootiana p. 104.

Jo. Baptiſtæ DE CAVALLERIIS Antiquarum Statuarum Urbis Romæ primus & ſecundus Liber, dicatus Ludov. Madruccio, S. R. E. Card. Ampliſſimo. *Romæ*, in fol.

Inter

Inter rariores primi ordinis numeratur in *Thesauro Bibliothec.* T. IV. p. 56. ubi & cætera ejusdem Cavallerii minus obvia Scripta recensentur.

CAVTIO Criminalis, seu de Processibus contra Sagas Liber: ad Magistratus Germaniæ hoc tempore necessarius, tum autem Consiliariis, & Confessariis Principum, Inquisitoribus, Judicibus, Advocatis, Confessariis reorum, Concionatoribus, cæterisque lectu utilissimus; Auctore incerto Theologo Orthodox. *Rinthelii, typis exscripsit Petrus Lucius, Typograph. Acad.* 1631. in 8. pagg. 398.

Liber rarior & infrequens, vid. Fr. Guil. Bierlingius *de Pyrrhon. Hist. edit. auct.* in 8. p. 238 sqq. quem magnopere laudat ac commendat Christ. Thomasius in Dissertat. *de Crimin. Magiæ*, §. 4. & 5. Insertus jam est in Jo. Reichens *Schriften vom Unfug des Hexen-Processes, Halle* 1703. in 4. De Autore qui est P. Spe legatur Placcius in *Theatr. Anonym.* pag. 23. Editio secunda hujus Libri *Francofurti sumtibus Jo. Gronæi Austrii* A. 1632. in 8. prodiit. Etiam hæc editio perrara est, docente S. R. Eberh. David Haubero in *Biblioth. Magica*, T. III. p. 5: "Auch diese Edition ist "so rar, dass sie selten mehr angetroffen wird, und eine "jede dieser Ausgaben für ein Kleinod einer Bibliothec "gehalten werden." Recusa est hæc altera editio *Solisbaci sumtibus Mart. Endteri, Bibliopol.* A. 1665. in 12. Et huic Editioni satis negligenter curatæ ob raritatem pretium adscribit laudatus Hauberus, quem lege *l. c.* p. 1 sqq. 146 sqq. 781 sqq.

Mini CELSI, *Senensis*, Disputatio, in Hæreticis coërcendis quatenus progredi liceat, ubi nominatim eos ultimo supplicio affici non debere aperte demonstratur. *Christlingæ*, 1577. 8. & cum Theodori Bezæ, & Andr. Dudithii Epistolis duabus recusa sine mentione loci sub titulo: *Mini* CELSI *Senensis, de Hæreticis capitali supplicio non afficiendis. Adjunctæ sunt*

sunt ejusdem argumenti Theodori Bezæ & Andr. Dudithii Epistolæ duæ contrariæ. Cum Indice satis copioso & accurato. 1584. in 8. Liber rarissimus ex consensu omnium. Vid. Magnif. Moshemii *Histor. Serveti* p. 125. Dissentiunt vero inter se Eruditi de Autore hujus Libri: Sunt, qui sub Mini Celsi nomine Sebast. Castalionem latere volunt; alii, ut Sandius, Placcius, Arnoldus, Bailletus & Heumannus, hanc personam induisse Lælium Socinum existimant. At nuper Celeberr. Schelhornius T. VII. *Amœnitat.* p. 86. probatum dedit, Mini Celsi nomen haud adscititium, sed Autoris proprium esse. Extant enim inter *Epistolas Italicas* Claudii Tolomei, itidem Senensis, *Venetiis* 1566. in 8. editas: Fabii Benvoglienti *Litteræ* ad Minum Celsum *Venet.* d. 15 Sept. A. 1548. scriptæ, e quibus ista ætate Virum eruditum, eo nomine insignitum, vixisse patet. Minum autem Senensem Librum suum primo italice scripsisse, & deinde in linguam latinam transtulisse, ipse nos docet p. 117. Conf. Zeltneri *Notæ* ad Ruari Epistolas p. 186. in *Crypto-Calvinismo Altorf.*

Conradi CELTIS *Protucii, primi inter Germanos, Imperatoriis manibus, Poëtæ laureati,* IV. Libri Amorum secundum quatuor Latera Germaniæ. *Norimb.* 1502. in 4. maj.

Libris rarissimis adnumeratur a Schelhornio T. III. *Amœnitat.* p. 144. Theoph. Sinceri *Biblioth. Histor. Crit. Libr. rarior.* p. 343 sqq. Conf. Nic. Hier. Gundlingii *Observatt. Selectar.* Tom. I. p. 1 sqq. ubi integra Commentatio legitur de Vita, Fatis, & Scriptis Conradi Celtis.

CENSORINVS de Die Natali, ex recensione & cum Adnotationibus Eliæ Vineti. Accedunt ejusdem Excerpta de Anni Romani Constitutione. *Pictavii* 1568. in 4.

Editio hæc valde rara nominatur in *Catal. Bibliothecæ* Schalbruch. P. I. p. 109.

Ascanio CENTORIO Commentarii della Guerre di Transilvania Tom. I. *in Venezia, per il Giolito,* 1565. T. II. *ibid.* 1569. in 4.

Liber

Liber egregius, at in ipsa Italia valde rarus. Vid. Haym *Notizia de Libr. rar.* p. 35.

CEREMONIALE Brandenburgicum. *Tremoniæ*, 1699. in 8. pl. 7. iterumque *Friburgi*, 1700. in 8. pl. 13. Cui editione adhæret: *Ceremoniale Palatinum.* Vix hodie & admodum difficulter reperitur hic Liber, quo Ceremoniæ recipiendorum vel mittendorum ad exteros Legatorum lingua Germanica describuntur. Vid. Burch. Gotth. Struvii *Biblioth. Histor.* p. 543. Georg. God. Küsteri *Notitia Scriptorum Brandenburg.* in calce Leutingeri p. 14. Causam raritatis indicat Illust. de Ludewig in Dissertat. *de Jure ablegandi Ordinum S. R. I.* Tom. I. *Opusc. Miscell.* p. 301: "Ceremoniale Brandenburgicum, inquit, quod "privata nonnemo autoritate scribere ac edere voluit, in- "stituto admodum inepto, non tantum supremo Ceremo- "niarum in ista aula Rectori tædium attulit, sed etiam plu- "rimæ hujus Libelli nugæ mereri videbantur, ut is publice "proscriberetur.„ Plura dabit G. G. Küsteri *Bibliotheca Histor. Brandenburg.* p. 534.

Sacrarum CEREMONIARVM Libri III. vid. *Christoph.* MARCELLVS.

CEREMONIES du très magnifique enterrement de Frederic & Sophie Caroline, Roi & Reine de Prusse, gravez en 11. grandes Planches par Wolfgang, au fraix du Roy. *Berlin* 1725. in fol. max. II. Voll.

Opus infrequens & rarum, ex indicio *Catalogi Biblioth.* de Marquis de S. Philippe, T. I. p. 218: "Cet Ouvrage "est fort difficile à avoir.„

Jo. CERNITII Electorum decem, e familia Burggraviorum Norimbergensium, Icones & res gestæ, cum Genealogiis. *Berolini* 1628. in fol.

Liber satis infrequens, & valde rarus, qui ab ipsis Marchiæ Civibus quæritur, teste Christ. Gryphio in *Apparatu de Historicis Sec. XVII.* pag. 77. Prostat enim gallice hoc rubro: *Jean* CERNITII *les vies des Electeurs de Brandenbourg de la maison des Burggraves de Nuremberg avec leurs Portraits,*

Portraits, traduites par Antoine Teiſſier. Berlin 1707. fol. Conf. G. G. Küſteri *Biblioth. Hiſtor. Brandenb.* p. 314.

CHAMP *Fleury*, auquel eſt contenu l'Art & Science de la deue & vraye Proportion de Lettres Attiques, qu'on dit autrement Lettres Antiques, & vulgairement Lettres Romaines proportionnées ſelon le corps & viſage humain. *à Paris, pour Geofroy Tory, Autheur du dit Livre & Libraire*, 1529. in 4.

Liber notatione maxime dignus & inventu rariſſimus copioſe deſcribitur in Maittaire *Annal. Typograph.* T. II. p. 551 ſqq. & *Merckwürdigk. Biblioth. Dresd.* T. II. p. 62.

Pietre CHARRON de la Sageſſe III. Livres. *à Bourdeaux* 1601.

Editio hæc Libris omnium rariſſimis adnumeratur a Gabr. Naudæo in Libro *Maſcurat* dicto p. 118. edit. poſterioris paginarum 717. Cauſam raritatis a Naudæo haud indicatam ignorare vix poteſt, qui in *Dictionario* Bæliano art. *Charron* not. F. hæc legerit: "L'edition de *Paris* 1604. n'eſt point "conforme en toutes choſes à l'edition de *Bourdeaux* 1601. "Celle-ci contenoit des choſes qui furent, ou ſupprimées "dans l'autre, ou adoucies & rectifiées. Cela fit, que "l'edition de *Bourdeaux* fut plus recherchée par les cu- "rieux; & de la vint, que les Libraires firent rimprimer "le Livre en divers endroits ſuivant cette edition-la, ce "qui fit qu'un Libraire de Paris procura une edition, où "il ajouta à la fin du Livre tous les endroits de la premiere "qui avoient été retranchez, ou corrigez, & tout ce que "le Preſident Jeannin avoit jugez devoir être changez. "Cette edition, qui eſt de Paris 1607. a eté ſuivie dans la "rimpreſſion de l'Ouvrage à Rouen 1622. & ailliers elle "eſt ſans doute preferable à la premiere.„ Ejusdem generis eſt editio noſtra *à Rouen chez Jean Berthelin*, 1634. in 8.

Alain CHARTIER Oeuvres contenant l'Hiſtoire de ſon tems, l'Eſperance &c. & autres pieçes

pieçes en proſe & en vers, par André du Chesne. *à Paris* 1617. in 4.

Liber perrarus, teſte Menckenio in *Catalogo Bibliothecæ ſuæ*, p. 820.

DE CHEF-FONTAINE Liber de neceſſaria Theologiæ Scholaſticæ Correctione

Perrarus eſt. Teſtantur raritatem hæc V. C. Lud. Mart. Kahlii verba: "Catalogo Autorum de Philoſophia Scholaſtica inſerere ſolent improvidi Scriptores hunc perrarum "Librum; quum tamen unica tantum quæſtio de Transſubſtantiatione in eodem expediatur. Bibliopola enim "magnifico & generali nimis titulo fumum vendere eſt conatus. Nunquam equidem integrum huncce Librum vidi, "ſed ſemper mutilatum in omnibus Bibliothecis. Defectus "hujus cauſam puriori Religioni addicti facile elicere poſſunt; eoque facilius, quoniam Lutheranorum doctrinæ "in eo favent bene multa. Cæterum obſervamus Librum "iſtum *a Capite fontium* plerumque vocari.„ Vid. Cl. Kahlii *Biblioth. Philoſoph. Struviana* T. I. p. 228.

Martini CHEMNITII Poſtilla, oder Auslegung der Evangelien, durch Melch. Neukirchen, Paſt. zu St. Peter in Braunſchweig, publiciret. *Magdeb.* 1592. in fol. 5 Alph.

Cell. Autores *der fortgeſetzten Sammlung von A. und N. A.* 1737. p. 262. indicant hanc Chemnitii Poſtillam adnumerandam optimis & maxime rariſſimis.

Bogisl. Philippi A CHEMNITZ Hiſtoria Belli Sueco-Germanici.

Liber egregius, ſed parum frequens; hinc pretioſus, perrarus, & in pauciſſimorum manibus. Inſcriptio hæc eſt: *Königlichen Schwediſchen in Teutſchland geführten Krieges erſter Theil; worinnen nechſt umſtändlicher Ausführung der Urſachen dieſes Krieges, deſſen völliger Verlauf, vom Anfang, bis auf des glorwürdigſten Kœniges Guſtaff Adolph, des II. und Groſſen, tödtlichen Abgang, und zu Ende des 1632ſten Jahrs, beſchrieben wird: aus glaubwürdigen und mehren-*

mehrentheils Original-Acten, Documenten und Relationen zusammengetragen, und in IV. Bücher abgefasset, durch jetziger Königl. Majest. zu Schweden Historiographum, Bogislaff Philipp VON CHEMNITZ. *Mit Königl. Majest. zu Schweden sonderbaren Gnaden und Privilegien. Gedruckt zu Alten Stettin bey und in Verlegung sel. Georg Rheten hinterlassenen Erben. Im Jahr Christi* 1648. in fol. pp. 478. non computatis Præfationibus & Indice. Primum hoc Volumen eodem anno eodemque loco e *Typographeo Rhetiano* latine etiam prodiit, Scriptore vel Interprete ipso Chemnitio, qui in Præfatione de stylo suo scribit: "Quod si alicubi "paulo horridius meæ loquantur Musæ; quid mirum? "Quippe qui, relictis in prima juventa litterarum studiis, "magnaque & nobiliore ætatis parte inter Martis pullos "transacta, ex horrido hoc vitæ genere vix ante pauculos "annos, Summatum nostrorum ope emergens, humaniori "me iterum Literaturæ, & Historiæ scribendæ transdide-"rim.„ Constat editio hæc latina pag. 386. Index autem 9. foliorum, qui in germanica adest, in eadem non reperitur. Volumen alterum, Autorem habens Oxenstiernium, etsi Chemnitii nomen præferat, v. *Supplem. ad Nova Acta Erud.* T. I. p. 350. multo rarius est priori, & germanice solummodo excusum, inscribitur: *Königlichen Schwedischen in Teutschland geführten Kriegs ander Theil; worinn dessen völliger Verlauff von des glorwürdigsten Königs, Gustaff Adolph, des II. und Grossen, tödtlichen Hintritt, und Ausgang des* 1632*sten Jahres, bis auf jetiger Königl. Majest. Reichs-Cantzlers gevollmächtigten Legatens in Teutschland und bey Dero Armeen, auch Direct. des Evangel. Bundes, Abreisen nacher Schweden, beschrieben wird: aus glaubwürdigen und mehrentheils Original-Acten, Documenten und Relationen zusammengetragen, und in IV. Bücher abgefasset, durch jetziger Königl. Majest. zu Schweden Teutschen Historiographum, Bogislaff Philipp* VON CHEMNITZ. *Mit Königl. Majest. zu Schweden sonderbaren Gnaden, und Privilegien. Gedruckt zu Stockholm, in Verlegung Jo. Jansonii, Regii Typographi. Im Jahr Christi 1653.* in fol. pp. 1046. non computatis Præfationibus & Indice. Cætera hujus Operis egregii Volumina servantur adhuc in Archivo Regio Holmiensi inedita; digna certa quæ in lucem protraherentur,

Admo-

Admodum enim magnifice de hiſce Commentariis ſentiunt Eruditi. Chriſtianus Gryphius de *Scriptoribus Hiſtoricis Sec. XVII.* p. 69. ſcribit: "Majoris faciendus eſt majorum "Voluminum Autor *B. Ph.* A CHEMNITZ, Holſatus, "qui *Hiſtoriam belli a Guſtavo geſti* II. Voluminibus expo- "ſuit; quorum tamen poſterius priori longe præferunt "prudentiores, ex Axelii Oxenſtiernæ, Rerum Svecicarum "Arbitri, Commentariis maximam partem deſumtum. "Memini Virum illuſtrem Jo. Alb. Portnerum, Conſilia- "rium Cæſareum Aulicum, in Sermone quondam familiari "hunc Librum tanquam Specimen ſtyli civilis, & imprimis "literas ab Oxenſtierna tunc temporis hoſte ad Ferdinan- "dum II. ſcriptas, quibus pacem quidem, ſed animo ne- "quaquam fracto aut degenere ab eo poſcit, mirifice extol- "lere. Dolendum itaque, quod reliqua usque ad finem "Belli Volumina, quæ in mundo fuiſſe, Schefferus in *Sve- "cia Literata* p. 290. tradit, in publicum non exierint. "Attamen bene ſe res habet, quod illuſtr. Pufendorfio "haud dubie viſa, tractataque fuerint &c.„ Holſatum nominant Chemnitium noſtrum Gryphius, Cl Heumannus in *Conſpectu Reipubl. Literar.* pag. 350. edit. nov. & alii, quem Pomeranum, quippe Stetini 1605. d. 9. Maj. natum, nominare debuiſſent. Cum etiam præter Commentarios jam nominatos *Librum de ratione Status* ſub nomine *Hippolyti a Lapide* conſcripſerit Chemnitius, vid. infra *Hippol.* A LAPIDE, inſerendus omnino fuiſſet Joan. Burchardi & Frid. Ottonis Menckeniorum *Bibliothecæ Virorum Militia æque ac Scriptis illuſtrium, Lipſ.* 1734. in 8. editæ.

Flavii CHERVBINI Compendium Bullarii ad ann. 1617. Scholiis auctum ad cujusque Pontificis Sanctiones. *Romæ* 1623. in fol.

Raro proſtat hic Liber; facit tamen ad plurium ex Jure Canonico explicationem, & illuſtrationem, teſte illuſtr. Ludewigio in *Reliq. MStor.* T. I. *Præfat.* p. 127. Editio alia *Romæ* 1638. in fol. memoratur in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Latina* T. III. p. 853. qui etiam in *Bibliotheca med. & inf. Latinit.* T. I. p. 807. ſeqq. de Bullariis Pontificum in genere, & de Bullariis, Laërtii, Angeli, ac Flavii Cherubinorum

in ſpecie agit. Quæ Bullaria Rev. Patres, Angelus a Lantusra & Jo. Paulus a Roma, Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ, optimo conſilio continuarunt. Vid. *Acta Eruditor.* 1736. p. 481. ſqq.

Andreæ DU CHESNE, *Turonenſis*, Normannorum Hiſtoriæ Scriptores antiqui, res ab illis per Galliam, Angliam, Apuliam, Capuæ Principatum, & Orientem geſtas explicantes, ab anno 838. ad ann. 1220. *Pariſiis* 1619. fol.

Liber rariſſimus & in pauciſſimis Bibliothecis obvius. Qui in illo reperiuntur Scriptores recenſet Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Latinit.* T. I. p. 269. ſq.

Andreæ, & Franciſci DU CHESNE Hiſtoriæ Francorum Scriptores Coætanei, quorum plurimi nunc primum ex variis Codicibus MStis prodeunt; alii vero auctiores & emendatiores cum Epiſtolis Regum, Reginarum, Pontificum Ducum, Comitum, Abbatum, & aliis veteribus rerum Francicarum Monumentis. Tom. I. *Pariſ. ap. Cramoiſy*, 1636. Tom. II. *ib.* 1636. Tomus III. & IV. *ibid.* 1641. Tomus V. *ibid.* 1649. in fol.

Liber ex omnium confeſſione inter rariores rariſſimus. "Hic Pentateuchus tam rarus eſt inventu,„ inquit Cl. Reimmannus in *Hiſtor. Litterar. de Libr. Geneal.* P. II. p. 191. "ut animi pendeam, an ex Hiſtoriis, & Genealogiis impreſ- "ſis ullum Opus ſit rarius.„ Et illuſtris de Ludewig in *Præfat. zur rechtlichen Erläuterung der Reichs-Hiſtorie* p. X. ſcribit: "Kein teutſcher Hiſtoricus oder Rechtsgelehrter "im Staat kan ſolches entrathen. Daſs es aber ſo gar ſelten "zu haben, und nun weit über 100. Rthlr. bezahlet wird, "davon giebt man die Urſache: daſs der Königliche Hof "den Schaden daraus gefunden, weil die Teutſchen in "Reichs-Gränzen auf ſolche Schriften ſich bezogen; dahe- "ro was noch übrig von Exemplaren geweſen verbrannt "worden. Das teutſche Reich mögte aber billig das Papier

"zu

„zu einer neuen Auflage hergeben.„ Quæ singula in locuplete hac Collectione continentur, distincte & accurate enarrat Christianus Gottl. Buderus in *Bibliotheca Scriptorum Rerum Germanic.* quæ Burch. Gotth. Struvii Corpori Historiæ Germanicæ præmissa legitur, Jen. 1730. fol. p. 105-118. Conf. *Bibliotheca Historic.* Struvio-Buderiana p. 312-337. *Merkwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresd.* T. I. p. 308. sq.

André DU CHESNE Histoire des Rois, Ducs & Comtes de Bourgogne & d'Arles. *à Paris* 1619. 1628. in 4. II. Voll.

Etiam hunc Librum rariorem esse, ac perdifficulter inveniri, testatur *Catalog. Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 306.

André DU CHESNE Bibliotheque des Auteurs, qui ont écrit l'Histoire, & Topographie de la France. *à Paris* 1637. in 8.

Rarissimus, ut iterum indicat *Catal. Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 206.

Jo. Jac. CHIFFLETII Insignia Gentilitia Equitum Ordinis Velleris aurei, ab ejus Institutione ad nostra tempora; Fecialium verbis enunciata, & latine ac gallice producta. *Antverpiæ*, apud *Balth. Moretum*, 1632. in 4.

Liber rarus & elegans vocatur a Burch. Gotth. Struvio in *Biblioth. Historic.* p. 799.

Jo. CHIFLETII, *JCti Vesontini & Canonici Tornacensis*, Consilium de Sacramento Eucharistiæ ultimo supplicio afficiendis non denegando. *Bruxel. typ. Mommartianis*, 1644. in 8.

Maximæ raritatis, indicante S. R. Magno Crusio in *Bibliotheca Hamburg. mixta* T. III. p. 135.

Valerii CHIMENTELLI, *J. C. in Pisano Lyceo Eloqu. & Polit. Profess.* Marmor Pisanum de honore Biselli. Parergon inseritur de Veterum sellis. Acced. Myiodia sive de Muscis Odoris Pisanis Epistola. *Bononiæ* 1666. in 4.

Scriptum hoc non facile apparet; nam quinquaginta saltem vicibus excusum est. Jam vero insertum legitur *Thesauro* Græviano *Antiquitat. Roman.* T. VII. Conf. Wendleri Dissertat. *de Libris rarior.* §. 1.

Bartholomæi CHIOCARELLI de inlustribus Regni Neapolitani Scriptoribus Liber frustra nobis inquisitus est hactenus; de quo etiam num editus revera existat fere dubitamus. Hæc Jo. Georg. Lotterus in *exquisitissimo Commentario de Vita & Philosoph. Bern. Telesii* p. 4.

Jo. Baptistæ CHRISTINÆI Jurisprudentia Heroica, sive de Jure Belgarum circa Nobilitatem & Insignia, demonstrato in Commentario ad Edictum Belgii Principum A. 1616. in quo Interpretationes Edicti, Leges Romanæ, Decisiones Tribunalium, Historiæ, Antiquitates, Tituli, Ordines Equestres a Rege Catholico concedi soliti, aliarumque Gentium mores confirmantur, confutantur, illustrantur. *Bruxellis* 1668. in fol. Tom. II.

Laudat hunc Librum Ill. Jo. Petrus a Ludewig in *Gelehrten Anzeigen* Tom. I. p. 663. & raritatem indicat his verbis: "Allein dis Buch ist kaum zu sehen, und die Wieder-"auflage, der vielen Kupfer halben, kostbar.„

Paul. CHRISTINÆI Decisiones. *Antverpiæ* 1671. in fol.

De insigni Operis hujus raritate ac caritate, ut & de nova Erfurtensi editione, legantur *Gelehrte Zeitungen* A. 1732. p. 855. sqq.

La CHRONIQUE Martiniane, avec quelques additions de plusieurs Chroniqueurs, sçavoir de Messire Veneron, Chanoine de Liege, Monseigneur le Chroniqueur Castel, Monseign. Gagiun, General des Mathurins, & plusieurs

ſieurs autres Chroniqueurs. *à Paris, chez Anth. Verard,* in fol.

Liber eximiæ ac plane ſtupendæ raritatis. Vid. *Bibliotheca Anonym.* T. I. p. 131.

Eman. CHRYSOLORÆ Erotemata Linguæ Græcæ, in Compendium redacta a Guarino Veronenſi, cum Vita ejusdem per Ponticum Vironium. *Impreſſum Ferrariæ per me Joann. Mazochum,* 1509. in 8.

Hæc editio ipſa raritate eſt rarior, ac tantæ infrequentiæ, ut Mr. de la Monnoye unicum duntaxat ejus Exemplar Pariſiis, idque in Bibliotheca Mazariniana, extare autumet. Vid. *Menagian.* T. III. p. 38. Conf. Maittaire *Annales,* T. II. p. 202. ſqq. & Bunemanni *Catalogus Librorum rariſſ.* p. 109. qui huic Libro pretium XX. taleror. conſtituit. Repetitæ editiones indicantur in Joh. Chr. Mylii *Memorab. Biblioth. Jenenſ.* p. 219. ſq.

CHRYSOSTOMI Opera, græce, IIX. Voll. ſtudio Henr. Savilii. *Etonæ in Anglia, typ. Jo. Norton.* 16 2. in fol.

Eximie rarum eſſe hunc Librum, & vix a privato poſſideri, indicat Celeberr. Jo. Matth. Gesnerus *Opuſculor. Minor.* T. V. p. 18.

Dav. CHYTRÆI, *Theologici ac Hiſtorici eminentiſſimi, Roſtochiana in Academia Profeſſoris quondam primarii,* Epiſtolæ; ob miram rerum varietatem, ſtylique elegantiam cuivis lectu jucundiſſimæ: nunc demum in lucem editæ a Davide CHYTRÆO, Authoris filio. *Hanoviæ, typis Wechel. ap. hæred. Jo. Aubrii,* 1614. in 8. pagg. 1284.

Liber infrequens & rarus. Vid. Langius in *Vita Rhodomanni* p. 64. Schützius in *Vita Dav. Chytræi.*

Alphonſi CIACONII, *Hiſpani,* Bibliotheca, Libros & Scriptores ferme cunctos ab initio Or-

bis ad annum usque 1583. ordine litterarum complectens, opera Franc. Dionysii Camusati, qui eandem Observationibus suis eruditis locupletavit. Formis exscripta est *Parisiis* 1731. in fol. Recensetur etiam in Ephemeridibus litterariis gallice scriptis *Bibliotheque Raisonnée* T. VII. P. I. p. 95. sqq. & in *Ephemeridibus Parisiensium eruditis* ann. 1732. mens. Jun. "Sed adeo rarus est,, inquit Jo. Chr. Wolfius, "ut, nescio cujus culpa, Liber "a multis, meque ipso frustra hactenus sit quæsitus, quam-"vis oculis meis in Belgio visus.,, Vid. *Conspectus Suppellectilis Epistolicæ*, quæ extat apud Jo. Chr. Wolfium, p. 289. Nuperrime hanc ipsam CIACONII *Bibliothecam* cum Accessionibus Jo. Erhardi Kappii, nobilissimi Bibliopolæ, Jo. Casp. Arksteus, & Henr. Mercus, recusam in manus Eruditorum dederunt, *Amstelod. & Lipsiæ* 1744. in fol. Notum est Eruditis aliud ejusd. CIACONII sumtuosum & maxime rarum Opus: *Vitæ & Res gestæ Pontificum Rom. & S. R. E. Cardinalium, ab initio nascentis Ecclesiæ usque ad Clementem IX. Alphonsi* CIACONII, *Ord. Prædicator. & aliorum opera descriptæ, cum uberrimis Notis ab Augustino* OLDOINO, *S. J. recognitæ, & ad IV. Tomos ingenti ubique rerum accessione productæ; additis Pontificum recentiorum imaginibus, & Cardinalium insignibus, plurimisque æneis figuris, cum Indicibus locupletissimis. Romæ* 1677. fol. Ingentem hujus Operis pretiosi in Germania raritatem indicat Cl. Joan. Georg. Estor *de Cardinali impubere Diatr. posterior. §.* 14.

Jo. CIAMPINI, *Romani*, Vetera Monumenta, in quibus praecipue Musiva opera sacrarum, profanarum aedium structura, ac nonnulli antiqui ritus Dissertationibus, Iconibusque illustrantur. *Romæ*, ap. *Komareck*, 1690. in fol. *Ejusd.* Examen Libri Pontificalis, seu Vitarum Romanorum Pontificum, quæ sub nomine Anastasii Bibliothecarii circumferuntur. *Rom.* apud *Komareck*, 1688. in 4.

Rarioribus merito adnumerandi.

CICE-

CICERONIS Opera ad fidem MStorum Codicum curante Petro Victorio. *Apud Juntas* 1537. in fol.

Rariſſimam eſſe hanc editionem docet apud Wendlerum in Diſſertat. *de Libris rarior.* §. 6. Jo. Alb. Fabricius.

Gaſparis CICHOCII Alloquia Oſiecenſia *Cracoviæ* 1615. in 4.

Liber ſummæ raritatis, de quo legantur Jo. Diecmannus apud Placcium in *Theatr. Pſeudon.* p. 183. Bayle in *Dictionair. Hiſtor. Crit.* art. *Sawick Z. Merkwürdigkeiten Bibliothecæ Reg. Dresd.* P. II. p. 160. Aeque rarus eſt alius ejusdem CICHOCII Liber titulum gerens: *Anatomia Conſilii editi de ſtabilienda Pace Regni Poloniæ Jeſuitis pulſis. Cracoviæ, in offic. Andr. Petricavii,* 1611. in 4. pp. 127.

Vincenzo Maria CIMARELLI Storia dello Stato d'Urbino, da Senoni detta Umbria Senonia, e de lor gran fatti in Italia, delle Citta, o Luoghi che in eſſaſſi trovano, e di Corinalto. *In Breſcia* 1642. in 4.

Librum hunc in Italia rariorem eſſe docet Haym *Notiz. de Libr. rar.* p. 43.

Giovani CINELLI, *Calvoli,* Bibliotheca volante. in 8.

Opus integrum, quod *XX. Scanziis* ſive Repoſitoriis conſtat, rariſſime junctim conſpicitur. Totum verſatur in recenſendis Scriptis volantibus, h. e. minutis, quæ propter raritatem ſuam facile ſe ſubducunt, quorum in ſingulis pluteis fere trecenta adnotantur, additis ſubinde Elogiis, & curioſis de Auctore, vel Scripto Obſervationibus. *Scanzia* I. & II. lucem adſpexit *Florenziæ* 1677. III. & IV. *Neapol.* 1682. V. *In Parma, per Giuſeppe dall' Oglio,* 1686. VI. *In Roma, per Franceſco de Lazaris,* 1689. VII. & IIX. *In Parma, per H. & F. Roſatos,* 1692. IX. *Venetiis, ap. Andr. Poletum,* 1700. X. *Venetiis, apud Hieron. Albrizzi,* 1705. XI. *Mutinæ* 1695. XII. & XIII. *Romæ, ap. Franc. de Lazaris,* 1697. XIV. *Venet.* 1691. XV. & XVI. *Venet.* 1706. XVII. *Ferrar.* 1716. XVIII. *ib.* 1717. XIX. & XX. *Patav.*

Duos hos posteriores Tomos post obitum Cinelli Dionysius Sancassanus ex suis, XVII. vero & XIIX. ex Cinellianis schedis, evulgavit. Nuper etiam *Tom. XXI.* Bibliothecæ Cinellianæ prodiit hac inscriptione: *Della Bibliotheca volante di Giov.* CINELLI, *Calvoli, continuata da Dionigi Sancassani, Scanzia XXI. aggiunta da Gilasco Dodoneo, Pastore Arcade, con una lettera latina non piu stampata de Girolamo Negri, contra Pietro Alcinoio, in Rovereto, presso Pierantonio Berno,* 1733. in 8. pp. 192. Cæterum operæ pretium foret, Bibliothecam hanc volantem, cum prope effugiat quærentium oculos, in studiorum usus revocare nova editione. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Conspectum Thesauri Litterar. Italiæ*, pag. 203. sqq. *Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen,* 1733. pag. 766. sqq. *Nova Acta Eruditor.* 1739. p. 381. sqq. 468. sqq.

Hermanni CINGALLI Scriptura Sacra Trinitatis revelatrix. *Goudæ*, ap. *Jacobum de Graef*, (revera autem *Amstelodami*) 1678. in 12. pp. 223.

Latet sub Cingalli larva famosus in Belgio Arianus, Christoph. Sandius, filius, qui in hoc Libello multos Scripturæ locos, qui SS. Trinitatis ὁμοουσίαν, coæternitatem, & coæqualitatem validissime probant, unius vel alterius, recentis nonnunquam Interpretis, auctoritate nixus enervat, & dum contra Socinianos animose disputare videtur, Arianorum argumentis prolixe satis propositis, brevissime quasi aliud agens, & negligentius satisfacit. Id quod etiam Abrah. Calovius in pec. Dissert. Vitembergæ A. 1680. *de Scriptura S. Veteris Test. SS. Trinitatis revelatrice*, Cingallo *oppositæ*, accurate demonstravit. Conf. Placcii *Theatrum Pseudonym.* pag. 184.

Jo. CIRELLI, *Germani*, Ethica Aristotelica ad S. Litterarum normam emendata. *Ejusdem* Ethica Christiana, seu Explicatio virtutum & vitiorum, quorum in S. Litteris fit mentio. Cum triplice Indice accuratissimo: uno Librorum & Capitum; altero Locorum Scripturæ citatorum; tertio Materiarum, quæ in utraque Ethica

Ethica tractantur. *Selenoburgi, sumtibus Asteriorum,* in 4. vere *Amstelod.* ap. *Bleau.*

Liber rarus, prohibitus & exustus, Vid. Mastrichtiana *Biblioth.* p. 63. Placcius in *Theatro Pseudonym.* p. 184. *Essais de Litterature* T. I. p. 83. sqq. Bunemannus in *Catal. Libror. rariss.* pag. 106. qui pretium V. taleror. huic Libro appositi. Etiam recusus extat sub nomine Jo. Crellii, *Cosmopoli,* i. e. Amstelodami, ap. *Eugenium Philalethem,* 1681. in 4. imo & Germanice, nec non Belgice versus, indicante Sandio in *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 115.

Magistri Johannis Claree, *quondam totius sacratissimi Ordinis Prædicatorum Magistri generalis, nec non Christianissimi Francorum Regis Ludovici XII. Confessoris meritissimi,* Sermones Quadragesimales nunquam hactenus excusi. *Parisiis.*

Recensentur ab Autore *Essais de Littérat.* T. I. p. 62. sqq. qui illos vocat "un excellent livre, qui est devenu bien rare, "& il seroit à souhaiter, qu'il le fut moins.„

Clavicvlæ Salomonis, v. Salomon.

Clef du Sanctuaire, v. Spinoza.

Nicolai de Clemangis, *Catalaunensis, Archidiaconi Bajocensis,* Opera, ex editione Jo. Mart. Lydii; cum Analectis, & Glossario Latino-Barbaro. *Leidæ* 1613. in 4.

Librum hunc rarioribus adnumerat Gerh. a Mastricht in *Catal. Biblioth.* p. 40. Scripta autem, quæ in hoc Volumine continentur, una cum cæteris Nicolai de Clemangis Scriptis, post Launoji, Henr. Warthoni & Casimiri Oudini industriam distincte iterum recensere operæ pretium duxit Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latinit.* T. I. p. 1093. sqq.

Clementis XI. *Pontif. Max.* Orationes Consistoriales. *Romæ, ap. Salvioni, Typogr. Vaticani,* 1722. in fol.

Raritatem indicat Ill. a Ludewig in *Gelehrten Anzeigen*, T. II. p. 12. his verbis: "Es ſind wohl wenige Exemplar "davon in Deutſchland kommen; wie ichs denn mit Gold "recht aufwägen müſſen. Und ob zwar dieſes Buch nebſt "andern Werken obbeſagten Pabſtes in Deutſchland end- "lich wieder nachgedrucket; ſo ſind doch die häufigen "Kupfer, der Koſten zu ſchonen, ausgelaſſen worden.„

Nicolai CLENARDI Epiſtolæ de Rebus Muhamedicis. *Lovanii* 1561. in 8.

Has Cl. Reimmannus in *Catal. Biblioth.* p. 949. raras, caras, præclaras, aureas vocat.

Jo. CLENDONII Tractatus Philoſophicus de Perſona, or a treatiſe of the word Perſon. *Lond.* 1710. in 8.

Autor purum putum Sabbellianiſmum profitetur; quapropter ejus Liber d. 5. Mart. 1710. flammis ultricibus fuit traditus. Vid. Schelhornii *Amœnitates*, T. IIX. p. 496.

Merlini COCAII, *Poëtæ Mantuani*, Opus Macaronicorum. Totum in priſtinam formam per me Magiſtrum Acquarium Ladolam optime redactum, in his infra notatis titulis diviſum. *Zanitonella*, quæ de amore Tonelli erga Zaninam tractat; quæ conſtat ex tredecim Sonolegiis, ſeptem Eclogis, & una Strambottologia. *Phantaſia Macaronicon*, diviſum in XXV. Macaronicis, tractans de geſtis magnanimi & prudentiſſimi Baldi. *Moſchææ facetus Liber* in tribus Partibus diviſus, tractans de cruento certamine Muſcarum & Formicarum. *Libellus Epiſtolarum & Epigrammatum* ad varias Perſonas directarum. *Venetiis, ap. Bevilacquani*, 1613. in 12. pp. 550.

Liber admodum rarus, ut ſunt cætera omnia hujus Autoris, qui eſt Theoph. Folengus; cujus Effigiem, Vitam, Scripta & Laudes reperire licet in Jac. Phil. Thomaſini *Elogiis*

giis, Patav. 1644. 4. editis, p. 71. Autor inusitatum veteribus dicendi genus adhibuit, *Macaronicum* dictum. De Etymologia hujus vocis, & de Poësi Macaronica, ut & de Theoph. Folengio, plurima lectu sane dignissima reperiuntur in G. Naudæi Libro rarissimo, vulgo *Masurat* dicto, p. 231. Præter hanc quam possidemus editionem extant prima omnium Anni 1521. altera *Venetiis* 1561. v. *Memoires de Litterat.* T. I. p. 139. sqq. & 462. tertia *Venet.* 1564. quarta *ibid.* 1581. 1585. in 12. Alium ejusd. Folengi Librum perrarum: *Chaos del Tri per Uno, con privilegio; Vinegia, ap. Giov. Antonio, & fratelli da Sabbio,* 1527. in 8. recenset Cl. Aug. Bayerus in *Memoriis Libror. rarior.* p. 43. sqq.

Jodoci Coccii, *e Soc. Jes.* Dagobertus Rex, Argentoratensis Ecclesiæ Fundator prævius, in quo de utriusque Alsatiæ, finitimisque rebus ad sacram civilemque notitiam non pauca memorantur. *Molshemii* 1623. in 4.

Librum hunc magis rarum, quam utilem vocat Ill. Jo. Petr. de Ludewig in *Reliquiis MStor.* T. I. *Præfat.* p. 67.

Jo. Cochlæi Historia Hussitica. *Mogunt.* 1549. in fol.

Scriptum rarum, at virulentum dicitur a Jo. Andr. Schmidio in *Introd. Sagittariana ad Histor. Eccles.* T. II. p. 265. Conf. *Biblioth. Historica* Struvio-Buderiana p. 1062.

Georgii Coelestini Historia Comitiorum Augustæ 1530. celebratorum, repurgatæ doctrinæ occasionem, præcipuas de Religione Deliberationes, Consilia, Postulata, Responsa, pacis ac concordiæ media, Pompas, Epistolas, & Pontificiorum ac Evangelicorum Scripta pleraque complectens: per annos multos magnis sumtibus, ac periculosis peregrinationibus collecta, in IV. Tomos distributa. *Francofurti ad Oder.* 1597. in fol.

Autor suis sumtibus spissum hoc Opus in charta candidiore typis majusculis splendide exscribi curavit; hinc ejus raritas

raritas & caritas. Vid. Bunemanni *Catal. Libror. rariff.* p. 65. *Biblioth.* Reimmanniana p. 9. & *Nov-Antiqua Theolog.* 1730. p. 542-550.

COGITATIONVM novarum de primo & secundo Adamo, sive de ratione salutis per illum amissæ, per hunc recuperatæ, Compendium. *Amstelodami, ap. Irenæum Aspidium,* A. D. 1700. in 8. pagg. 184.

Libellus perrarus, cujus Autor est eruditiss. Socinianus, Sam. Crellius. Irenæus Aspidius est sine dubio notissimus ille Bibliopola Amstelodamensis, Reinerius Leers, quocum familiariter vixit Crellius. Vid. Jo. Laur. Moshemii Dissert. *de raptu Christi in Cœlum*, p. 14. Huic Libro, cujus Compendium sistunt *Acta Erudit. Supplem.* T. III. p. 489. sqq. Jo. Schmidius, Prof. Lipsiensis, paulo post *peculiarem* opposuit *Dissertationem.*

Caroli LE COINTE, *Trecensis, Congregationis Oratorii D. J. Presbyteri,* Annales Ecclesiastici Francorum, IIX. Voluminibus. *Parisiis, e Typogr. Regia,* 1665-1683. in fol.

Satis diligenter de Libro hoc hodie rarissimo agit, illumque recenset Jac. le Long in *Biblioth. Histor. Gall.* n. 1519. cui jungantur Autores, quos larga manu suppeditat more suo doctiss. Jo. Alb. Fabricius T. II. *Biblioth. med. ævi*, p. 566. sq.

Christoph. COLERI Ueberſetzung der Bücher H. Grotii von der Wahrheit der Christl. Religion. 1631. sine mentione loci, in 12.

Librum hunc in pretio propter insignem raritatem habendum jubet Reimmannus in *Catal. Biblioth.* p. 1128.

Francisci COLIN, *e Soc. Jesu,* India Sacra, i. e. Suppetiæ Sacræ ex utraque India in Europam. *Madriti* 1666. in 4.

Liber rarissimus vocatur in *Catalogo Bibliothecæ* Hasæan. pag. 329.

Pan-

Pandolfo COLLENUCCIO *da Pesaro* Compendio della Storia del Regno di Napoli, con le annotazioni di Tomaso Costa. *In Venezia, per i Giunti*, 1613. in 4. *Mambrino* ROSEO Compendio della Storia del Regno di Napoli, parte seconda, che seguita la parte prima del Collenuccio, con le annotazioni di Tomaso Costa, e col libro settimo di Colanello Paca. *In Venezia, per i Giunti*, 1613. in 4. *Tomaso* COSTA, *Napolitano*, Compendio della Storia del Regno di Napoli, parte terza, che seguita la prima, e seconda del Collenuccio & del Roseo. *In Venezia, per i Giunti*, 1613. in 4.

Historia hæc tribus Voluminibus constans in ipsa Italia rarissima est & infrequens. Vid. Haym *Notizia de Libri rari* pag. 61.

Franc. COLLII de Sanguine Christi Libri V. in quibus de illius natura, effusionibus, ac miraculis copiose differitur. *Mediolani, ex Collegii Ambros. Typographia*, 1617. in 4.

Liber admodum rarus, cujus præter tituli notitiam ampliorem pauci videntur habuisse. Recenset illum, ac paradoxas Autoris opiniones notat Cl. Aug. Bayerus in *Memor. Histor. Crit. Librorum varior.* p. 64. 65.

Franciscus COLLIUS de Animabus Paganorum Libri V. in quibus de iis, qui veteri seculo in utroque sexu celeberrimi fuerunt, disputatur, ac de eorum sempiternis præmiis aut suppliciis, pro ea, quam de rebus divinis hauserant, cognitione, ac pro cujusque vitæ institutis ac moribus ex Sanctorum præcipue Patrum & gravissimorum Scriptorum decretis atque autoritate copio-

copioſiſſime differitur. *Mediolani, ex Collegii Ambroſ. Typographia*, 1622. in 4.

Liber hic priori multo adhuc rarior, judice Cl. Bayero, qui illum recenſet in *Memor. Librorum rarior.* pag. 65. 66. Equidem recuſus eſt *Mediolani* 1738. in 4. Alph. 2. pl. 8. quæ editio recenſetur in *fortgeſ. Sammlung von A. und N.* 1739. *App.* p. 195. ſed fere æque rara eſt priori.

Marc. Vulſon DE LA COLOMBIERE, vid. PORTRAITS.

Giov. Battiſt. COMAZZI Politica, e Religione trovate inſieme nella Perſona, Parole, ed Azioni di Gieſu Chriſto ſecondo l'Evangelio di San Giovanni. *Napoli* in 8. IV. Tomes, ſine mentione anni. *Ejusd.* La Conſcienza illuminata. *In Trento* 1711. in 8. IV. Tomes.

In *Biblioth.* Uffenbachiana T. I. p. 765. hi Libri rarioribus Atheiſticis adnumerantur, pretiumque illis X. taleror. ſtatuitur. Prioris Libri Tomum I. poſſideo, *Nicopoli appreſſo di Evaſio Folgori. L'anno* 1712. in 8. pp. 282.

Pauli COMITOLI, *Peruſini, Soc. Jeſu*, Catena in beatiſſimum Job abſolutiſſima, e quatuor & viginti Græciæ Doctorum explanationibus contexta. *Venet. ap. Jolitos*, 1587. in 4.

Libris rarioribus jungendus. Recenſetur copioſe in B. Ittigii *Tract. de Biblioth. & Cat. Patrum*, p. 659.

COMMENTARII de Statu Relig. in Francia. v. HISTOIRE Eccleſiaſtique de France.

Guidonis CONCHILII, *Romenæi Nivernenſis*, Poëmata. *Niverni* 1590. in 8.

Recenſetur in *Eſſais de Litterat.* T. II. p. 199. ſqq. De raritate hæc pag. 211. leguntur: "Il donna deux Editions "de ſes Poëſies Latines *à Nevers* 1590. & 1592. in 8. "Mais la premiere eſt preferable à cauſe de certains termes, "qu'il changea dans la ſeconde, ſur le chapitre des Etats "Generaux. Elles ſont toutes deux fort rares à preſent. „

Das

Das CONCILIVM zu Costantz, mit allen Handlungen in geist- und weltlichen Sachen, und was für Personen daselbst erschienen, mit ihren Conterfaits und Wapen. cum fig. lign. in fol.

Prima editio prodiit *Augustæ Vindel.* A. 1483. cujus in fine hæc leguntur: *Hie endet sich das Concilium-Buch, geschehen zu Costenz, darinnen man vindet, wie die Herren geistlich und weltlich eingeritten sind, und mit wieviel Personen; auch ihr Wapen gemahlet, und wie sie abgeschieden seynd; auch die Sachen, die darinn geschehen, seynd hübsch und gerecht. Gedruckt und vollendet in der Keyserl. Stadt Augspurg von Anthoni Sorg, am Aftermontag nach Egidy, do man zalt nach Christi Gepurt MCCCC. und in den LXXXIII. Jare.* Recusum fuit Opus *Augustæ* 1536. *ap. Stainer*, in fol. Secuta fuit editio *Francofurtensis* 1575. fol. Liber ex priori editione longe rarissimus est, & fortasse primus in Germania de Arte Heraldica agens. Autor Ulricus a Reichenbach Concilii faciem coram intuitus erat, optimus atque sincerus actorum testis.

Acta CONCILII Pisani primi celebrati ad tollendum Schisma A. 1409. & CONCILII Senensis A. 1423. ex Codic. MS. item Constitutiones factæ in diversis Sessionibus sacri generalis Concilii Pisani. Ex Bibliotheca Regia. *Lutetiæ Paris. sumtibus Melchioris Mondiere*, 1612. in 4.

In Libro isto rariori post Præfationem exhibentur omnium primo *Testimonia de Concilio Pisano.* Sequuntur: I. *Acta Concilii Pisani primi;* II. *Acta Concilii Senensis;* III. *Acta Concilii alterius Pisani;* IV. *Apologia ejusdem.* Hanc varia alia excipiunt.

CONCILII Tridentini Canones. vid. CANONES; item TRIDENTINVM Concilium.

CON-

CONCORDIA rationis & fidei, sive Harmonia Philosophiæ Moralis & Religionis Christianæ. *Amstelod.* (vere *Berolini*) 1692. in 8.

Liber atheisticus, a Frid. Wilh. Stoffio, Secretario Berolinensi, conscriptus; sed ea sollicitudine & industria suppressus, ut vix unum aut alterum exemplum inquirentium curam effugere potuerit. Cll. Autores der *Hamburgischen Berichte von Gelehrt. S. A.* 1743. p. 511. scribunt: "Viele zweifeln noch, ob dis Buch jemals gedruckt wor- "den; oder, wo es ja geschehen, ob noch gedruckte Ex- "emplaria vorhanden sind. Wir können von dreyen "Nachricht geben: Das eine ist in der Weimarischen Bi- "bliothec; das zweyte besitzet Herr D. Steuber in Rin- "teln; und das dritte Herr D. Wilkens in Hamburg, der es aus der Kielmanseckischen Bibliothec erstanden hat.„ Manibus tractavi olim in Bibliotheca B. Jo. Herm. ab Elswich, Past. Stadensis. Extat etiam Mindæ in Bibliotheca Göringiana. Godofr. Kusterus oculis usurpavit Exemplar, cui ipse Autor hos versiculos inscripserat:

Ad Librum a Ministerio damnatum.

Q. *Parve Liber, quid enim peccasti, dente sinistro*
Quod te discerptum turba sacrata velit?

R. *Invisum dixi verum, propter quod & olim*
Vel Dominum letho turba sacrata dedit.

Plura de hoc Libro dabunt Casp. Sagittarius in *Introduct. ad Histor. Eccles.* T. I. p. 881. sqq. Tenzelius in *Dialogis menstruis* 1694. p. 353. sqq. *Nov. Antiqua Theolog.* 1707. p. 159. Petr. Frid. Arpe *in Feriis æstivalibus* pag. 126. sq. Mich. Lilienthals *Theolog. Bibliothec* p. 259. sq. & Godofr. Kusteri *Marchiæ Literatæ Specim. III.* Paralipomena adnotitiam *Concordiæ rationis & fidei* a Stoffio editæ exhibens. *Berol.* 1743. in 4. Autor cum turbas maximas hoc Libro Berolini dedisset, Principisque sui gratia excidisset, Apologia duplici innocentiam suam defendere conatus est, cujus Exemplar est penes Superintend. Mindensem, Göringium.

Ascanio

Ascanio CONDIVI, *de la Ripa Transone*, Vita di Michel Angelo Buonnarroti. *Romæ, per Antonio Baldo*, 1553. alli 16. di Luglio. in 4. pp. 50.

Recensetur hic Libellus, qui admodum infrequens est, in Cl. Aug. Bayeri *Memoriis Librorum rarior.* p. 213 sq.

CONFESSIONIS Augustanæ omnes editiones longe rarissimæ habentur, quæ ab an. 1530. usque ad annum 1542. impressæ sive latinæ sint, sive germanicæ. Agit de rarioribus August. Confessionis editionibus magno eruditionis & judicii critici apparatu S. R. Jac. Frid. Reimmannus in *Catalogo Biblioth. Systemat. Crit.* p. 407 sqq. cujus Axiomata Historico-Critico-Litteraria de MStis, variisque editionibus Aug. Confessionis lectu sane sunt dignissima. Reimmanno addantur Jo. Alb. Fabricius in *Centifolio Lutheran.* Jo. Wilh. Feuerleini *Observationes de memorabilibus Aug. Confess. editionibus*, in *Actis Curios. & Eruditis Francicis*, T. II. p. 83 sqq. Christ. Aug. Saligius in der *vollständigen Historie der Augspurg. Confess.* T. I. p. 695 sqq. Phil. Frid. Hane in *Historia Crit. August. Confess. Kilon.* 1732. in 4. & inprimis Carolus Frid. Kraft in *Dissertat. de Confessione August. eodem quo exhibita fuit anno septies impressa, Præside* Jac. Guil. Feuerlino *habita, Gottingæ* 1741. In elegantissima ista Dissertatione Cl. Krafftius septem distinctas editiones anni 1530. ex ἀυτοψία copiose recenset, *quinque* videlicet *germanicas*, & *duas latinas*. E germanicis quatuor Dialectum Saxoniæ superioris exhibent; una autem Saxoniæ inferioris, quam & ipse manibus tractavi, acceptam e Bibliotheca S. Rev. Göringii, Superint. Mindensis. Animus jam non est rariores istas August. Confess. editiones recensere; en tantum tres vel quatuor editiones omnium primas, quas ipsi in Bibliothecula nostra adservamus. *Confessio Fidei exhibita invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari Aug. in Comitiis Augustæ, A.* 1530. *Addita est Apologia Confessionis. Beide Deutsch und Lateinisch. Ps. 119. Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar. Witebergæ.* In fine legitur: *Impressum per Georgium Rhau*, 1531. in 4. pl. 43. & germanice: *Gedruckt zu Wittenberg*,

berg, durch Georgen Rhaw. Anno 1531. in 4. Binas haſce editiones Witebergenſes Rhavianas primas & antiquiſſimas ideo appellamus, quod priores inſciis Principibus prodierint, hæ vero publica autoritate. Et quum latina Confeſſio nunquam, quemadmodum germanica ex authentico ſuo exemplo, quod in Archivo Imperii Moguntino, adhuc æque ac germanicum ſartum tectumque ſupereſt, cum cura deſcripta in lucem prodiit, hæc Witebergenſis editio pro authentica jure ſuo habenda, & omnium editionum princeps dici & ſolet, & meretur. Hinc ingens iſtius editionis raritas, quam Jo. Saubertus tanti fecit, ut ſuum Exemplar pretioſe compingi, & laminis argenteis ornari curaverit, atque titulo ſua manu hæc ſubſcripſerit: *Hic vero Liber ille eſt, quem cum centum aureis & longe pluribus non permutavero. Das iſt eben das Exemplar A.* 31. *gedruckt, damit man die unverſchämten Falſarios zu ſchanden machen kan.* v. Kraft *l. c.* p. 41. Eodem anno Vitembergæ duæ aliæ adhuc excuſæ ſunt editiones. Altera ſermone vernaculo: *Confeſſio oder Bekenntniß des Glaubens etlicher Fürſten und Städte, überantwortet Keyſerlicher Majeſt. in Augſpurg* 1530. *Apologia und Bekräftigung dieſer Confeſſion, aus dem Latein verdeutſchet durch Juſtum Jonam, zu Wittenberg* 1531. *menſe Novembr.* in 8. Altera ſermone latino: *Confeſſio Fidei exhibita invictiſſ. Imper. Carolo V. Cæſari Aug. in Comitiis Auguſtæ An.* 1530. *Addita eſt Apologia Confeſſionis, cum Præfat. Pſalm 119. Et loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar. Wittemb.* 1531. in 8. Hoc exemplum in 8vo a priore in 4to mirum quantum diverſum eſt, indicante Gottl. Wernsdorfio in *Hiſtor. Auguſt. Confeſſ. §.* 16. p. 25. Præter jam enumeratas editiones poſſidemus *Wittembergenſem* germanicam, *durch Georgen Rhaw*, 1533. in 8. latinam excuſam *Auguſtæ* 1535. ſine nomine Typographi, in 4. *Wittembergenſem* germanicam, *durch Georgen Rhaw*, 1540. in 4.

AVGVSTANA Confeſſio cum ejus Apologia in linguam Venedicam ſeu Sorabicam translata admodum rara eſt. Vid. Schelhornii *Amœnit.* T. II. p. 402. Prodiit illa *Tubingæ* 1562. in 4. litt. latinis, Primo Trubero interprete. Conf. omnino Chr. Aug. Saligii *Hiſtor. Aug.*

Aug. Confeſſ. T. I. p. 714 ſqq. Majoris autem & maximæ eſt raritatis editio hujus Verſionis Literis Cyrulicis expreſſa. "Die Verſion mit Crabatiſch- und Cyruliſchen Buchſtaben "habe nicht geſehen; es hat mich aber der berühmte Herr "Profeſſor Michaelis zu Halle ſowohl mündlich als ſchrift- "lich benachrichtiget, daſs ſie ſich in daſiger Univerſitäts- "Bibliotheck befinde.„ Hæc Saligius *l. c.* p. 718. Poſſidebat exemplum B. Jo. Frid. von Srade, Collega conjunctiſſimus, quod a nobis in Auctione ejus Bibliothecæ non vili pretio fuit redemtum ac Londinum transmiſſum. Inſcriptio eſt Crobatico-Germanica. Poſterior ita habet: *Confeſſio, oder Bekenntniſs des Glaubens, die dem groſsmächtigſten Rœmiſchen Keyſer &c. überantwortet: aus dem Latein und Deutſch in die Crobatiſche Sprache verdolmetſchet, und mit Cyruliſchen Buchſtaben gedruckt.* in 4. plag. 30. Dedicatio lingua germanica inſcripta Philippo Haſſiæ Landgravio ſubſcripta eſt: *Vrach am* 20 *Tag Octobris Anno* 1562. *a Primo Truber Creiner, Antonio Dalmata, & Stephano Conſul Hiſtriano.*

Confessio Fidei Baronum ac Nobilium Regni Bohemiæ.

Variæ proſtant editiones Confeſſionis Fratrum Bohemorum, eæque raræ omnes. Rariſſima tamen eſt *germanica, Tiguri* 1532. in 8. excuſa, quam multo ære redemiſſent Fratres, ſi potuiſſent, quia mentem ſuam in ea putabant male expreſſam; quocirca & plurima redemerunt Exemplaria. Vid. *Bibliotheca* Reimanniana p. 394.

Liber Conformitatvm Vitæ P. Franciſci ad Vitam Jeſu Chriſti. *Mediolani, apud Gothardum Ponticum,* 1510. fol.

Editio hæc prima & incaſtrata ipſa raritate rarior eſt; quippe in qua hiſtoriola de aranea in ſacro calice a S. Franciſco imbibita legitur, quæ dein e crure ejus illæſo poſt pruritum prodiit. Locus hic memorabilis extat fol. 72. his verbis: "In Aprutio jacet Fr. Franciſcus. Iſte dicendo miſ- "ſam reperit in ſanguine Chriſti in calice araneam; & no- "lens araneam ſanguine Chriſti intinctam extra projicere "calicem cum aranea bibit. Poſt ipſe fricans crus & ſcal-

"pens, ubi pruritum sentiebat: ipsa aranea sine Fratris læ-
"sione aliqua e crure exivit.„ Lis superiori seculo de fícto hoc miraculo inter Georg. Zeæmannum, Theologum Lutheranum, & Pontificium quendam in Suevia exorta fuit. Zeæmannus in publico aliquo Scripto contineri hoc de aranea miraculum in *Conformitatibus* Franciſci asserebat; Pontificius negabat strenue, criminis falsi nostrum non sine tripudio accusans. Devolvebatur lis ad Ephorum Ulmensium, Conradum Diedericum. *Conformitatum Liber*, quem Bibliotheca Ulmensis asservabat, sedulo evolvebatur, & tale quid de aranea non inveniebatur. Quærebantur undique vetusta Exemplaria, conatu tamen frustraneo. Tandem Augustanus quidam Theologus antiquissimum aliquod Exemplar afferendum Mediolano curavit, in quo locus integer repertus est. Prostat etiam editio altera *Mediolanensis in ædibus Zanoti Castilionei* 1513. in fol. excusa, itidem rarissima & incastrata. Binæ hæ editiones adsunt in Bibliotheca Regia Dresdensi. Vid. *Merkwürdigkeiten* hujus Biblioth. T. I. p. 162 sqq. 176. Emendatior postmodum prodiit hic Liber *Bononiæ* 1590. in fol. iterumque 1620. in quibus tamen editionibus resecta sunt tum plurima alia, tum illa de aranea. Vid. Aug. Bayeri *Memoriæ Librorum rarior.* p. 54 sqq. En tibi titulum editionis Bononiensis: *Liber aureus inscriptus Liber Conformitatum Vitæ Beati ac Seraphici Patris Francisci ad Vitam Jesu Christi Domini nostri; denuo editus a Jerem. Bucchio, Utinensi, Sodali Franciscano, lucubrationibus illustratus. Acced. perbrevis historia omnium Virorum, qui in Franciscana Religione excelluerunt. Bononiæ, ap. Alex. Benatium*, 1590. in fol. pagg. 330. Cæterum occasione hujus Libri scribit Petrus Bælius: "Personne n'a fait plus de tort à S. François
"que ses propres enfans: si, en publiant son histoire, ils
"avoient passé l'éponge sur les choses qu'il valoit mieux
"ensevelir dans le silence, ils n'auroient pas donné lieu
"aux Protestans de le tourner en ridicule.„ Vid. *Dictionaire Histor.* T. II. p. 1274. Add. Casim. Oudinus in *Comment. de Scriptor. Eccles.* Tom. III. p. 1175 sqq. *Nov. Antiqua Theolog.* 1729. p. 703 sqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth med. Latinitat.* T. I. p. 131 sqq.

CONFVCIVS Sinarum Philosophus, sive Scientia Sinica latine exposita studio & opera Prosp. Intorcetta, Christiani Hendtrich, Franciſci Rougemont, Philippi Couplet, Patrum Soc. Jesu. Jussu Ludovici M. e Biblioth. Regia in lucem prodit. *Parisiis*, apud *Dan. Horthemels*, 1687. in fol.

Liber perrarus, at egregius dignusque qui attente legatur. indicante Cl. Bruckero in *Histor. Crit. Philos.* T. V. p. 848. Copiose recensetur in *Actis Erudit.* 1688. p. 254 sqq.

Bernardi CONNOR, *M. D. e Regia Societate Londinensi, nec non e Regali Medicorum Londinensium Collegio*, Evangelium Medici: seu Medicina mystica, de suspensis Naturæ Legibus, sive de Miraculis, reliquisque ἐν τοῖς βιβλίοις memoratis, quæ medicæ indagini subjici possunt; ubi perpensis prius corporis natura, sano & morboso corporis humani statu super naturam, præcipue quæ corpus humanum & animam spectant, juxta Medicinæ principia explicantur. *Londini*, apud *Sam. Briscœe*, 1697. in 8. ol. 19½. *Amstelod.* 1699. in 8.

Recensetur satis copiose in *Actis Eruditor.* 1698. pag. 155 sqq.

Alphonsi CONRADI, *Mantuani*, in Apocalypsin D. Joannis Apostoli Commentarius. Apoc. I. Beatus, qui legit, & audit verba Prophetiæ libri hujus, & servat ea, quæ in ea scripta sunt. *Basileæ*, apud *Petr. Pernam*, 1574. in 8. pagg. 554.

De raritate hujus Libri testantur Cl. Heumannus in *Conspectu Reipubl. Litterar.* p. 315. Ferdin. Stoschius, & S. R. Conradus Ikenius in *Symbolis Litterariis* Tom. I. p. 568. & 582 sq.

Duæ CONSIDERATIONES Vocum, Terminorum, & Phrasium, quæ in doctrina Trinitatis a Theologis usurpantur, & qua ratione lis circa doctrinam de Trinitate mitigari possit, ac debeat; a veritate ac pacis studiosis conscriptæ: quarum prior jam ante annos aliquot lucem aspexit. Dat me Solyma per Irenæum, sed Alethophilum. A. 1684. in 8. pp. 62.

Scriptum Socinianum insigniter rarum. Exemplari meo Jo. Preussii nomen, de quo infra, manu mihi ignota, adscriptum est.

CONSILIVM Gregorio XV. exhibitum, cum Præfat. & Censura J. G. V. *Leydæ* 1623. in 4.

Literæ initiales Jo. Gerh. Vossium designant. Ipsum Scriptum admodum rarum ac perdifficile inventu est, judice Colomesio, & Placcio in *Theatr. Anonym.* f. 122.

Luc. Antistii CONSTANTIS de Jure Ecclesiasticorum Liber singularis, quo docetur: quodcunque divini, humanique Juris Ecclesiasticis tribuitur, vel ipsi sibi tribuunt, hoc aut falso impieque illis tribui, aut non aliunde quam a suis, id est, ejus Reipublicæ sive Civitatis prodiis, in qua sunt constituti, accepisse. *Alethopoli* 1665. in 8. pp. 162.

Scriptum rarissimum, cujus Auctor est Ben. de Spinoza. Vid. *Thesaur. Biblioth.* T. I. p. 260 sqq. *Essais de Litterat.* T. II. p. 112 sqq. & præprimis illustr. Thomasius in *Histor. Contentionis inter Imperium & Sacerdot.* p. 406 sqq. In *Thesauro Biblioth.* recensetur edit. *An.* 1666. *apud Cajum Valerium Pennatum*, in 12. quæ an diversa sit a priori ignoro.

CONSTANS Traité de la Cour des Monnoyes. *à Paris* 1668. in fol.

Vocatur hic Liber ein vortreffliches, schönes und sehr rares Buch in *Catal. Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 292.

Roberti

Roberti CONSTANTINI Lexicon Græco-Latinum. Secunda hac editione partim ipsius Autoris, partim Franc. Porti & alior. Additionibus plurimum auctum, tum quanta fieri potuit diligentia recognitum, ut jam possit esse Græcæ Linguæ (imo & Latinæ) Thesaurus. *Excud. Hieron. Eustat. Vignon*, 1592. in fol.

Liber rarus in Auctione Petaviana divenditus pro 39. floren. cuique Cl. Bunemannus statuit pretium 14. taleror. Vid. Bunemanni *Catalogus Librorum rariff.* p. 39.

CONSTITVTIONES Ordinis Aurei Velleris. 4. maj. In membranis nitidissime & splendidissime impressæ.

Reperitur in *Bibliotheca Anonym.* quæ Venalis prostat *Norib. apud J. A. Schmidium* A. 1738. Pretium 100. florenor. huic Cimelio statuitur, & raritatem indicant hæ additæ notulæ: "Liber certe in privatis & publicis Bibliothecis "albis corvis rarior, & nunquam obvius, imo quem nemo "nisi Eques actualis hujus Ordinis actu possidet &c.

CONSTITVTIONES Societatis Jesu, v. SOCIETAS JESV.

Vincentii CONTARENI Variæ Lectiones. *Venetiis* 1606. in 4.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catal. Biblioth.* Schalbruchianæ T. I. p. 193.

CONTROVERSIÆ memorabiles inter Paulum V. Pontif. Max. & Venetos: De Excommunicatione contra eosdem Venetos Romæ promulgata, 17 Aprilis, Anni 1606. Acta & Scripta varia summa fide ex Italico in Latinum Sermonem conversa, prout Romæ & Venetiis excusa prodierunt. Index Scriptorum pagina sequenti extat. *In Villa Sanvincentiana apud*

Paulum Marcellum; sumtibus Caldorianæ Societ. 1607. in 8.

Opus rarum & curiosum, indicantibus B. Reimmanno in *Catalogo Biblioth. Theolog.* p. 55. & Jo. Christoph. Mylio in *Biblioth. Anonymor.* p. 841 sqq. Possideo præter istam aliam editionem *Actorum* hujus *Controversiæ, Francof.* 1607. in 4. excusam, quæ plura & alia hic non extantia Scripta continet. v. infra PAVLI V.

Th. COORNHERTII Processus de non occidendis Hæreticis, adversus J. Lipsium. *Goudæ* 1597. in 8. *Ejusd.* Defensio Processus contra eundem, *ibid. eod.*

Hæc ultima sunt Coornhertii Opuscula, eaque intra paucos annos sæpius impressa; rara tamen, & parum frequentia in Bibliothecis. Vid. *Catalog. Biblioth.* Reimmann. p. 1045. Idem dicendum de *Operibus* Coornhertii 1630. junctim editis, in fol. Vid. Colomies *Melange Curieux* in *Opp.* p. 831.

Der Stadt CORBACH wahrhafter Gegenbericht ihres begründeten Rechtes, Freyheiten, Privilegien, Gerechtigkeiten und Erzehlung der Geschichte von den Grafen, Herrn Christian, und Herrn Volrad zu Waldeck, und deren Räthen und Dienern, ihnen vielfältig zugefügten Beschwerungen, Drangsalen, Schaden &c. *Gedruckt zu Cassel bey Wilh. Wessel*, 1622. in 4.

Rarissimum omnium Scriptorum Waldecensium nuncupatur in Henr. Chr. Senckenbergs *Selectis Juris & Histor.* T. VI. *Præf.* p. 91.

Guilielmi CORDILLI Registrum Nobilium Familiarum.

Hic Liber, si extat, inter rariores certe rarissimus est. Lege, quæ scripsimus supra ad *Timocr.* Arsenii *Librum de Familiis Romanis.*

Antonii

Antonii CORNELLII, *Juris utriusque Licent.* exactiſſima Infantium in Limbo clauſorum Querela adverſus Divinum Judicium apud æquum Judicem propoſita. Apologia Divini Judicii contra Querelam Infantium. Infantium ad Apologiam Divini Judicii Reſponſio. Aequi Judicis ſuper hac re Sententia. *Lutetiæ, ap. Chriſtianum Wechelium, in via Jacobæa ſub ſcuto Baſileenſi.* A. 1531. menſe Januar. in 4. 70. pp.

Liber admodum rarus, de quo omnino legendus eſt P. Bælius in *Dictionar.* art. *Wechel*, & Aug. Bayerus in *Memoriis Librorum rarior.* p. 8 ſqq.

Lucii CORNELII, *Europæi*, Monarchia. vid. MONARCHIA Solipſorum.

Girolamo DELLA CORTE Storia di Verona. *In Verona, per Girolamo Diſcepolo* II. Volumi. 1596. in 4.

In ipſa Italia Libris rariſſimis adnumeratur. Vid. Haym *Notizia de Libri rari* p. 53. *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. p. 398.

Ferdinandi CORTESII Nova maris Oceani Hiſpania, in qua continentur plurima fata & admiratione digna circa egregias earum Provinciarum urbes, incolarum mores, puerorum Sacrificia, & religioſas perſonas; potiſſimumque de celebri civitate Temixtitan, variisque illius mirabilibus. *Norimbergæ* 1524. in fol. *Ejusd.* Narratio, in qua celebris civitatis Temixtitan expugnatio, aliarumque Provinciarum, quæ defecerant, recuperatio continetur; in quarum expugnatione Præfectus una cum Hiſpanis victorias æterna memoria dignas conſecutus eſt. Præterea in ea mare del Sur Corteſium

detexiſſe, quod nos Auſtrale Indicum Pelagus putamus; & alias innumeras Provincias aurifodinis, unionibus, variisque gemmis refertas. *Norimb.* 1524. in fol.

Bini hi Libri Corteſii rariſſimi vocantur in *Biblioth. Anonymiana*, T. I. p. 154. Poſſidemus hos Libellos inſertos Libro eandem, & fortaſſe majorem raritatem habente, cui titulus: *De Inſulis nuper inventis Ferdinandi* CORTESII *ad Carolum V. Rom. Imperatorem, Narrationes; cum alio quodam Petri Martyris ad Clementem VII. Pontif. Max. conſimilis argumenti Libello. His acceſſ. Epiſtolæ duæ &c. Coloniæ, impenſis honeſti civis Arnoldi Birckman, A.* 1532. in fol.

Gregorii CORTESII, *Mutinenſis, S. R. E. Presb. Cardinalis*, Epiſtolarum familiarium Liber. It. Tractatus adverſus negantem B. Petrum Apoſtolum fuiſſe Romæ, ad Adrianum VI. Pontif. Max. duplici annexo Indice &c. *Venetiis*, apud *Franciſcum Franciſcium Senenſem*, 1573. in 4.

Longe rariſſimum eſſe hunc Librum docet S. Rev. Dan. Gerdes in *Florileg. Libr. rar.* p. 31. Conf. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresd.* T. II. p. 552.

Jo. COTOVICI, *Ultrajectini, Militis Hieroſolymitani*, Itinerarium Hieroſolymitanum & Syriacum. *Antwerpiæ* 1619. in 4. maj.

Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. V. p. 260 ſqq. & *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buderian. p. 180.

Guil. COWARDS ſecond thougths concerning human ſouls. *London* 1702. recuſ. 1704. in 8. *Ejusd.* forther thoughts. *London* 1703. in 8. *Ejusd.* the grand Eſſai or a vindication of Reaſon and Religion, againſt impoſtures of Philoſophy, proving 1. that de exiſtence of any

any immaterial ſubſtance is a philoſophic impoſture and impoſſible to be conceived; 2. that all matter has originally created in it a principle of internal or ſelf motion; 3. that matter and motion muſt be the foundation of thougt in man and brutes, with an anſwer to Mr. Broughtons Pſychologie. *Lond.* 1704. in 8.

Autor in his Scriptis omnem movet lapidem, ut evincat, doctrinam de Anima inter omnes Chriſtianos hodie receptam, quod ſit ſubſtantia immaterialis corpori unita, a Paganis fuiſſe confictam, nec Principiis Philoſophiæ, Rationis, Religionis conſonam, atque ſtabiliat, juxta tenorem totius Scripturæ Animam eſſe vitam hominis, h. e. unam eandemque eſſe virtutem, qua homo movetur, vivit, ſentit, ratiocinatur, quæque in corpore reperiatur, quam diu vivit, prorſus ceſſet, quamprimum illud interit, ſed rurſus extitura ſit, quumprimum in reſurrectione univerſali corpus mortuum reviviſcet. Hinc Scripta Cowardi ab Anglis juſſu Parlamenti publice per Carnificem fuere combuſta. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. IIX. p. 497 ſqq. *Nouvelles de la Republ. des Lettr.* May 1704. p. 596. Jo. Alb. Fabricius *de Veritate Relig. Chriſt.* p. 423 ſq.

Jo. COWELLI, *Juris Romani Prof. Cantabrig.* Inſtitutiones Juris Anglicani ad ſeriem Inſtitutionum Imperialium. *Cantabrigiæ* 1605. in 8. recuſ. in Germania 1630. in 8.

Liber hic ideo diſplicuit Angliæ Ordinibus, ne Juris Romani & Anglicani fieret commixtio & perturbatio; cum Angli maximopere curarint ſemper, ut patrio jure viverent unice, peregrinis Latii Legibus remotis a Tribunali. Ultimum ergo ne fieret, combuſſerunt Librum Cowelli, cogentem Latii & Angliæ Jura in unam harmoniam; ipſum autem Autorem decreto Parlamenti carceri dederunt. Vide plura apud Jo. Petrum de Ludewig in *Vita Juſtiniani M. atque Theodoræ* p. 73. 74.

Leon.

Leon. COZZANDO, *Servita Breſciano*, Libraria Breſciana prima e ſeconda Parte nouamente aperta. *In Breſcia, per Gio Maria Rizzardi*, 1694. in 8. pp. 308.

Liber in his oris rariſſimus, quem recenſet Aug. Bayerus in *Memoriis Librorum rarior.* p. 239 ſqq. Alium ejusdem Cozzandi rarius occurrentem Libellum his verbis recenſet S. R. Jac. Bruckerus in *Hiſtoria Crit. Philoſophiæ* T. I. p. 36: "Georg. Hornium, ut juvenili impetu, ſic pari infelicitate, "cœcus ſcil. cœcum, ſecutus eſt *Leonardus* COZZANDVS "*Brixianus in Libris VI. de Magiſterio Antiquorum Philo-*"*ſophorum*, *Genev.* 1684. in 12. ita tamen, ut nec eam, "quam Hornius, lectionis copiam, & varietatem afferret, "& eum alios exſcribentem, ipſe quoque deſcriberet, ejus-"que vitulo araret, & parum afferret, quod ad majorem "argumento, quod tractat, lucem parandam aptum eſſet.„

Paridis CRASSI, *Bononienſis, olim Apoſtolicarum Ceremoniar. Mag. ac Epiſcopi Piſaurenſis*, de Ceremoniis Cardinalium & Epiſcoporum in eorum Diœceſibus, Libri II. *Romæ*, ap. *Anton. Bladum, Imper. Cameralem*, 1564. in 4.

Librum hunc rariſſimum e Bibliotheca Baluziana ad ſe delatum recenſet, & Typographis ad novam editionem offert Jo. Petr. de Ludewig T. VI. *Relig. MStor.* p. 367 ſqq. Editionis *Venetæ* 1582. in 4. & *Romanæ* 1587. in 8. meminit Chriſt. Godofr. Hofmannus in Diſſertat. *de Paride Craſſo* inſerta Tom. I. *nov. Scriptor. ac Monumentor. rariſſimor. Collect.* p. 368 ſq.

Ejusd. Ceremoniale. *Romæ*, 1504.

Hunc Librum, qui a multis magna cum fiducia allegatur, nuspiam extare, imo nunquam a Paride Craſſo ſcriptum, multo minus editum fuiſſe, contendit Chr. Godofr. Hofmannus in *nova Scriptor. rariſſimor. Collect.* T. I. p. 370 ſqq. "Communis, inquit, & a multis magna cum fiducia eſt "tradita fabula, *Paridem* CRASSVM *Librum* quendam *Ce-*"*remoniarum* in publicum emiſiſſe; nominatur annus im-"preſſionis, nominatur locus impreſſionis, imo nonnulla

ex

"ex eo recitantur. Gabriel Naudæus - - Petrus Bæ-
"lius - - Vincentius Placcius - - Gerhardus a Ma-
"ſtricht - - Zacharias Zwantzig - - & alii Scripto-
"res, non tantum impreſſum eſſe hunc Libellum, verum
"etiam æſtimari aſſeverant. Ego certe omnem in quærendo
"hoc Opere fruſtra collocavi operam, eoque adductus ſum,
"ut talem Librum a Paride Craſſo editum fuiſſe, mihi non
"perſuadere poſſim, imo plane dubitarem, tale Opus un-
"quam ab hoc Autore compoſitum eſſe, niſi ſcrupulum
"moveret Mabillonius, qui &c.,,

Jo. CRELLII Reſponſum ad Librum Hug. Grotii de Satisfactione Domini Jeſu Chriſti. *Racovii* 1623. in 4.

Liber rarus, & exuſtus propter dogmata Sociniana. vid. *Catalogus Biblioth.* Gerh. a Maſtricht p. 116.

Samuelis CRELLII Scripta.

Rara & perrara ſunt, vid. ARTEMONIVS, it. COGITATIONES *novæ &c.* His adde: *Unterſuchung, auf was Weiſe der Herr Jeſus das Brodt gebrochen, und ſeinen Jüngern gegeben.* A. 1694. in 4. ſine loci nomine. *Fides primorum Chriſtianorum*, *Autore* Luca Melliero, *V. D. M. Londini* 1697. in 8. *Kurtzer Unterricht in der Chriſtl. Religion, nach der Lehre der Unitariorum.* IM Iahre VnſersLIeben HeILanDes IeſV ChrIſtI, i. e. 1717. in 8. Conf. Jo. Erh. Kappii *Hiſtoria Artemonis & Artemonitar.* p. 46 ſqq.

Cæſaris CREMONINI illuſtres Contemplationes de Anima, editas *Venetiis* memorant Naudæana p. 56. & Cremonium Epicuro, Lucretio, Pomponatio adſcribunt. Autor Libri *Eſſais de Litterature* T. II. p. 314 ſqq. ex profeſſo quidem de hoc Libro agere videtur; ſed notitia, quam ſuppeditat, tam jejuna eſt, ut merito credas, illum Cremonini Librum, quem recenſere vult, oculis nunquam uſurpaſſe: & Petrus Bælius etiam in *Dictionario* de Cremonino agens nullos ejus Libros nominat. Ludov. Mart. Kahlius in *Biblioth. Philoſoph. Struviana* T. I. p. 376. nos ablegat ad *Recuil de Litterature, de Philoſophie, & d'Hiſtoire*, pag. 31. edit. *Amſtelod.* 1730. in 12. qui Liber nobis non eſt ad manus. Quod ſi unquam fuerint editæ

illuſtres

illustres de Anima Contemplationes, sane rarissimas esse oportet. Neque minus rarissima sunt reliqua Cremonini Opera, nimirum: *Cæsaris* CREMONINI *Apologia Dictorum Aristotelis de Origine & Principatu Membrorum adversus Galenum. Venetiis, apud Hier. Piritum*, 1627. in 4. Ejusd. *Apologia Dictorum Aristotelis de Calido innato adversus Galenum. ibid. ap. Deuchinum*, 1626. in 4.

Cæsaris CREMONINI, *Centensis, in Schola Patavina Philosophi primæ sedis*, Tractatus tres: I. de Sensibus externis; II. de Sensibus internis; III. de facultate appetitiva. Opuscula hæc revidit Troylus Lanietta, Autoris Discipulus, & Adnotationes confecit in margine. *Venetiis* 1644. apud *Guerilios*, in 4. pp. 248.

Cæsaris CREMONINI, *Centensis, in Schola Patavina Philosophi Ordinarii*, Explanatio Proœmii Librorum Aristotelis de Physico Auditu; cum introductione ad Naturalem Aristot. Philosophiam, continente Tractatum de Pædia, descriptionemque universæ Naturalis Aristotelicæ Philosophiæ: quibus adjuncta est Præfatio in Libros de Physico Auditu. Ad Sereniss. Principem Alphonsum II. Estensem, Ferrariæ Ducem Augustissimum &c. *Patavii*, apud *Melch. Novellum*, 1596. in fol.

Ultimum hoc Opus recensetur in Theoph. Sinceri *Bibliotheca Histor. Crit. Libror. rarior.* p. 187 sqq. Conf. Bruckeri *Histor. Crit. Philosoph.* T. IV. p. 226. 227.

Pietro DE CRESCENCIO Trattato del Agricoltura, nel quale si tratta delle piante, e degli Animali e di tutte le villarecce utilità. *In Venez.* 1536. in 8. 1564. in 8. *In Firenze* 1605. 4.

Liber in ipsa Italia rarissimus; quod indicat Nic. Franc. Haym in *Notizia de Libri rari* p. 223. his verbis: "e Libro rarissimo, & stimatissimo."

Ludov.

Ludov. CRESOLLII Vacationes Autumnales sive de perfecta Oratoris actione & pronunciatione Libri III. *Parisiis* 1620. in 4.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catal. Biblioth.* Schalbruchianæ Tom. I. p. 164. Laudatur in Dan. G. Morhofii *Polybist.* T. I. p. 949.

Paul CRETZERS Christlicher Abschied der Patriarchen und anderer gottesfürchtigen Männer, auch Kayser, Könige, Chur- und Fürsten. *Hamburg* 1593. in 12. Christlicher Abschied Durchlauchtiger, gottesfürchtiger, erbarer Frauen. *ibid.* 1593. in 12. Christlicher Abschied der Theologen und Märtyrer, zum Theil in Kupfer gestochen. *ibid.* 1593. in 12. Christlicher Abschied Rittermässiger Personen, auch Philosophorum. *ibid.* 1593. in 12.

De his Libris ita judicat Cl. Apinus *in der Anleitung, wie Bilder zu sammlen*, p. 127. "Die in diesen IV. Theilen enthaltene Kupferstiche sind alle recht sauber gestochen. Das Büchlein aber ist rar: und daher, so klein es auch ist, so kostbar.

Jo. Baptistæ CRISPI, *Gallipolitani*, Quinarius primus de Ethnicis Philosophis caute legendis. *Romæ* 1594. fol.

Liber summe rarus, pauciſſimisque, imo ne maximis quidem Librorum helluonibus visus; quem accurate recensent Heumannus *Act. Philosoph.* T. II. p. 922 sq. & Cl. Bruckerus in *Histor. Philosoph. doctrinæ de Ideis*, p. 176 sqq. & in *Histor. Crit. Philosoph.* T. III. p. 343 sqq. Caussam tantæ raritatis esse censet doctiss. Heumannus, quod confuse admodum, atque invenuste scriptus paucos emtores repererit. Aliam indicat Cl. Bruckerus ap. Schelh. *Amœn.* T. V. p. 264.

Cesare CRISPOLITI Perugia Augusta. *In Perugia* 1684. in 4.

Liber in ipsa Italia perrarus. v. Haym *Notizia de Libr. rar.* p. 45.

Jo.

Jo. CROESELII, *Vilseccenſis, Acad. Ingolſtadienſis Bibliothecarii*, Elogia in duas partes diviſa: quarum prior jam inde a Conſtantino M. Imperatorum, Regum, Ducum, aliorumque inſignium Heroum, ſuperioribus & noſtro ſeculo virtute bellica maxime illuſtrium encomia complectitur; poſterior eos collaudat, qui eruditionis laude & publicatis Litterarum monumentis vel olim claruerunt, vel etiam clareſcunt. *Ingolſt.* ap. *Dav. Sartorium*, 1584. 8.

Rariorem eſſe hunc Librum ac plurimis Eruditis incognitum teſtatur Cl. Schelhornius Tom. IX. *Amœnitat.* p. 675. imprimis vero in *Amœnitat. Hiſtor. Eccleſiaſt.* p. 907-921.

Sieur DE LA CROIX *du Maine:* Premiere Volume de la Bibliotheque du Sieur de la Croix du Maine, qui eſt un Catalogue general de toutes ſortes d'Auteurs, qui ont écrit en François depuis cinq cents ans & plus, jusqu' à ce jour d'huy; avec un diſcours des vies des plus illuſtres & renommez entre les trois mille qui ſont compris en cet Oeuvre, enſemble un recit de leurs compoſitions tant imprimées qu'autrement. Dedié & preſenté au Roy. Sur la fin de ce Livre ſe voyent les deſſeins & projets du dit Sieur de la Croix, lesquels il preſenta au Roy l'an 1583. pour dreſſer une Bibliotheque parfaite & accomplie en toutes ſortes. Davantage ſe voit le Diſcours de ſes Oeuvres & compoſitions, imprimé derechef ſur la copie qu'il fit mettre en lumiere l'an 1579. *à Paris, chez Abel l'Angellier*, 1584. fol.

Colomeſii jam tempore hunc Librum in ipſa Gallia fuiſſe rariorem, patet ex ejus *Biblioth. Choiſ.* p. m. 429. unde non

non mirandum, quod a Reimmanno Libris rarioribus, quorum copia ægre admodum fieri potest, accenseatur. Vid. *Introd. in Histor. Litterar.* p. 354. Accuratam hujus Libri notitiam suppeditat Cl. Jo. Henr. von Seelen *de præcoc. Eruditis* p. 39.

Guil. CROWÆI, *Sudovolgiensis, Ludimagistri Croydonienſis*, Elenchus Scriptorum in Sacram Scripturam tam Græcarum, quam Latinar. &c. in quo exhibentur eorum Gens, Patria, Professio, Religio; Librorum tituli, Volumina, Editiones variæ; quo tempore claruerint, vel obierint; Elogia item aliquot Virorum clarissimorum; quibus omnibus præmissa sunt S. Biblia, partesque Bibliorum variis linguis, variis vicibus edita. *Londini, impens. Autoris*, 1672. in 8. pagg. 344.

Legantur de Libro rariori *Thesaurus Bibliothecalis* T. I. p. 303. & Autores ibidem excitati.

M. Georg. CRVCIGERI Harmonia Linguar. quatuor cardinalium, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ & Germanicæ. *Francof.* 1616. in fol.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruch. T. I. p. 38.

Franc. Grudeus CRVCIMANIVS, vid. *Sieur* DE LA CROIX *du Maine.*

Nicolai CRVSENII, *Augustiniani*, Monasticon Augustinianum, in quo describuntur omnes Ordines S. Augustini. *Monachii* 1623. in fol.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Gerh. a Mastricht. p. 542.

Mart. CRVSII Annales Suevici cum Libro Paralipomenon rerum Svevicarum exponentes Sveviæ Regiones, Principatus, Monasteria,

Urbes, Arces, Pagos, & alia memorabilia. *Francof.* 1596. in fol. IV. Tomi.

Liber rariſſimus, cujus novam editionem promiſit Jo. Mich. Halwachs, Hiſtor. Eloqu. ac Poëſ. Prof. Tubingenſis. Vid. *Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen*, 1732. p. 831. De raritate hujus Operis, quod ſatis accurate recenſetur in *Biblioth. Hiſtor. Hamburg.* Cent. X. p. 40 ſqq. teſtatur etiam *Catalogus Bibliothecæ* Mencken. p. 431. Conferatur omnino Præfatio Ill. Jo. Jac. Moſeri, qui rariſſimos hos Chronicorum Libros in germanicum idioma vertendos curavit, atque Continuatione ab A. 1596. ad A. 1733. auxit, vitamque Autoris, nec non *Bibliothecam* copioſam *Scriptorum rerum Suevicarum*, præmiſit. Titulus ita habet: *Martini* CRVSII *Schwäbiſche Chronick, aus dem Lateiniſchen überſetzet &c. Franckf. und Leipzig, bey Jo. Conrad Wohler*, 1738. in fol. plagg. 475.

Mart. CRVSII, Turco-Græciæ Libri IIX. *Baſil.* 1584. in fol.

Liber egregius, minores continens ipſorum Græcorum Tractatus atque Epiſtolas Statum civilem atque eccleſiaſticum omni cura deſcribentes. De raritate legatur S. R. D. Gerdes in *Florileg. Libror. rar.* p. 34 ſq.

- - - - Corona Anni, h. e. Explicatio Evangeliorum & Epiſtolarum in diebus Dominicis & Feſtis, græce & latine. *Vitembergæ, excud. Laur. Seuberlich.* 1603. in fol.

Opus rarius obvium vocatur in *Catalogo* Bunemanniano *Libror. rariſſ.* p. 65. 66.

Abrah. Jo. CVFFELER, *J. U. D.* Specimen artis ratiocinandi naturalis & artificialis ad Pantoſophiæ principia manuducens. *Hamburgi* apud *Henr. Kuhnrath*, 1684. in 8. cum fig. P. I. pagg. 258. P. II. pp. 229. P. III. pp. 140.

Liber admodum rarus, typis Hollandicis, non Hamburgenſibus, excuſus, in quo ſubinde Spinoza defenditur. Cuffeleri nomen non equidem in titulo legitur; interim ſatis

satis constat hunc esse hujus fœtus parentem. Plura dant Placcius in *Theatro Anonym.* f. 34. & Jac. Staalkopf *de Spinozismo post Spinozam* p. 8.

Laurentii CVMDII Bibliotheca Homiliarum Patrum. *Lugduni* 1588. IV. Voll. in fol.

Opus hoc inter rarissima illustrium Bibliothecarum Cimelia referendum esse Daumius in *Præfat. Patrum in Nativit. Christ. Homiliar.* & B. Thom. Ittigius in *Tractat. de Bibliothecis Patrum* p. 370. nos edocent.

Casp. CVNRADI, *Silef. Phil. & Med. Doct.* Prosopographiæ Medicæ Millenarius I. in quo Virorum doctrina & virtute clarissimorum Vita ac Fama singulis distichis utcunque delineatur; cum Elencho Nominum eorum in calce adjecto. *Francof. typis Antonii Hummii; impens. Mart. Gnisen, & Dav Molleri, Bibliopol. Vratislavienf.* 1615. in 8. *Ejusd.* Millenarius II. *ibid.* 1615. in 8. *Ejusd* Millenarius III. *Hanoviæ, sumtibus Conradi Eifridi,* 1621. in 8.

Scriptum utile ac perjucundum; at summe rarum, & a pauciſſimis visum. Ultra tertium Millenarium Autor non fuit progressus. Scribit quidem in Præfatione ad Millenarium III. quartum etiam ac quintum Millenarium ad typos in tantum jam esse adornatum, ut nihil deficiat præter nonnullorum dies natales, uti & nonnullorum emortuales; nunquam tamen hæc Millenaria lucem adspexerunt, & quæ filius Autoris, Jo. Henr. Cunradi, elaboravit Supplementa, in MSto adhuc servantur. Vid. *Thesaur. Bibliothecalis* T. I. p. 345. & *Hamburg. Berichte,* 1737. p. 645.

Cœlii Secundi CVRIONIS Pasquillus Ecstaticus; cui accedit Pasquillus Theologaster. Tractatus utilissimus & jucundissimus *Genevæ, ap. Petrum Columesium,* 1667. in 12. pp. 228.

Liber rarus, & lectu digniſſimus, qui etiam extat in *Tomis Pasquillorum,* & quidem T. II. p. 427-529. Recense-

tur in Jo. Christoph. Coleri *Antologia* Tom. I. p. 218 sqq. & in Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büchern*, T. II. p. 117. Prima editio prodiit *Genevæ* 1544. eodemque fere tempore etiam germanice cum inscriptione: *Der verzückte Pasquinus, aus Welscher Sprach in das Teutsch gebracht*, 1543. *Gedruckt zu Rom, auf Anhalten Maister Pasquini*, in 8. Alia editio in forma octuplici, anno & loco impressionis haud memorato, recensetur a S. R. Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitat. Histor. Eccleſiast.* T. I. p. 761. Ejusdem *Cælii Secundi* CVRIONIS *de Amplitudine beati regni Dei Dialogi, sive Libri II. ad Sigismundum Augustum, Poloniæ Regem Potentissimum & Clementissimum. Basil.* 1554. in 8. recensentur & rariſſimis Libris adnumerantur a S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Librorum rar.* p. 35.

Geronymo CVRITA Annales de la Coronna de Aragon, Tomi VII. *Caragoco* 1610. in fol. VII. Voll.

Liber valde rarus. Vid. *Catal. Biblioth.* Mencken. p. 541. *Merkwürdigk. Biblioth. Reg. Dresd.* T. I. p. 298 sq. *Biblioth. Histor. Hamburg.* Cent. IIX. p. 128 sqq. Ejusdem Autoris *Commentarius in Itinerarium Antonini*, Opus rariſſimum, recensetur infra, vid. *Hier.* SVRITA.

Jo. CVROPALATÆ *Scillizzæ* Historiarum Compendium, quod incipiens a Nicephori Imp. a Genicis obitu ad Imperium Isaaci Comneni pertinet. *Venet.* 1570. ap. *Nicolinum*, fol.

Rariſſime obviam esse hanc editionem docet Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. Græc.* T. VI. p. 387.

Bened. CVRTII, *Symphoriani, Equit. in Eccles. Lugdun.* Hortorum Libri XXX. in quibus continetur Arborum Historia ex probatissimis Autoribus & ipsius Auctoris observatione collecta. *Lugduni, excud. Jo. Tornasius, Typogr. Reg.* 1560. in fol.

Opus nitidum, & exquisita eruditione, at summe rarum, & in pauciſſimorum manibus, teste Andr. Christ. Eschenbachio

chio in Dissertat. *de Consecratis Gentilium Lucis*, *Jen.* 1686. p. 1.

Cornelii CVRTII, *Ord. Erem. Historiographi & Diffinitoris Generalis*, Elogia Virorum illustrium ex Ordine Eremitarum D. Augustini, cum singulorum expressis ad vivum Iconibus. *Antwerpiæ ap. Jo. Cnobbarum*, 1636. in 4.

Liber eximiæ raritatis, continens Icones artificiosa elegantia factas.

Q. CVRTIVS una cum variantibus Lectionibus Codicis MSti Theocreniani. *Lugduni* 1584. in 12. apud *Anton. Gryphium*

impressus, adeo rarus est, ut Cl. Heumannus eundem Phœnicem Librorum vocare audeat. Vid. *Conspectus Reipubl. Litterar.* p. 317. ed. noviss. itemque *Schediasma de Anonym. & Pseudonym.* p. 127. 128. Conf. *Nova Acta Eruditor.* A. 1740. p. 380.

Q. CVRTII *Rufi* Historiæ. *Lugduni*, apud *Paulum Frellon.* 1615. in 12.

Editio infrequens, pauciſſimisque nota, judice Paulo Colomesio in *Biblioth. Select.* p. 487. Op. "Cette edition "de Q. Curce, inquit, qui est peu connuë, a ceci de par-"ticulier, qu'outre les Supplemens ordinaires attribuez "a Christoffle Bruno, elle en a d'autres copiez sur un Ma-"nuscrit de la Bibliotheque de S. Victor par Jean Masson.„

CYMBALVM Mundi.

Duplex sub hoc titulo extat Scriptum: alterum *Bonaventuram de Perieres* Autorem habens; alterum improbius, quod MS. in *Bibliotheca* Hohendorfiana T. III. p. 262. fuit, cujusque apographum a se visum fuisse testatur Venerand. Jo. Alb. Fabricius in *Syllabo Scriptor. de Veritate R. C.* p. 475. Idem hoc MStum extat etiam in *Biblioth.* Uffenbach. T. III. p. 682. latina lingua scriptum; itemque in *Biblioth.* Reimmanniana, qui Vir Celeberr. in *Historia Atheismi* p. 387 sq. illud describit his verbis: "Titulus est: CYMBALVM "*Mundi, hoc est, Doctrina solida de Deo, Spiritibus,* "*Mundo, Religione ac de bono & malo, superstitioni pa-*

"*ganæ ac christianæ opposita. Eleutheropoli, A.* 1668. Et "in pagina aversa legitur: *Prima editio prodiit* 1617. *hæc "altera est e MStis Autoris Itali aucta & correcta.* Quod "utrumque falsum, & ad palpum Lectori impingendum "confictum esse putamus. Neque enim Italum esse Auto- "rem existimamus, nec unquam in lucem, aspectumque "publicum prodiisse, nedum bis prodiisse; cum apud Eru- "ditos omnes etiam diligentissimos Librorum damnatorum "enarratores, altum de eo adhuc fuerit silentium. Et hor- "ret animus ejus enarrare argumentum: Usque adeo Au- "tor omnem posuit frontem, & pudori cuivis & pietati ac "religioni indixit bellum, juratus omnis Ecclesiæ, & Civi- "tatis bene constitutæ hostis. Scilicet religionem omnem "commentum putat esset politicum &c.,, quæ legantur apud Reimmannum. De priori Scripto sciendum, illud prima vice An. 1537. prodiisse. Nicolaus enim Catherinot in *Annales Typographiques de Bourges* inter Libros A. 1537. in urbe *Bourges* excusos allegat CYMBALVM *Mundi par Bonaventure des Periers, Valet de Chambre de la Ducheſſe de Berry.* Vid. Aug. Bayer *Memor. Libror. rarior.* pag. 2. Atheismi autem nec vola in illo occurrit nec vestigium, & ii omnes, qui Autorem Atheis accensendum esse judicarunt, non aliud argumentum habuisse videntur, quam rumorem publicum; quod copiose exponunt ex Prospero Marchand S. Rev. Reimmannus in *Histor. Atheism.* p. 385 sq. itemque in *Bibliothecæ suæ Catalogo* p. 1115. & Carol. Frid. Buddeus in *Schediasm. de Criteriis boni Libri, Lipsiæ* 1714. edito, pag. 9. scribens: "Quotquot Eruditorum de hoc Libro "verba faciebant, tot publicæ Atheismi & nefandæ impieta- "tis notæ Autori inurebantur. Libri hujus ea erat raritas, "ut duo tantum Parisiis invenirentur exempla, quorum alte- "rum Regia Parisina, alterum vero Bibliotheca instructissima "Emerici Bigotii possidebat. Recudi autem A. 1706. hunc "Librum fecit Felix de Commercy, adjecta Epistola apolo- "getica; in qua ivit ostensum, neminem eorum hunc Li- "brum vidisse, nec in eo quicquam impii, aut Atheismi "macula dignum occurrere. Quoniam vero sub ficto Felix "de Commercy nomine Mr. de la Monnoye latere nonnul- "lis erat persuasum, movit id Prosperum Marchand, ut "repetita A. 1711. editione seipsum Epistolæ apologeticæ

"Auto-

"Autorem publice profiteretur.„ Possideo hunc Libellum A. 1732. iterum excusum cum figuris Picartianis: CYMBALVM *Mundi, ou Dialogues Satyriques sur differens Sujets, par Bonaventure des Periers. Avec une Lettre Critique dans laquelle on fait l'Histoire, l'Analyse, & l'Apologie de cet Ouvrage par Prosper Marchand Libraire. Nouvelle edition revuë & augmentée de Notes & Remarques, communiquées par plusieurs Sçavans. à Amsterdam, chez Prosp. Marchand,* 1732. in 12. pp. 243. Anglicanam etiam Versionem *London* 1723. in 8. maj. memini me vidisse.

Jo. Adolphi CYPRÆI, *Slesvicensis*, Annales Episopor. Slesvicensium, unius veræ, sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Statum, quoad ejus originem, propagationem, ac mutationem in Regno Daniæ ac finitimis Slesvici ac Holsatiæ Ducatibus, aliasque res quovis Seculo in Ecclesia ac Politia admirandas vereque memorabiles illic gestas ac perpetratas, breviter ac dilucide complectentes, ac explicantes; inserta simul brevi ac rotunda Regum Daniæ ac Ducum Slesvici ac Holsatiæ Genealogia: in Dei gloriam, Ecclesiæ commodum, ac Patriæ ornamentum editi ac divulgati. *Colon. Agripp. sumtibus Autoris; typis Hartgeri Woringen.* A. 1634. in 8. pp. 468.

Rarioribus hodie Libris, imo rarissimis accensendum, ex judicio Doctiss. Jo. Henr. von Seelen in *Selectis Literariis* p. 662. edit. 2. Duplicem raritatis causam allegare possumus, quia nempe hic Liber propriis Autoris sumtibus excusus, & nunquam recusus fuit. Nihil tamen isto doctius, nihil elegantius, nihil veterum testimoniis, magno cum delectu conquisitis, ornatius, nihil denique accuratiori scriptum judicio, se de rebus Cimbricis legisse unquam fatetur Jo. Mollerus in *Introd. in Histor. Cherson. Cimbr.* P. I. p. 125. ubi in laudes hujus Libri excurrit, quem a Patre Paulo Cypræo, diversorum Holsatiæ Ducum Consiliario, inchoatum

& affectum, continuavit & ad finem perduxit Jo. Adolphus Cypræus, Slesvicensis, Templi in Civitate patria Michaëlitani Ecclesiastes ad A. 1633. usque. Hoc enim ineunte in Bataviam Medicis aëris mutationem ob febrim quartanam suadentibus excurrit, & inde non multo post Coloniam digressus, Lutheri doctrinam ejuravit, Ecclesiæque Romanæ factus est Proselytus. Conf. Ill. Ern. Joach. de Westphalen doctissima Præfatio Tom. III. *Monumentorum ineditor.* p. 36 sqq.

Pauli CYPRÆI Apopasination de Origine, Nomine, priscis Sedibus, Lingua prisca, Moribus antiquissimis, Rebus gestis & Migrationibus Saxonum, Cimbricorum, Jutarum, & Anglorum; opera & studio Hieron. Cypræi, Slesvicensis, J. U. L. *Hafniæ* 1622. in 4.

Raritatem indicat *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 740. Causa raritatis in paucitate foliorum quærenda; constat enim plagulis saltem 5½. Recensetur in Ill. Westphalen *Monumentis ineditis* T. IV. p. 1580.

Leopoldi CYSATI de quatuor Urbibus Helvetiæ Sylvestribus.

Librum rarissimum, & frustra hactenus quæsitum, attamen lectu omnino dignissimum vocat Christianus Gryphius in Dissertat. *de Scriptoribus Historicis Sec. XVII.* p. 412. Raritatem hujus Scripti arguunt etiam Catalogi Bibliothecarum locupletissimarum, in quibus illud incassum quæres.

D.

Casp. DANCKWERTH Landes-Beschreibung von Schleswig und Holstein.

Librum hunc in diesrariorem fieri indicat *Catal. Historic.* Fresnoio-Mencken. pag. 180. Id quod Auctiones etiam testantur, & dignitas hujus Topographiæ jure suo postulat, quam certe Viri docti omnibus aliis Topographiis præferunt, nec facile inventum iri censent accuratam adeo Provinciæ ullius Delineationem, quæ cum hac Danckwerthiana possit conferri. Vid. Mulleri *Isagog. ad Histor. Cimbr.* p 6. Titulus Operi præfixus ita habet: *Neue Landes-Beschreibung der zwey Hertzogthümer Schleswich und Holstein, zusamt vielen dabey gehörigen neuen Land-Carten, die auf Ihr. Kœnigl. Maytt. zu Dennemarck, Norwegen &c. und Ihr. Fürstl. Durchl. beeder regierenden Hertzogen zu Schlesw. Holstein &c. aller-und gnædigsten Befehle von dero Kœnigl. Maytt. bestaltem Mathematico, Jo. Meiero, Hus-Cimbro, chorographice elaboriret, durch Casp.* DANCKWERTH *D. zusammen getragen und verfertiget; worin auch das alte Teutschland kürtzlich beschrieben, mit begriffen ist. Anno* 1652. in fol. *Chart. Atlant.*

Augustini DATHI, *Senensis*, Opera aurea

Rarioribus, imo rarissimis Scriptis adnumerantur a doctiss. Jo. Petro Kohlio *in den Hamburg. Berichten von Gelehrten Sachen*, An. 1739. pag. 310. Nec sine causa ita judicasse Cl. Kohlium docet S. Rev. Feurlein ibid. p. 536. scribens: "Muratorius hat diese Opera DATHI nicht gesehen; wel-"ches ein starckes Merkmal ihrer Seltenheit in Italien ist. "Ich habe ihm die Fragmenta Historiæ Senensis und Histo-"riam Plumbinensem in Abschriften anbieten lassen.„ Nicolaus, filius vel nepos Augustini, editionem horum *Operum* procuravit *Senis* 1503. in fol. quæ deinceps *Venet.* 1516. in fol. recusa fuerunt. Istas editiones diligenter recenset doctiss. Feurleinius *l. c.* Aliam vero *Operum* DATHI *Parisiensem per Wilhelmum de Rouge* 1513. in 4. possidet & recenset doctiss. Kohlius *l. c.*

Christiani DAVMII selectæ Divorum Patrum, veterumque Ecclesiæ Doctorum, qui oratione soluta scripserunt, Homiliæ ac Meditationes in Festum Nativitatis Jesu Christi, Salvatoris nostri. *Cygneæ*, 1670. in 8.

Libellus non adeo obvius, judice Jo. Alb. Fabricio in *Biblioth. Græc.* T. XIII. p. 797. ubi satis copiose recensetur.

Angeli DECEMVIRI, *Mediolanensis, Oratoris ad Pium II. Pontif.* Politiæ Litterariæ Libri VII. *August. Vindel.* 1540. fol.

De rarissimo hoc Libro legantur Carol. Arndius in *System. Literar.* p. 28 sqq. & Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. mediæ & infimæ Latinit.* T. II. p. 47 sqq. qui posterior nos docet, recusum esse Decembrii Opus Augustino Curione curante *Basileæ* 1562. in 8. Id quod confirmat Thomas Crenius in *Dissertat. de Claris Angelis*, in limine Angeli Caninii *Hellenisini* p. 18. his verbis: "Qualis fuerit Angelus DECEMBRIVS, Mediolanensis, Orator clarissimus; „ Barthii vero sententia *Libr. I. Adversar. c. 2. col. 2:* "Homo "doctior, quam eloquentior, docent ejus *VII. de Politia* "*Literaria Libri*, multa & varia eruditione referti, e Bo- "naventuræ Vulcanii Bibliotheca in meam, magno meo "bono, derivati cum manu hujus, editique *Basil.* 1562. 8.„

Jo. DECII Syntagma Institutionum Juris Imperialis Hungarici, quatuor perspicuis quæstionum ac responsionum Libris comprehensum. *Claudiopoli*, 1539. in 4.

Librum hunc a præstantia & ingenti raritate laudat ac commendat, novamque editionem exoptat Ill. de Ludewig in *Præfat. zur rechtl. Erläuterung der Reichs-Historie* p. 85.

DECOR Puellarum, vid. PVELLARVM.

La DECOUVERTE de la Verité, & le Monde detrompé à l'egard de la Philosophie & de la Religion, in 8.

Scriptum impium; hinc flammis ultricibus datum. Ita enim legitur in *Dingsdagsche Haerlemsche Courante* A. 1746. n. 4:

n. 4: "s'Gravenhage, d. 24. January. Deezen Middag "is het FranseBoek-Deel in 8. voerende tot Tytel: *La De-* "*couverte &c.* als inhoudende veele godslasterlyke Grond- "stellingen &c. op den Gerichtsplaatse van den Hove van "Justitie alhier verbrand, en den Author voor eeuwig uyt "den Lande gebannen worden.„

Petri DELPHINI, *Prioris sacræ Eremi, & Generalis totius Ordinis Camaldulensis*, Epistolarum Volumen. *Impressum arte & studio Bernardini Benalii, Impress. Venet.* 1524. fol.

Libris rarissimis adnumeratur, de quo hæc lego in *Menagianis* T. IV. p. 58: "On croit l'avoit ici à bon marché, "quand on l'a pour XX. ecus. J'ose pourtant vous dire, "que son plus grand merite est la rareté. L'Ouvrage "n'est considerable, ni pour la diction, qui est entierement "monacale, ni pour l'importance des faits.„ Et in *Actis Eruditor.* 1733. p. 511: "*Epistolæ* DELFINI sunt longe "rarissimæ; sed eædem, tribus exceptis, posteritati inuti- "les, neque adeo dignæ, quæ denuo proferantur in lucem.„ Conf. *Journal des Sçavans* 1726. *Janvier.* p. 119.

DESCRIPTION generale de l'Hotel Royal des Invalides etabli par Louis le Grand dans la pleine de Grenelle près Paris; avec les Plans, Profils, & elevations, & ses faces, coupes, & appartemens. *à Paris, au dit Hotel*, 1683. in fol.

Opus splendidum, quod certe in paucissimorum manibus est, quia sumtibus ac impensis ipsius Contubernii Invalidorum editum fuit. Ampla ex ipso excerpta leget cui volupe fuerit in Ill. Jo. Petr. de Ludewig Dissertat. *de Jure Valetudinarii militum emeritorum der Invaliden-Häuser* p. 66sqq.

Valer. Andreas DESSELIVS, vid. *Valerius* ANDREAS.

DIALOGUE d'Esope, & de Mercure.

"C'est une Satire de Sr. Noble, que Messieurs d'Am- "sterdam ont fait bruler par la main de bourreau.„ Hæc Bælius in *Epistolis* p. 364.

DIA-

DIARIVM Historicum Francofurtense, vid. FRANCOFVRTENSE.

DIETHERI, *Electoris & Archiep. Moguntini*, Scriptum publicum in causa sua adversus Adolphum, Comitem Nassovium.

Exiguæ molis Libellus a *Jo. Faust.* & *Petro Schoiffero* excusus; tantæ autem raritatis, ut ejus vix usquam hodie vestigium appareat. Vid. *Histoire de l' Origine & des premiers Progres de l' Imprimerie* par Prosper Marchand, & *Acta Erudit.* 1739. p. 586.

Wilhelmi DILICHII Chronicon Hassiacum. Titulus est: Hessische Chronica, zusammen getragen und verfertiget durch Wilhelm Scheffern, genannt DILICH, und *zu Cassel gedruckt durch Wilhelm Wessel*, Anno 1605. in 4. P. I. habet pagg. 189. P. II. pp. 374.

Memorantur præter hanc & extant editiones Anno 1606. 1608. & 1617. *ibid.* impressæ, quæ omnes Libris rarioribus adnumerandæ sunt. Possidemus primam A. 1605. excusam, cujus enarratione accurata & uberiori defungitur Cl. Joh. Georgius Estor, quamque nos omnium rarissimam, imo & optimam censemus. Exhibet enim figuras omnium Hassiæ & Wetteraviæ Castrorum ac Oppidorum cum Genealogiis Comitum Dominorumque, quæ cum variis aliis in sequioribus editionibus omissa sunt. De differentiis editionum harum legere juvabit Christoph. Frid. Ayermannum in der *Einleitung zur Hessischen Historie* p. 17. 18. Jo. Georgium Estor in *Jo. Phil. Kuchenbeckers Analectis Hassiacis* P. IIX. p. 264 sqq. & Henr. Christ. Senckenberg *Selectorum Juris & Historiar.* T. III. p. 60 sq. *Præf.*

Wilh. DILICHII Urbis Bremæ & Præfecturarum, quas habet, Typus & Chronicon. *Cassellis, per Wilh. Wesselium*, in 4. pagg. 291. Tabulisque æneis XXI.

Annus impressionis in titulo non reperitur; in fine autem Dedicationis Consulibus, Senatui, Populoque inclytæ urbis Brema-

Bremanæ inſcriptæ legitur: *Caſſellis, Calend. Mart. Anno Domini 1603.* Liber hic rarus eſt apud nos, divendique in Auctionibus plerumque ſolet tribus, quatuor, imo & quinque Imperialibus. Noli tamen putare illum frequentius alibi occurrere. Cl. Chriſtianus Gottl. Buderus in *Biblioth. Hiſtorica ſelecta, cujus primas lineas duxit B. G. Struvius*, Opere plane egregio ſcribit p. 1001: "Inter rariores Libros "numerandum eſt *Wilh.* DILICHII *Urbis Bremæ & Præfecturarum, quas habet, Typus & Chronicon, Caſellis*, "in 4. cum fig. æn. ſine anni mentione. Dedicatio vero "annum 1604. præfert.„ Hæc Cl. Buderus. Suſpicor "tamen, errorem latere in numeris: meum enim Exem- "plar, & quotquot vidi, annum 1603. in Dedicatione præferunt. Majorem tamen raritatem habet ejusdem DILICHII *Typus Urbis Bremæ, Caſſel.* 1602. in 12. pp. 109.'

DIODORI *Siculi* Bibliothecæ Hiſtoricæ Libri XV. græce & latine, per Laurent. Rhodomannum. *Hanov. typis Wechelianis*, 1604. fol.

Editio optima, ſed paulo infrequentior. Vid. *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. p. 82.

DIONIS *Caſſii* Hiſtoria Romana, græce & latine, opera Jo. Leunclavii. *Hanoviæ, typis Wechelianis*, 1606. in fol.

Eximia Scriptoris hujus editio, ſed paulo rarior. Vid. *Bibliotheca* Mencken. p. 134.

DIONYSII, *Genuenſis, Ord. Capucin. Profeſſ.* Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum, S. Franciſci Capucinorum. *Genuæ*, ap. *Jo. Baptiſt. Scionicum*, 1691. in fol. pp. 324.

Liber hic inter rariſſimos locum ſuum jure optimo tuetur, cujus & in ipſa Italia parcior datur copia. Prima ejus editio prodiit in forma quadripartita, hæc auctior eſt priori. Vid. Aug. Bayeri Viri Doctiſſ. *Memoriæ Hiſtorico-Crit. Librorum rarior.* p. 153. 154.

DISCVRSVS Epiſtolares Politico-Theologici de Statu Reipublicæ Chriſtianæ degenerantis, tum

tum de reformandis moribus & abusibus Ecclesiæ. *Francof.* 1610. in 4.

Liber rarissimus, teste Ill. Uffenbachio in *Catal. Biblioth.* T. I. p. 314.

DISPVTATIO apologetica pro Potestate Summi Pontificis, in qua clare demonstratur penes Pontificem esse Potestatem Principes abdicandi: istamque veritatem non solum esse conclusionem Theologicam, quæ errori opponitur; sed de fide etiam expresse definitam, ita ut contraria opinio absque manifesta hæresi sustentari non possit.

Libellus impressus quidem, sed vel ab ipso Autore, vel publica etiam autoritate suppressus. Vid. Vinc. Placcii *Theatrum Anonymor.* p. 152.

Franc. DISSALDEI Animadversiones in Plautum. *Salmur.* 1611. in 12.

editas rariores esse docet *Catal. Bibliothecæ* Schalbruch. P. III. p. 21.

Liber DIVRNVS *Garnerii*, vid. *Jo.* GARNERIVS.

Liber DIVRNVS, quem ex Codice Romano Lucas Holstenius *Romæ* An. 1660. edidit, plane est suppressus. De qua suppressione Steph. Baluzius in *Notis ad* Ant. Augustini *Dialogos de emendatione Gratiani* p. 433. post tria Diurni MSta indicata hunc in modum nos docet: "Vaticanum ediderat Vir de Antiquitate Ecclesiastica optime meritus, Lucas Holstenius, A. 1660. priora- "que & postrema editionis folia miserat ad Illustriss. Virum "Petrum de Marca, Archiepiscopum ea tempestate Tolosa- "num; e cujus manibus illa recuperavit Cœlius Piccolomi- "neus, Nuntius tum Apostolicæ Sedis in Gallia, nunc vero "eminentissimus Cardinalis. Suppressa autem statim est "editio illa Diurni, nescio ob quam causam: fortassis quia "in initio nimium multa circa electionem Pontificis tri- "buantur Imperatori, & Exarchæ apud Ravennam com- "moranti.„

"moranti.„ Graviſſime in hanc ſuppreſſionem invehitur, vtpote non modo injuſtam, & cognitioni Antiquitatis Eccleſiaſticæ inopportunam, ſed contumelioſam quoque in Pontificem & Eccleſiam Romanam, Jo. Launojus in *Epiſtolis*, variis locis, quæ congeſſit Wilh. Ern. Tenzelius T. I. *Exercitationum Selectar.* p. 353 ſqq.

Rogeri DODSWORTH & *Guil.* DVGDALE Monaſticum Anglicanum, ſ. Origines Monaſteriorum Angliæ. *Londin.* Tom. I. 1655. it. 1658. it. 1682. Tom. II. *ibid.* 1661. 1673. Tom. III. *ibid.* 1673. in fol.

Opus pretio & raritate inſigne ab ipſis Anglis olim ſuppreſſum. Vid. *Catalogus* Fresnoio-Mencken p. 454. Iteratæ priorum Tomorum editiones ſine dubio in ſola tituli mutatione, ut fieri ſolet, conſiſtunt. In *Bibliotheca* Ittigiana divenditum fuit pretio XXVII. taleror. Duos Supplementorum Tomos, ſive *Volumina acceſſoria Jo. Stevens, Lond.* 1722. in fol. evulgavit, quos recenſent *Acta Erud.* 1724. p. 382 ſqq. 541 ſqq.

Stephani DOLETI Scripta rariſſima ſunt, & in Bibliothecis haud frequenter obvia. Hominis infelicis, qui tandem A. 1545. & ſuæ ætatis 36. Lutetiæ laqueo ſuffocatus, ac flammis conſumtus fuit, vitam laboresque plurimos, crebras lites, ac fata acerbiora, poſt Petrum Bayle diligenter & copioſe, potiſſimum ipſius Doleti verbis, deſcripſit Mich. Maittaire *Annalibus Typograph.* T. III. a. p. 9. usque ad 113. Huic adde J. M. Gesneri Obſervation. de Doleto in *Biblioth. Mixt. Hamburg.* Tom. II. p. 883 ſqq. T. III. p. 297 ſqq. Quod ad *Scripta* DOLETI, multi ejus Libri a Theologis Pariſienſibus, A. 1544. imo omnes, in *Indice Expurgatorio* edito *Madriti*, *ap. Alphonſum Gomerium*, *Reg. Typograph.* 1583. in 4. damnati ſunt. Nec ſcio, an non ei turbas conciverint, & in ejus denique internecionem monachale, quo nullum capitalius, odium incenderint nonnulla Carmina iniquius contra Cucullatos ſcripta, e quibus unum hic legiſſe ſufficit ex edit. *Carminum A.* 1538. p. 27.

Ad

Ad Nicolaum Fabricium Valesium.

De Cucullatis.

Incurvicervicum Cucullatorum habet
Grex id subinde in ore, se esse mortuum
Mundo; tamen edit eximie pecus, bibit
Non pessime, stertit sepultum crapula,
Operam Veneri dat, & voluptatum assecla
Est omnium. Idne est mortuum esse Mundo?
Aliter interpretare. Mortui sunt hercule
Mundo Cucullati, quod iners Terræ sunt onus,
Ad rem utiles nullam, nisi ad scelus & vitium.

Male quidem apud multos, quoad suam de religiosis rebus opinionem audit Doletus; negari etiam non potest, Doletum in suis aliquando Scriptis esse paulo liberiorem, & verborum nonnihil profaniorum reum: facile tamen credo, Lutheranismi suspicionem præcipuam infortunii, quod Doleto accidit, fuisse causam. Quod enim attinet reliquam criminationis partem, satis erat, (tantum tunc temporis fuit adversus Lutheranos capitale odium) quenquam non modo Lutheranum dici, sed vel minimam Lutheranorum dogmatum umbram habere; ut ob eam causam unicam omnium reorum pessimus existimaretur. Inter Libros a Doleto conscriptos præcipue hic nominandi sunt:

Stephani DOLETI Commentarii Linguæ Latinæ. Tom. I. *Lugduni, ap. Seb. Gryphium*, 1536. T. II. *ibid.* 1538. in fol.

Stephani DOLETI de imitatione Ciceroniana adversus Desider. Erasmum Roterod. pro Christoph. Longolio. *Lugduni, ap. Seb. Gryphium*, 1535. in 4.

Valde rarus Liber in Auctione Menarsiana p. 329. pro XXX. florenis venditus, cuique Bunemannus in *Catal.* p. 85. pretium VII. taleror. appositit.

Stephani DOLETI Orationes duæ in Tholosam. *Ejusd.* Epistolarum Libri II. *Ejusd.* Carminum

minum Libri II. Ad eundem Epistolarum amicorum Liber in 8. absque indicio anni & Typographi.

Farraginem hanc admodum raram copiose recenset Cl. Schelhornius in *Amœnitatt. Historiæ Ecclesiastic. & Liter.* p. 866 sqq. De raritate hujus farraginis non pigebit hic legisse observatiunculam doctiss. Kohlii in den *Hamburgischen Berichten* 1740. p. 191. 192. scribentis: "Wir besitzen "seine überaus raren *Orationes duas in Tholosam*, und seine "*Epistolas*, die ausser dem Herrn Maittaire, der den gröss-"sesten Theil der Lebensbeschreibung des Doleti daraus "genommen, und Herrn Past. Schelhorn, wohl wenige "in Händen haben. Diesem sind II. Bücher seiner Gedichte "beygefüget. Vor kurtzer Zeit aber traffen wir in einem "Catalogo einer in Hannover verkauften Bibliotheque *Ste-*"*phani* DOLETI *Epigrammata*, *sive Carminum Libri IV.* "*Lugduni*, *ap. Steph. Doletum*, 1538. in 4. an; welches "daselbst ziemlich theuer bezahlet, und in die Königl. "Bibliotheque in Hannover gekommen ist.„ Adsunt hæc "*Epigrammata* etiam in Bibliotheca Jenensi. Vid. Myli *Memorabilia h. B.* p. 132.

Stephani DOLETI de Gestis Franc. Valesii, Regis Francorum, Libri II. quibus describitur, quicquid per Gallos gestum ab an. salutis 1513. usque ad annum 1539. *Lugduni*, *typ. Autoris*, 1539. in 4.

Liber hic versibus heroicis conscriptus gallice mox ab Autore versus ex *offic. ejus* prodiit 1540. iterumque 1543. in 8.

Le second Enfer d'Estienne DOLET.

Scriptum hoc a Doleto cum altera vice Lutetiæ in carcere detineretur, editum, inter rariora rarissimum est. Impressum est *à Troyes par Nicole Paris* 1544. Scribit quidem Antonius du Verdier: *L'Enfer*, *qui sont certaines compositions en vers faites par* DOLET *sur son second empriſonnement; imprimé à Lyon in 16. par Luy mesme*, 1544. sed hic lapsum fuisse oportet Verderii Typographum. Vix enim probabile est, hunc Librum ab ipso Doleto excusum.

De raritate ejus legatur Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. III. p. 109.

DONATVS, *ap. Quentel, Coloniæ* 1457. in 4.

De hoc Libro, inter rariora Typographiæ incunabula rariſſimo, ſic V. Cl. Dominus du Chat in *Epiſtola* ad P. M. data: "Mr. de la Croze & moy avons vu & manié ce livre "plus d'une fois, & il eſt actuellement à Dresde dans la "Bibliotheque du Baron de Beſſer, ci-devant grand Maitre "de Ceremonie du Roy de Pruſſe. Au bas du Titre tout "entouré de figures en forme de vignettes ſe lit bien di- "ſtinctement 1457. *à Cologne chez Quentel.* Je ne doute "pas, qu'il n'y ait la ou de l'impoſture, ou peut être "omiſſion d'un C. Mais le fait etant d'ailleurs conſtant, "vaut ce ſe ſemble d'autant plus la peine, qu'on en parle, "que perſonne, que je ſache, ne l'a encore relevé.„ Vid. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* Tom. I. p. 271. edit. noviſſ. *Amſtelod.* 1733.

Anton. Franceſco DEL DONI, *Fiorentino*, la Libraria diviſa in tre Trattati: nel primo ſono ſcritti tutti li Autori volgari, con cento e piu diſcorſi ſopra di quelli; nel ſecond ſono dati in luce tutti i libri, che l'Autore ha veduti a penna, il nome de componitori dell'opere, i titoli &c. nel terzo, ſi legge l'inventione dell'Academie, inſieme con i ſopranomi, i motti, le impreſſe, & l'opere fatte da tutti li Academici. *in Vinegia, apud Gabr. Giolit. de Ferrari,* 1558. in 8. cum figg. ligneis Virorum eruditor.

De Libro hoc rariori, cujus duæ præterea extant editiones, altera *Venetiis ap. Gabr. Giolit. de Ferrari* 1550. in 12. ſine figuris, altera itidem *Venetiis ap. Altobellum Salicatum* 1580. in 12. ſine figuris, legatur Aug. Bayerus in *Memor. Librorum rarior.* p. 217 ſq. Inſpicere etiam juvabit P. Bayle *Dictionarium Hiſtorico-Crit.* qui de cæteris Autoris noſtri Scriptis commentatur; quæ inter huc referendum eſt illud, cui titulus: *Gl' Inferni.* "C'eſt un in *quarto* de 224. pa- "ges,

"ges, imprimé *à Veniſe nell' Academia Peregrina per Fran-*
"*ciſco Marcolini* l'an 1553. Il y a ſept Enfers dans cet
"Ouvrage: *Inferno de gli Scolari & de Pedanti. Inferno*
"*de mal Maritati & de gli Amanti. Inferno de richi Ava-*
"*ri, & de Poveri liberali. Inferno del Puttane, & de*
"*Ruffiani. Inferno de Dottori ignoranti, Artiſti & Legiſti.*
"*Inferno de Poeti & Compoſitori. Inferno de Soldati &*
"*Capitani poltroni.* Ce n'eſt la que la premiere partie de
"*gli Inferni del* DONI. Je ne ſai point, ſ'il donna la
"ſuite. „ Hæc P. Bayle.

Joſephi DONZELLI Parthenope liberata. *Neapol.* 1647. in 4.

Librum hunc anxie ubique quæſitum reperire nondum potui, imo ne titulum quidem ejusdem indagare in Catalogis inſtructiſſimarum etiam Bibliothecarum. *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Menckenianus nihil habet de Joſepho Donzello. Ex Nicolai Toppii *Biblioth. Neapolitana* Autoris & hujus Scripti meminit *Lexicon Eruditor. Lipſienſe.* De raritate autem ejusdem, & cauſa raritatis, hæc lego in Chriſtiani Gryphii *Tractat. de Scriptoribus Hiſtoricis Sec. XVII.* p. 447: DONZELLI *Parthenope liberata* in 4. italice, eo "rarior eſt, quod acerba in Hiſpanos invectiva ſit, adeo-"que vix amplius recuditur. *Neapoli* prodiit An. 1647. ſub ipſis motibus.

Henrici DORPII wahrhaftige Hiſtorie, wie das Evangelium zu Münſter angefangen, und darnach, durch die Wiedertäufer verſtöret, wieder aufgehöret hat; darzu die ganze Handlung derſelben Buben vom Anfang bis zu Ende, beedes in geiſtlichen und in weltlichen Stücken: mit einer Vorrede Jo. Bugenhagens, Pommers D. Anno 1536. in 4.

Libellum hunc quatuor ſaltem plagulis conſtantem rariſſimum hodie eſſe docet Vir de omni elegantiori litteratura optime meritus Jo. Dav. Kœhlerus in den *Hiſtoriſch. Münz-Beluſtigungen*, P. V. p. 260.

Jo. DOTECHOMII Descriptio Geographica Provinciarum Belgii.

Frustra hunc Librum in Catalogis Bibliothecarum instructissimarum quæsivi. De raritate ejus Adrianus Pars in *Indice Batavico of Naamrol van de Bataviſe en Hollandſe Scryvers* p. 129. hæc habet: "*Jo.* DOTECHOMII *Descriptio Geographica Provinciarum Belgii*, bygebracht "van den Heer van Someren in syn *Batavia* p. 16. Doch "heb het selve Boek noit kunnen aantreffen. Syn aan- "merklyke *Kaart van het Huis de Britten*, uitgekomen "in't Jaar 1588. heb ik in handen, waar van een Uittreck- "sel te lesen is in onse *Katwykse Oudheden*, p. 91. 92.

Georg. DOUNAMI, *Episcopi Derensis*, Papa Antichristus, seu Diatriba de Antichristo pro Rege Jacobo, & contra Leonh. Lessium. *Londin.* 1620. in 4.

Liber rarus, ex indicio Gerhardi a Mastricht in *Catalogo Biblioth.* p. 57.

Jo. DRACONITIS Opuscula Bibliorum Pentaplorum.

Qualia sunt: *Geneseos Patriarchæ sex*, *Adam*, *Noah*, *Abraham*, *Isaac*, *Jacob*, *Joseph*, *cum translationibus fontis Hebraici*, *Chaldaica*, *Latina*, *Germanica*, *ac explicatione Grammatica Linguæ Sanctæ*. *Vitebergæ*, *excud. Jo. Crato*, 1563. fol. Statuerat Autor hac ratione totum Geneseos Librum in lucem dare: neque tamen ultra Capita V. priora progressus est, sive sumtuum magnitudo Bibliopolam, sive alii conatus Autoris telam abruperint. *Jesaias Hebraice cum versionibus Chaldaic. Græc. Latin. German. ac explicatione Grammatica*, *Lipſ.* 1563. *apud Jo. Rhambam*, in fol. *Joël Hebraice cum versionibus &c. Vitebergæ*, *apud Cratonem*, 1565. in fol. 20 foliis. *Michas*, *ibid.* eodem anno & apud eundem, foliis 30. *Zacharias*, *ibid.* eodem anno & apud eundem, foliis 77. *Malachias*, *Lipſ.* *apud Jo. Rhambam*, 1564. in fol. 26. foliis. *Psalterium*, *Vitebergæ*, *apud Cratonem*, 1563. fol. *Proverbia Salomonis*, *Vitemb.* *apud Cratonem*, 1564. in fol. foliis 118. Opuscula hæc rarissima

rariſſima ſunt, paucis nota, paucioribus viſa. Leg. de illis Jo. Chriſtoph. Wolfius, ſolertiſſimus harum rerum, ſi quis alius, indagator in *Biblioth. Hebraic.* Tom. IV. p. 103 ſqq. Jac. Frid. Reimmannus *Catal. Biblioth.* pag. 197. *Nov. Antiqua Theolog.* A. 1730. p. 1067 ſqq.

Georgii DRAVDII Diſcurſus typographicus cum præcipuorum Typographorum inſignibus, eorundemque expoſitionibus conjecturalibus. *Francof.* 1625. in 8.

Libellus rariſſimus, de quo, an unquam fuerit editus, plurimi dubitant. Vid. *Gelehrte Zeit.* A. 1728. p. 445 ſqq. *Fränckiſche Acta Erudit.* T. II. p. 519. & Jo. Conradi Spœrlii *Introductio in Notitiam inſignium Typographic.* in qua probatur, DRAVDII *Diſcurſum Typographicum* nunquam extitiſſe in rerum natura.

Chriſtiani DRVTHMARI, *Grammatici*, Expoſitio in Matthæum Evangel. familiaris, luculenta & lectu jucunda; cum Epitomatibus in Lucam, & Epiſtolam S. Martini, Epiſcop. ad Mironem Regem; cum Privil. Maximil. Cæſ. & cum Cenſura Jac. Oesler, J. U. D. & cum Dedicationibus Jac. Wimphelingi. *Argentor. opera & impenſis probati Viri Jo. Gruenigeri*, An. 1514. in fol.

"Editio hæc ita rara eſt, ut rariſſima Serveti Opera, & "Jord. Bruni Nolani *Spaccio &c.* fere æquet, dicam,, (verba ſunt Cl. Bunemanni) "ſuperet. Hinc factum, "ut Gesnero, Sincero, Maittairio, aliisque ignota, ab aliis "autem, e. g. Labbeo, R. Simonio, plane negata, aut "dubia reddita.,, Scilicet in hoc Druthmari Commentario non unus eſt locus, qui hodiernæ Transſubſtantiationis dogma validiſſime refellit. Hinc factum, ut Scriptores Pontificii, Sixtus Senenſis, Perronius, Bigneus, aliique, cum Druthmari Commentarius *cura Jo. Secerii Hagenoæ* 1530. iterum prodiret, pene ad ravim debaccharentur, clamitantes Secerium, hominem Lutheranum, Druthmarum corrupiſſe,

idque ex fide Codicis MS. liquere. Tam effræni calumniandi libidini, ut os in æternum obstrueretur, simulque ut editioni Secerianæ fides & integritas vindicaretur, Edmundus Albertinus editionem hanc *Argentoratensem* A. 1514. triennio ante exortum Lutherum cum Privilegio ex Codicibus MSS. a Wimphelingio erutam, protulit; in qua loca plane ita leguntur, ut in editione Hagenoënsi. Nec dum tamen contentionis finis. Phil. enim Labbeus in *Addend. ad T. I. de Scriptor. Eccles.* p. 751 sqq. regessit, Albertini hominis hæretici fidem sibi valde esse suspectam. Verum neutiquam hæc editio ab Edm. Albertino conficta; sed obvia est in Bibliothecis Galliæ apud Dallæum, Angliæ apud Thomam Tenison, Germaniæ apud Jo. Ludolphum Bunemannum. Eandem quoque in Bibliotheca Wetsteniana Basileæ reperiri Wetstenius ipse in *Notis ad Origenis Dialog. contra Marcionit.* p. 79. testatur. Extat etiam in Bibliotheca Jenensi, v. Mylii *Memorabilia hujus Biblioth.* p. 282. Consulendi de summa raritate huius editionis Tenzelius in *Dialog. Menstr.* 1693. p. 293. Caveus in *Histor. Litterar. Scriptor. Eccles.* P. I. p. 371 Schelhornius in *Amœnitat.* T. II. p. 429. & in *Amœnitat. Histor. Eccles.* a p. 823-837. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latinitat.* T. I. p. 1040 sq. Jo. Ludolph. Bunemannus in *Catal. Libror. rarior.* p. 4. 5. 25. qui rarissimo huic Operi pretium statuit XL. taleror.

Joannis DVBRAVII Historiæ Bohemicæ editio prima, *sumtib. Autoris in oppido Moraviæ Prostanna* Anno 1551. typis exscripta, satis rara est. teste Wendlero §. 19. Repetitæ editiones sunt: *Basileensis* 1575. & *Hanovienses* 1602. in fol.

Jodoci a DVDINCK, *Canonici Resensis, & Past. Vinensis ad Rhenum*, Bibliothecariographia, h. e. Enumeratio omnium Autorum, Operumque, quæ sub titulo Bibliothecæ, Catalogi, Indicis, Nomenclatoris, Athenarum &c. prodierunt. *Ejusd.* Palatium Apollinis ac Palladis, h. e. Designatio præcipuarum Bibliothecarum veteris novique seculi.

Uterque

Uterque Liber citatur, tum a Deſſelio in *Biblioth. Belgica* p. 593. tum a Lipenio in *Biblioth. Philoſoph.* p. 190. tum ab Anton. Teiſſierio in *Catalogo Autorum* p. 211. quaſi *Coloniæ apud Jodocum Kalcoven* 1643. in 8. prodiiſſet; ſed neque a Caſpare Sagittario, neque a Jo. Andr. Schmidio, adhibita licet omni diligentia, exquiri potuit. Rogat proinde Eruditos laudatus Schmidius, ut ſibi indicium faciant, an viderint unquam hos Libros. Verum nunquam fuiſſe editos hos Jodoci Libros ſuſpicatur Groſchuſius in *Præfat. de Libris rarior.* p. 16.

Jodoci A DVDINCK Synopſis Bibliothecæ Marianæ. *Coloniæ* 1643. in 8.

Etiam hujus Libri meminit Deſſelius tanquam editi, & ex illo Hippolitus Maraccius in *Biblioth. Mariana*, p. 813. qui poſterior tamen dolet, ſe nunquam illum oculis uſurpaſſe. Vid. Jo. Henr. von Seelen *Selector. Litterarior.* Specim. X. p. 13.

Andreæ DVDITHII, *Viri clariſſimi*, de Cometarum ſignificatione Commentariolus, in quo non minus eleganter, quam docte, & vere Mathematicorum quorundam in ea re vanitas refutatur. Addidimus *Thomæ Eraſti* eadem de re ſententiam. *Baſileæ*, *ex offic. Petri Pernæ* An. 1579. in 4. pagg. 68.

Poſſidemus primam hanc & rariſſimam *Commentarioli* Dudithiani *de Cometarum ſignificatione* editionem. Præfixam habet ampliſſimam Jo. Mich. Bruti Dedicationem ad Nicol. Mieleczkium, Palatinum Podolienſem, datam ex arce Cracovienſi 10. Kal. Septembr. 1579. Incognita eſt hæc editio plerisque Eruditis, aſſerentibus Cracoviæ illam prodiiſſe. Perſonatus Lorandus Samuelfy, cui Viro Clariſſ. ſpartam nuper Osnabrugi nactam pectore toto, totaque voluntatis inclinatione gratulamur, in perdocta *Diſſertat. de Vita & Scriptis Andr.* DVDITH. p. 140. ſcribit: "*Commentariolus* "*de Cometarum ſignificatione* editus primum opera J. M. "Bruti, ejusque cum Dedicatione, *Cracoviæ* An. 1579. "quam editionem non vidimus; ejus tamen indicium facit

"editio altera *Wratislavienſis*, cui & Bruti Dedicatio inſer-"ta eſt.„ Recuſus eſt DVDITHII *Commentariolus* anno ſequenti in *Collectione de Cometis, quæ ſumtibus Petri Pernæ A.* 1580. *in* 4. *Baſileæ* prodiit, cuique titulus: *De Cometis Diſſertationes novæ Clariſſ. Virorum, Thomæ Eraſti, Andr. Dudithii, Marcelli Squarcialupi, Sim. Grynæi;* quæ Collectio, magno Orbis literati plauſu excepta, plura, quam titulus præ ſe fert, complectitur. Tertio editus eſt DVDITHII *Commentariolus Wratislaviæ* A. 1619. in 8. Eliæ Majoris ſtudio. Quarto *Jenæ*, ſub titulo: *De ſignificatu Cometarum Diſſertationes & judicia doctorum hominum, collecta, emendata, & Cometomanticæ noſtri temporis oppoſita a* Jo. Andr. Boſio. *Typis & ſumtibus Georg. Sengenwaldi*, A. 1665. in 4. Quinto denique *Ultrajecti*, accurante *Jo. Georg. Grævio*, A. 1665. in 4. quam commemorant Niceron *Nemoires* T. XVII. p. 405. & Zwittingerus in *Specim. Hungar. Litterar.* p. 132.

Andreæ DVDITHII *de Horehoviza* Orationes in Concilio Tridentino habitæ; Apologia ad Maximilianum II. Imperatorem; Commentarius pro conjugii libertate; cum Appendice Epiſtolarum D. D. Imp. P P. German. Orationum, ac Scriptorum aliquot de Communione ſub utraque ſpecie, connubio Sacerdotum, Eccleſiæ Reformatione, Synodique Tridentinæ potiſſimis actionibus. Edita ſtudio ac opera D. Quirini Reuteri, Palatini, Profeſſ. in Acad. Heidelbergenſi. *Offenbach.* 1610. in 4.

De Scripto hoc olim rariori vid. Sagittario-Schmidiana *Introduct. in Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 1442. Joh. Alb. Fabricii *Biblioth. Græcæ* T. XI. p. 706. Schelhornius in *Amœnitat.* T. V. p. 254 ſqq. & in *Amœnitat. Hiſtor. Eccleſ. & Literar.* T. II. pag. 401 ſqq. præprimis vero jam laudatus Lorandus Samuelfy, qui has *Dudithianas Orationes cum duabus aliis & Diſſertatione Hiſtorico-Critica de Vita & Scriptis Autoris* nuperrime edidit *Halæ* 1743. in 4.

Aria-

Ariano del Mare di *D. Roberto* DUDLEO, *Duca di Nortumbria*, III. Voll. *In Fiorenze* 1646 ſqq. forma Atlantica.

Liber extremæ raritatis. Vid. *Catalogue de la Bibliotheque de Marquis de S. Philippe* T. I. p. 127. Recenſetur in *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 379 ſqq.

Guil. DVGDALE, v. *Rog.* DODSWORTH.

Thaddæus DVNVS, *Locarnenſis*, de Peregrinatione Filiorum Iſraël in Aegypto. *Tiguri* 1595. in 4. *Ejusd.* Reſponſio apologetica ad Calumnias Dan. Angelocratoris de tempore Peregrinationis Iſraëlitarum in Aegypto. *ibid.* 1603. in 4.

Libri eximiæ raritatis, quos plurimi Eruditorum nec oculis unquam nec manibus uſurparunt. Certe Gisbertus Cuperus, Eruditorum facile Princeps, nunquam illos vidit, imo ne fando quidem de illis unquam audivit. Ita enim in Epiſtola quadam ad Jo. Jac. Scheuchzerum, quæ legitur in Cl. Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitat. Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 985: "Nunquam vidi *Thaddæum* DVNVM *de Chronologia Servitutis Aegyptiacæ*, nec audivi ante epiſtolam tuam "eundem nominari. Alicujus, imo magni pretii debet eſſe, "quod Tu, Vir eruditiſſime, eum laudes.„ *Bibliotheca Gesnero-Simleriana*, *Bibliotheca* item *Tigurina* Jo. Henr. Hottingeri, Vitam quidem & Scripta *Thaddæi* DVNI Itali, Locarnenſis primum Medici, deinde Tigurini, enarrant; de his autem Libris altum ipſis eſt ſilentium, quos & difficulter in Catalogis inſtructiſſimarum etiam Bibliothecarum reperies.

Jo. DVRÆI Irenicorum Tractatuum Prodromus, in quo præliminares continentur Tractatus: 1. de Pacis Eccleſiaſticæ remoris e medio tollendis; 2. Concordiæ Evangelicæ fundamentis ſufficienter jactis; 3. Reconciliationis religioſæ procurandæ argumentis & mediis;

4. Methodo inveſtigatoria ad controverſias omnes ſine contradicendi ſtudio, & præjudicio pacifice decidendas. *Amſtelod.* 1662. in 8.

Liber hodie rarior, cujus notitiam ſuppeditat Cl. a Seelen in *Philocalia Epiſtol.* p. 71. Add. Jo. Chriſtoph. Coleri *Hiſtoria Jo.* DVRAEI p. 42.

Guilielmi DVRANDI Rationale divinorum officiorum, Libris IIX.

Liber ſæpius quidem excuſus, & tamen non ubivis obvius. Præſtantiores editiones ſunt: *Moguntina* omnium rariſſima An. 1459. in fol. *Reutlingenſis* 1473. *Norimberg.* 1480. *Venet.* 1485. *Argentorat.* 1484. 1486. 1493. *Baſil.* 1488. *Norimb.* 1493. *Hagenoënſis* 1509. fol. *Lugdun.* 1500. in 4. 1512. in 4. 1516. *Venet.* 1519. *Lugdun.* 1551. 1565. 1568. 1584. 1592. *Antwerp.* 1570. *Venet.* 1572. *Lugdun.* 1605. & 1612. in 8. Repetitis tamen hisce editionibus non obſtantibus infrequens eſt Durandus. Erdm. Bieckius in Diſſ. de *Agendis Eccleſiaſt.* quæ legitur Tom. IIX. *Miſcellaneor. Lipſienſ.* p. 50. ſcribit: "Cum Durandus rarior ſit, "nec tamen ſine voluntate animi legatur; conſultius certe "foret, ſchedis aliis indigniſſimis ſepoſitis, eundem prelo "ſubjicere.„

Alberti DÜRERI, *Pictoris & Architecti præſtantiſſimi*, Scripta.

Pleraque rariora, imo rariſſima; interque hæc: *Unterweiſung der Meſſung mit dem Circkel und Richtſcheyt in Linien, ebenen, und gantzen Cörpern, durch Albrecht* DÜRER *zuſammen gezogen, und zu Nutz allen Kunſtliebhabenden mit zugehörigen Figuren in Truck gebracht. Nürnb.* 1525. in fol. 1 Alphab. 20½ pl. iterumque *ibid.* 1538. & *Arnheim* 1603. Verſio latina *Pariſiis ap. Chriſtian. Wechelium* A. 1535. fol. prodiit hac inſcriptione: *Albertus* DVRERVS, *Nurembergenſis, Pictor hujus ætatis celeberrimus, verſus e germanica lingua in latinam; Pictoribus, Fabris ærariis ac lignariis, Lapicidis, Statuariis, & univerſis demum, qui circino, gnomone, libella aut alioqui certa menſura opera*

opera sua examinant, prope necessarius &c. Leget cui volupe fuerit Henr. Conr. Arens *Ehren-Gedächtniß Albrecht* DÜRERS, *Goslar.* 1728. in 8.

Albrecht DÜRERS Unterricht zu Befestigung der Stete, Schloss und Flecken. *Nürnberg* 1527. in fol.

Titulus versionis latinæ perraræ est: *Alberti* DÜRERI, *Pictoris & Architecti præstantissimi, de Urbibus, Arcibus, Castellisque condendis ac muniendis rationes aliquot, præsenti bellorum necessitati accommodatissimæ; nunc recens e germanica in latinam traductæ, cum Præfat. Christiani Wechelii ad Gulielmum Langæum. Parisiis* 1535. fol. Vid. Daniel Gerdes in *Florilegio Librorum rarior.* p. 39.

Pierre DURET, vid. PORTRAITS.

Claude DURET, *Bourbonnois, Président à Moulins*, Thresor de l'Histoire des Langues de cet Univers. Contenant les Origines, Beautés, Perfections, Decadences, Mutations, Changemens, Conversions, & Ruines des Langues Hebraiques &c. *à Cologny, par Matth. Berjon pour la Societé Caldoriene*, 1613. in 4. maj. pagg. 1030.

Historia 50. Linguarum, & Alphabeta varia hic exhibentur; imo animalium ac avium linguæ. Laudat Dureti Librum, quem nos rarioribus adnumerandum esse non una ex causa arbitramur, Cl. Morhofius in *Polyhist.* T. I. p. 742. Conf. Sam. Engel *Catal. Librorum rariss.* p. 10.

E.

ECCLESIÆ Anglicanæ Trophæa, seu Martyrum in Anglia Passiones. *Romæ*, 1584. fol.

Eximiæ raritatis Liber.

Henrici ECKSTORMII Chronicon Walckenriedense. *Helmstad.* 1617. in 4.

Chronicon istud concinnatum est ex Jo. Letzneri *Chronico Monasterii Walckenriedensis*, quod Letznerus manu sua descriptum Eckstormio ad legendum transmiserat. Asservavit illud secum tamdiu Eckstormius, donec Letznerus fato fungeretur, ac tum demum commodam sibi oblatam occasionem putavit, qua, Letzneriani laboris ope, desiderio parandi sibi nomen, quo dudum nempe tactus erat, tanto commodius posset satisfacere. Quare manus injiciens Libro alium tantum ordinem, & pro germanico, quo Letznerus Librum scripserat, latinum sermonem amplexatus est, atque sic insigni plagio alieno Operi nomen suum proposuit. Nihilominus Volumen istud avidissime fuit exceptum, & Exemplaria ejus omnino disparuerunt. Plura de rarissimo hoc Libro suppeditabunt Jac. Frid. Reimmannus *de Libris Geneal. rar.* P. II. p. 200. *Observatt. Hallenses* T. X. p. 138. *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 151. præprimis autem Jo. Frider. Christii *Observatio de Jo. Henr. Hofmanni Rerum Walckenriedensium Libris nondum editis*, quæ legitur in *Noctibus Academic. Specim. III. Obs. XVII.* p. 230 sqq.

L'ECOLE des Filles.

Liber longe spurcissimus *Parisiis* clanculum excusus, cujus Autor est quidam nomine Helotius. Ad ignem, quo maxime dignus est, ablegatus fuit Parisiis ipso simul Autore, qui fuga sibi consuluerat, in effigie suspenso. V. Schelhornii *Amœnitat.* T. IIX. p. 508. *Carpenteriana* p. 80. Editiones Scripti obscœni mihi quidem sunt incognitæ; suspicor tamen plures una extare. In *Biblioth. Anonymiana Venali Norib.* A. 1738. in *App.* p. 13. occurrit: *L'Ecole des Filles, ofte Schoole voor de jonge Dochters, worinn geleert word de Kunst der Vryery. t' Amsterd.* 1683.

EDDA

EDDA Islandorum, v. *Petr. Jo.* RESENIVS.

EDELMANNI Scripta: Moſes mit aufgedecktem Angeſicht, 1740. in 8. Unſchuldige Wahrheiten 1735. in 8.

Rariora eſſe & ubique prohibita nemo neſcit.

Georg. EDERI Catalogus Rectorum & illuſtrium Virorum Archi-Gymnaſii Viennenſis, in quo præter elegantiſſimam temporum ſeriem ſumma capita earum rerum continentur, quæ celeberrimæ huic Academiæ ſub cujusque Magiſtratu Memoria contigerunt digna, ab Anno 1237. usque ad ann. 1559. *Viennæ* 1559. in 4.

Liber rarior, cujus copioſam notitiam ſuppeditat V. Cl. Jo. Henr. a Seelen *Selector. Litterar. Spec. XIV.* p. 501 ſqq.

Georg. EDERI Evangeliſche Inquiſition wahrer und falſcher Religion. *Dilingæ*, *ap. Sebald. Meyer* 1572. in 4.

Librum hunc peculiari Decreto Imper. Maximilianus II. mox prohibuit, atque ſupprimendum curavit. Leg. de iſto Scripto Goldaſtus T. III. *Conſtit. Imper.* f. 575. Jo. Chr. Colerus in *Antholog.* T. I. Faſc. I. p. 2 ſqq. Schelhornius in *Amœnitat.* T. V. p. 271 ſqq. & imprimis V. Cl. in Theologia non minus quam in Hiſtoria Eccleſiaſt. & Litteraria verſatiſſ. Bernh. Raupach im *Evangel. Oeſterreich* p. 149 ſq. Ex Decreto Imperatorio, quod extat apud Goldaſtum & Colerum, quodque dignum cenſet Petr. Bælius *Repons aux Queſtions d'un Provincial* T. II. p. 566. cujus ſingula diligentiſſime expendantur verba, ſequentia, quæ ad Hiſtoriam rariſſimi Libri faciunt, legenda damus: "Et quod plus eſt, in ipſo "Libro per ſummum nefas, & in aliorum ſcandalum, cum "abuſu Cæſareæ Maj. ſuæ nominis ac tituli, ſubſcribi atque "cudi juſſit: *Cum S. Cæſ. Majeſt. gratia, privilegio, ac per-*"*miſſu, & Theolog. Facultatis ratificatione;* quum tamen "ſuæ Majeſtati de ea re nihil unquam quidquam conſtiterit, "neque relatum ſit. Unde ſua Cæſar. Majeſtas rem non "ſine fraude geſtam & inſuper ex eo poteſt colligere, quia "Librum

"Librum non *Viennæ*, sed *Dillingæ* excudendum curavit. - "Ideo sua Cæs. Majestas ipsi Doct. Edero mandat, si sum- "mam suam disgratiam, & pœnam severissimam vitare ve- "lit - - ut in conspectu omnia & singula Exemplaria supra "memorati Libri compacta & incompacta, quotquot adhuc "habet, sine demptione in suæ Majest. inferioris Austriæ "Regimentum sigillo firmata deferat, nec ulterius ullum "alienet aut distrahat. Tertio, ut in continenti Maj. suam "in Cancellaria Aulica perfecte edoceat, quot Exemplaria "excudi curaverit, & ad quæ loca distraxerit, ac transmiserit, "aut ubi plura reperiri possint. Quarto, ut omnia & sin- "gula dicti Libri Exemplaria, quæ in hac urbe Vienna in- "ter quosdam singulariter distribuit, statim ac sine mora re- "petat, eademque ad dictum Regimentum deferat &c.„

Sebast. EDZARDI, *Prof. Publ.* Impietas Cohortis Fanaticæ, ex propriis Speneri, Rechenbergii, Petersenii, Thomasii, Arnoldi, Schutzii, Bœhmeri, aliorumque Fanaticorum Scriptis, plus quam apodicticis argumentis, ostensa. *Hamburgi, typis G. Kœnig*, 1703. in 4. pp. 70.

Scriptum fisco addictum. Ita enim Autor in Literis supplicibus ad Ampliss. Senatum Hamburg. d. 4. Maj. 1703: "Aus Respect gegen meine Obrigkeit übersende hiemit "die noch habenden Exemplaria *de Impietate Cohortis Fa-* "*naticæ*, so daß ich nicht ein einziges vor mir selbst übrig "behalten.„

EFFIGIES & Vita Professorum Academiæ Groningæ & Omlandiæ, cum Historia Fundationis ejusdem Academiæ. *Groningæ apud Jo. Nicolai*, 1654. in fol.

Liber si quis alius rarissimus vocatur a Georg. Henr. Gœtzio in *Commentat. de Jo. Wesselo* p. 22.

EGIDIVS, vid. AEGIDIVS.

Herrn George von EHINGEN Itinerarium, das ist, Historische Beschreibung der Reisen nach der Ritterschaft vor 150. Jahren in zehn unter-

unterſchiedliche Königreiche vollbracht; neben beygefügten Contrafacturen derer Potentaten und Könige, an welches Hofe obgedachter Ritter ſich begeben, dero Königl. Perſonen bedienet, und beſuchet, auch nach ihrer Tracht und Geſtalt eigentlich abmahlen laſſen. Aus Reimund Fuggern Muſeo colligiret, und von Dominico Cuſtode in Kupfer geſtochen. *Augſpurg.* 1600. in fol. 10 pl.

Liber ob ingentem raritatem & iconum elegantiam æſtimabilis. Vid. Sig. Jac. Apini *Anleitung, wie die Bildniſſe berühmter Männer zu ſammlen*, p. 132.

Eliæ EHINGERI Catalogus Bibliothecæ ampliſſ. Reipubl. Auguſtanæ. Juſſu & autoritate Nobiliſſ. & Ampliſſ. Virorum, D. Jo. Ant. Lavingeri, Septemviri, D. Jo. Udalrici Oeſterreicheri, Prætoris Bibliothecæ, Præfectorum & Scholarcharum. *Auguſt. Vindel.* 1633. in fol.

Catalogus hic celebratiſſimus eſt cum ob præſtantiam, tum ob raritatem. Accurate enim deſcribit librorum titulos & argumenta, ut conſulentibus magno uſui eſſe poſſit. Rariſſimum vero eſſe, vel inde manifeſtum eſt, quod in multis Bibliothecis fruſtra quæratur, ac Viri in re litteraria verſatiſſimi affirment, perpauca ſaltem, & non niſi centum ejus Exemplaria fuiſſe impreſſa. Equidem Hier. Aug. Groſchufius in *Præfat. de Libris rarior.* p. 23. raritatem *Catalogi Auguſtanæ Bibliothecæ* in dubium vocat. "Longe plura„ (ſcribit) "quam centum puto excuſa Exemplaria, certe ego affirmare auſim, me vel centies in Bibliothecis vidiſſe.„ At vero rariſſimum eſſe iſtum Catalogum plurimis teſtibus, ſolidisque argumentis probatum dedit Jac. Bruckerus, Vir non in una aliqua ſeorſim facultate, ſed in omnibus generatim animi ingenui diſciplinis doctiſſimus, in *Commentatione de Vita & Scriptis Eliæ* EHINGERI p. 40 ſqq.

Auguſt.

Auguſt. ELEUTHRIVS de Arbore Scientiæ boni & mali. *Muhlhuſii* 1561. in 8.

In paucorum manibus, adeoque rariſſimus Liber, quod indicio debeo S. Rev. Jo. Bern. Haſſelii.

Frere ELWAL Sermons. *Londres* 1737. in 12.

"Liber ſumme impius, atheiſticus, & in Belgio, ubi "impreſſus fuit, ſumma cum cura ſuppreſſus.„ Hæc Sam. Engel in *Catalogo Librorum rariſſ.* p. 55.

Jonæ AB ELVERVELT Holſatia, v. Annales HOLSATIÆ.

Pomponii EMIGLIANI Bella inter Auſtriacos & Venetos geſta. *Mediolani* in 4. ſine die & conſule.

Suppreſſum fuit hoc Scriptum; nam Autor Pſeudonymus nimiam dicendi libertatem exercuerat. vid. Wendleri *Diſſert. de Libris rarior.* §. 13. Eſt mihi ad manus ſequenti notatum titulo: *Guerre d'Italia tra la Ser. Rep. di Venezia, e gli Arciducali di Caſa d'Auſtria, & tra Filippo III. Re di Spagna, & Carlo Emanuele Duce di Savoia. Seguite dall' anno* 1615. *deſcritte da Pomponio* EMIGLIANI, *Melaneſe. In Poiſtorf, per Peter Gat,* in 4. pp. 91.

Ubbonis EMMII Rerum Friſicarum Hiſtoriæ Libri X. *Franeckeræ, ap. Ægid. Radæum,* 1596. in 8. recuſi *ibid.* 1605. EMMIO conſentiente, nonnullaque addente & emendante. Decas II. *Franeck. apud Ægid. Radæum,* 1598. in 8. Decas III. *Lugd. Batav. ex offic. Plantiniana,* 1599. in 8. Decas IV. *Amſtelod. apud Corn. Nicolai,* 1604. in 8. *Arnhemii, ap. Jo. Johannis,* 1604. in 8. Decas V. *Græningæ, ap. Radæum,* 1607. in 8. Decas VI. *Emdæ, in offic. Jo. Petræi,* 1616. in 8. *Arnhem.* 1616. in 8. Decas VII. *Emdæ,* 1616. in 8. *Arnhem.* 1617. in 8.

Junctim

Junctim deinde prodierunt hæ Decades forma maxima hoc titulo : *Rerum Frisicarum Historia, Auctore Ubbone* EMMIO, *Frisio, distincta in Decades VI. quarum postrema nunc primum prodiit, prioribus ita recognitis & locupletatis, ut novæ prorsus videri possint ; adjecto Indice copioso. Accedunt de Frisia, & Rep. Frisiorum inter Flevum & Visurgim Libri aliquot ab eodem Auctore conscripti. Lugd. Bat. apud Ludov. Elzevir.* 1616. in fol. Utraque editio hodie rara est, multoque ære redimi debet. Vid. Jo. Frid. Bertrami *Parerga Ostfrisica* p. 35 sqq. ubi satis copiose recensentur.

Ubbonis EMMII, *Viri olim longe celeberrimi,* Historia nostri temporis, in qua duplex Controversia: altera inter Comitem Frisiæ Orientalis, & Civitatem Emdanam separatim; altera inter Comitem, & Comitatus Ordines, in quibus Emdani quoque sunt, ab ipsa origine exponitur. Opus posthumum, diu desideratum; nunc primum ex MSS. vulgatum. *Groningæ* 1732. in 4.

Scriptum hoc Serenissimi Frisiæ Orientalis Principis, Georgii Alberti, mandato, Auricæ A. 1733. d. 29. Febr. igni infami locoque inhonesto devorandum traditum est. Vid. Bertrami *Parerga Ostfrisica* p. 36. 43.

Ubbonis EMMII Opus Chronologicum novum pluribus partibus constans. *Groningæ, excud. Jo. Sassius; sumtibus Elzeviriorum,* 1619. fol.

Magni soleret æstimari, sed perdifficulter est inventu. Vid. *Catal. Histor.* Fresnoio-Mencken. p. 10. Continentur autem in Opere isto rariori: 1) *Commentarius Chronologicus varius in Libros V. distinctus.* 2) *Diatriba de anno Arabico & Turcico a D. Nicolai Mulerio inter excudendum conscripta.* 3) *Canon Chronicus triplex: duo compendiosi; tertius plenior.* 4) *Opus peculiare ob oculos ponens universam Chronologiam Romanam.* Exemplari nostro insuper adhæret: *Appendix Genealogica illustrando Operi Chronologico adjecta, Autore eodem Ubbone* EMMIO *Groningæ, excud. Jo. Sassius, Typograph. Ordinarius: sumtibus Elseviriorum,* 1620. in fol.

Andreas ENGEL, v. *Andr.* ANGELVS.

Jo. ENGERDI, *Profess. Ingolstadienſis*, Summariſche Hiſtoria und wahrhaftige Geſchichte von dem Leben, Lehr, Bekenntniſs und Ableyben Martin Luthers, und Johann Calvini, auch etlich anderer Mitgehülfen und Diener des neu-offenbahrten Evangelii. *Ingolſtadt*, 1582. in 4.

Libellum ineptiſſimum quidem, ſed ſumme rarum, nominat Reverendiſſ. Jo. Laur. Mosheimius in *Hiſtor. Serveti Proœm. §.* 2.

Georgii ENJEDINI Explicationes Locorum difficilium Vet. & Novi Teſtamenti, ex quibus Trinitatis dogma ſtabiliri ſolet. in 4.

Liber pernicioſus, & ad præcipua Scripturæ S. Loca in alium ſenſum contorquenda deſtinatus. Editionis prioris in *Transſylvania* impreſſæ Exemplaria multo plurima publice fuerunt combuſta, ipſeque Liber in toto Imperio ſeveriſſime prohibitus. Hodie plerumque utimur altera *ſine die & conſule* mendoſiſſime excuſa. Vid. Zeltneri *Hiſtoria Crypto-Socinianiſmi* p. 100. & 208. Hanc autem *Gröningæ* excuſam eſſe & quidem An. 1670. S. Rev. Jo. Fabricius docet in *Hiſtor. Biblioth. P. V.* p. 51. Neque tamen ea magis eſt obvia, & in *Bibliotheca* Uffenbachiana T. I. p. 814. pretio VIII. imperialium venalis exponitur. Notus eſt B. Juſt. Feurbornii *Anti-Enjedinus* peſtilentiſſimo huic Libro oppoſitus.

EPHÆSTIONIS Enchiridion de Metris cum Scholiis Græcis. *Venet. ap. Aldum*, 1526. in 8. atque inde emendatius cum Indice locupletiſſimo *Pariſiis, typis Regiis*, 1553. in 4.

Utraque editio rariſſimis Libris adnumeranda eſt, ac maxime *Pariſienſis*; ingenti hinc pretio in Auctionibus redimenda.

EPIGRAMMATA Græca & Latina in Paulum V. Pont. Max. quendam, Bartholomæi Burgheſii nomine, ſe pro ejus filio venditantem, comburi jubentem, unicam

unicam tantum philyram complentia, absque anni & loci nota in 8. edita, vix unquam conſpiciuntur. Epigrammata hæc quinquaginta quinque arguta ſunt, pleraque vero aculeatiſſima. Specimina eorum leguntur in Schelhornii *Amœnitat.* T. V. p. 293. ſqq.

EPISTOLÆ doctorum Virorum, quibus cum Euchariſtiæ & Anabaptiſmi negotium, tum alia Religionis Capita, & eccleſiaſtica Adminiſtrationis officia, noſtro ſæculo perturbatiſſimo inprimis obſervatu utilia, continentur. 1548. in fol. ſine loci & Bibliopolæ nomine.

Liber hic admodum rarus, pauciſſimisque viſus, continet Zwinglii ac Oecolampadii Epiſtolas. Vid. Jo. Latr. Mosheimii *Hiſtor. Serveti* p. 11. 12.

Volumen EPISTOLARVM, quas Romani Pontifices miſerunt ad Principes & Reges Francorum, Carolum Martellum, Pipinum, & Carolum M. ex edit. Jacobi Gretſeri. *Ingolſtadii* 1613. in 4.

Liber egregius & ſumme rarus, judice *Catalogo Hiſtoricorum* Freſnoio-Mencken. p. 222.

EPISTOLARVM Miſcellanearum ad Fridericum Nauſeam, Epiſcop. Viennenſem, Libri X. cum Catalogo ejusd. Nauſeæ Lucubrationum. *Baſileæ* 1550. fol.

Liber fere incognitus, & pauciſſimis viſus.

EPISTOLÆ Rabbinicæ, quarum titulus: אגרות שלומים ſive Epiſtolæ Salutationum. *Baſileæ, apud Waldkirchium*, 1603. in 8. inventu ſunt perdifficiles, & corvo rariores albo. v. Schelhornii *Amœnitat.* T. V. p. 268. Jo. Chriſt. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 1251.

Centuria EPISTOLARVM Theologicarum ad Jo. Schwebelium, ante annos LXXV. Eccle-

siarum Ducatus Bipontini Præsidem, a Philippo Melanchthone, Bucero, Capitone, Hedione, Conventu Theologico Argentinensi, Pellicano, Gerbelio, & aliis, ab anno 1519. usque ad annum 1540. de rebus gravissimis, necessariis, ac utilissimis : cum descriptione vitæ Jo. Schwebelii; gemino Personarum & rerum Indice; additis argumentis singularum Epistolarum, iisque secundum annorum seriem ordine distributis. *Ex Typogr. Bipontina, per Casp. Wittelium*, 1597. in 8.

Hic Libellus Epistolarum rarissimis est accensendus. Notitiam eius habes uberiorem apud Jo. Henr. von Seelen in *Præfat. ad Philocal. Epistol.* Consulere etiam juvabit *Thesauri Bibliothecalis* Tomum I. in quo p. 101 sq. & 331. enarratio etiam legenda est alius Operis Schwebeliani admodum rari: *Der erste Theil aller teutschen Bücher und Schriften des gottseligen Lehrers, Herrn Johannis* Schwebelii, *welche er, als der ersten Evangel. Prediger einer, in dem hochlöbl. Fürstenthum Zweibrück, daselbst von Anno 1522. bis auf das Jahr 1540. geschrieben &c. Gedruckt zu Zweibrück, durch Caspar Wittel*, 1597. in 8.

Epistres Françoises des Personnages illustres & doctes à Monsieur Joseph Juste de la Scala. *à Harderov.* 1624. in 8.

Rarioribus Libris adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruch. II. p. 121. Cui addas velim Dan. Georg. Morhofium in *Polyhist. Litterar.* Tom. I. p. 286. ed. nov. scribentem: " Sunt & Epistolæ gallica lingua ad Scaligerum scriptæ. Liber ille rarissimus est, atque multa continet singularia de Libris & Viris eruditis. Editus autem est post mortem Scaligeri a Jacobo Revio *Hardevici* Anno 1624. in 8. Habentur hic Explicationes multorum locorum in Autoribus Classicis, consultatur cum Scaligero de rebus plurimis &c. "

Epitha-

EPITHALAMIVM delicatissimum Salomonis, in gratiam tanti Israëlitarum Regis ante tot Secula cantatum; nunc in gratiam Principis Frid. Wilhelmi, Regni Borussici &c. Hæredis, nec non Principis Sophiæ Dorotheæ, Ducis Brunswic. & Luneburg. cum matrimonium A. 1706. inirent, renovatum. 1707. in 8.

Notitiam huius Scripti perquam rarissimi iterum debeo Jo. Bernh. Hasselio, qui in Litteris ad me datis sequentia de illo annotavit: "Ist ein sehr rarer, aber höchst gottloser "Tractat, Der Autor desselben ist Christian Theophel, "damaliger Studiosus in Helmstädt; der aber zuletzt soll "ein Jude geworden seyn. Conf. *Nov. Antiq. Theol.* 1707. "p. 268. D. Polycarpus Leyser zu Wunsdorp soll in einer "besondern Schrift ihn widerleget haben. v. *l. c.* p. 271. "Sonst hat auch einer unter dem Namen Jo. Christophili "herausgegeben: *Warnung vor Christiani Theophili Erklä-* "*rung des* 45*sten Psalms. Wittenberg* 1708. in 8. „

Desiderii ERASMI *Roterodami* Vidua Christiana ad Sereniſſimam pridem Hungariæ Bohemiæque Reginam Mariam, Caroli Cæsaris ac Ferdinandi Regis Sororem. Opus recens natum, & nunc primum excusum. Liber Lactantii Firmiani de opificio Dei per Desid. Erasmum Roterodamum accurate recognitus, & additis Scholiis illustratus. Novum & hoc. *Basileæ, in offic. Frobeniana*, 1529. in 8.

Editio hæc magna sollicitudine quæri solet. Dicunt ex Typographi malitia enorme in illa extare vitium. v. Molleri *Dissertat. de Synoride* p. 42. *Observatt. Hallens.* T. III. p. 22. Jo. Conr. Zeltneri *Centur. Corrector. eruditor.* p. 170. Ipse Erasmus rem ita enarrat in Epistola quadam ad Petr. Cursium: "Nuper cum inter imprimendum excusores aliquot „conquesti fuissent, me sibi xenia nondum persolvisse, ex„ortus est inter eos quidam, cæteris vinolentior, qui profi-

"teretur, se pœnas a me exacturum, ni darem. Atque id "profecto Veterator tam egregie effecit, ut aureis nummis "trecentis redimere eam ignominiam voluissem. Cum enim "in *Vidua mea*, quam Sereniſſimæ Ungariæ Reginæ dedica- "veram, ad laudem cujusdam sanctiſſimæ fœminæ inter alia "liberalitatem illius in pauperes referrem, hæc verba sub- "junxi: *Atque mente illa usum eam semper fuisse, quæ ta- "lem fœminam deceret.* Unde sceleſtus ille animadvertens "sibi vindictæ occasionem oblatam esse, ex *mente illa, men- "tula* fecit; itaque volumina mille fuere impressa.„ Hæc ipse Erasmus, cui merito fides habenda; quam tamen huic narrationi derogat Cl. Serpilius, cum in memorata editione verba hæc reperire non potuerit. vid. Serpilii *Verzeichniß einiger raren Bücher* p. 283. sqq.

Desid. ERASMI, *Roterodami*, Nov. Teſtam. omne, ad græcam veritatem, vetuſtiſſimorumque Codicum latinorum fidem, & ad probatiſſimorum Autorum citationem & interpretationem accurate recognitum.

Quinque Erasmus dum viveret emisit *Novi Teſtamenti* editiones *apud Frobenium*, in fol. 1516. 1519. 1522. 1527. 1535. in singulis nova diligentia usus. Rariores sunt omnes hæ editiones, at longe rariſſimæ prima & secunda. In laudanda prima editione, quam etiam recenset Mich. Maittaire in *Annal. Typogr.* T. II. p. 276. sq. multus est Cl. Hermannus von der Hardt in *Hiſtoria Litterar. Reform.* P. I. passim, & præcipue p. 33. sqq. ubi inter alia: "Primi illius vere au- "gusti Codicis, Operis memorabilis, omnium optimi maxi- "mi, exempla superſunt rariſſima, quotlibet centenis, vel "millenis imperialibus pretioſius, pretio cum seculis majore "futuro. Est profecto in foro literario Codex hic Erasmi "antiquus ducentorum jam annorum, verus thesaurus, "novem vetustis MStis, unde hauſtus, æquiparandus.„ Recensionem & fata secundæ editionis Novi Teſtamenti ab Erasmo curatæ pecul. Dissertatione enarrat Cl. Schelhornius T. I. *Amœnitat.* p. 222. sqq. Tertiam editionem recenset Maittaire T. II. *Annal. Typogr.* p. 621. Conf. *Prolegomena ad Novi Teſtam. Græci editionem accuratiſſimam e vetuſtiſſi-*

tuſtiſſimis Codd. MSS. denuo procurandam. Amſtelod. apud Wetſtenios, 1730. in 4. Cap. XI. a p. 132-140. & imprimis doctiſſ. Jo. Georg. Palmii *Liber de Codicibus Vet. & N. Teſtam. quibus Lutherus uſus,* p. 35. ſqq.

Thomæ ERASTI Explicatio Quæſtionis: Utrum Excommunicatio a Sacramentorum uſu propter admiſſum facinus mandato nitatur divino, an excogitata ſit ab hominibus? Opus nunc recens editum. *Peſelavii, ap. Baoeium Sultaceterum,* A. 1589. in 4.

Opus valde rarum, & in manibus pauciſſimorum, de quo luculenter & copioſe agit Chriſt. Thomaſius in *Notis ad Ulr. Huberi Libr. III. de Jure Civitat.* p. 170. ſqq.

Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D. Comitis Gabrielis Antonii ERDOEDY *de Monyorokenek, Epiſc. Agrienſis, Montis Claudii &c.* Opuſculum Theologicum, in quo quæritur: An & qualiter poſſit Princeps, Magiſtratus, Dominus Catholicus, in ditione ſua retinere Hæreticos; vel contra, pœnis eos, aut exilio, ad fidem Catholicam amplectendam cogere? Sumtibus dicti Comitis in lucem editum, atque excelſæ regiæ ac inclytæ, Regni Hungariæ, in negotio Religionis, articulari Commiſſioni ab eodem oblatum. *Tyrnaviæ, typis Academic. per Frideric. Gall,* 1721. in 4.

Scriptum a Carolo VI. Imper. damnatum, ac fiſco adjudicatum. Vid. Doctiſſ. Jo. Chriſtoph. Coleri *Anthol.* T. I. p. 7. *Nov. Antiqua Theolog.* 1731. p. 381.

Chriſt. ERDTMANNI Norimberga in flore avitæ Romano-Catholicæ Regionis, ex antiquiſſimis variorum Monaſteriorum Bibliothecis veteribusque Monumentis graphice delineata,

& expicta. Talis eram; quid nunc? mox quoque qualis ero? A. 1629. in 4.

In hoc Libello habentur Pontificum & Imperatorum Diplomata de Imperialibus Reliquiis Norimbergam translatis; additur Catalogus Reliquiarum Sanctorum, quas Norimbergenses vendiderint Aurifabris, indicato simul ab iis accepto pretio. Altera parte recitantur Bullæ Papales, & Litteræ Episcoporum Bambergensium ad Norimbergenses. Cæterum Libellus hic 12. plagg. constans summe rarus est, atque a Wolfg. Hier. Heroldo 5. imperialium pretio comparatus. In *Catalogo* autem *Biblioth. Anonymianæ Norimbergensi* p. 99. huic Erdtmanni Libello pretium 8. florenor. imperial. statuitur. Vid. Jo. Fabricii *Histor. Biblioth.* P. V. p. 225. Christ. Gottfr. Hofmanni *Biblioth. Juris Publ.* p. 574. Extat & aliud eiusdem Autoris Scriptum itidem infrequens: *Christiani* ERDTMANNI *Relatio Historico-Paranetica de Sacrosanctis S. R. I. Reliquiis & Ornamentis, quibus Romanor. Cæsares inaugurari, coronari, solennique ritu investiri consveverunt, aliisque sacris Lipsanis in imperiali thesauro collectis, ac Norimbergæ asservatis.* 1629. in 4.

Ernesti EREMVNDI Origo & Historia Belgicorum Tumultuum, immanissimæque Crudelitatis per Cliviam & Westphaliam patratæ, conscripta & æneis tabellis repræsentata. *Amstelodami, ap. Jo. Janssonium*, 1619. in 8.

Liber rarus, in quo Sacræ Inquisitionis Arcana candide deteguntur, & quantam cladem illa in Belgio excitaverit, ex Actis publicis ordine chronologico, dictione simplici & plana exponitur. Hæc Cl. Dan. Gerdes in *Florileg. Libror. rar.* p. 39. qui tamen non indicavit repetitam eiusdem Libri editionem *Amstelod.* 1641. in 12. prodiisse hac inscriptione: *Historia Belgicorum Tumultuum, continens Hispanorum Regum sanguinaria Diplomata, & Inquisitionis Arcana, Auctore Ernesto* EREMVNDO.

Sebastiano ERIZZO Discorso sopra le Medaglie de gli Antichi. Con la Dichiaratione delle Monete Consulari, & delle Medaglie de

de gli Imperadori Romani. Nella qual si contiene una piena & varia cognitione de l'Istoria di quei tempi. Di nuovo in questa quarta editione dall' istesso Autore revisto, & ampliato. *In Vinegia, appresso Gio. Varisco, & Paganino Paganini*, 1559. in 4. cum figg.

Rarioribus Libris adnumeratur in Catalogis plerisque Bibliothecarum illustrium. Vid. Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büchern*, T. I. p. 220 sq. Extare etiam editionem *Venetam* 1568. in 4. quæ in quibusdam exemplis annum habet 1571. docet Jo. Alb. Fabricius in *Notis ad Banduri Bibliothec. Nummariam* p. 17.

Henr. Ernstii, *JCti Hafnienſis* ob pietatem eruditam commendatissimi, Scripta.

Pleraque rariora sunt, imo rarissima. Potissimum huc refer:

Henr. Ernstii Catholica Juris, cum ejusdem emendationibus in opera posthuma Jacobi Cujacii. *Hafniæ* 1634. in 12.

Luculentum de raritate huius Libelli testimonium habes in *Nov. Actis Eruditor.* 1734. p. 47. Dicere nequeo, utrum repetita sit editio: *Henr.* Ernstii Catholica Juris selecta, *Gryphisw.* 1656. in 8.

Henr. Ernstii Aristarchum Philosophicum; quem Librum doctissimum & admodum rarum Thomas Crenius Tom. III. *Animadverſ. Philol. & Historic.* cap. I. p. 25. appellat. Prodiit istud Scriptum, in Aristotelem, contra quem omnia Veterum & Recentiorum convitia studiose coacervantur, paulo iniquius: *Hamburgi* A. 1665. hoc indice: Σοφος Ασοφος; *seu Dissertatio posthuma de re summa, omniumque difficillima, nempe vera Philosophia, vocisque huius usu & abusu, profanis Philosophis non sine gravi consilio opposita, editore Joach. Henningio*, in 8. Eadem hæc editio, octernione saltem primo recuso, sub novo *Aristarchi Philosophici* titulo *ibid.* 1678. denuo venum est exposita. Leg. Alb. Bartholini *Biblioth. Danica aucta & revisa* p. 239.

Wolframs VON ESCHENBACH Helden-Gedicht von Parzival und Tyturell. 1477. in fol.

Sine mentione loci & Typographi prodiit Monumentum hoc antiquissimum Poëseos Germanicæ, at rarissimum, & ne centesimo quidem cognitum. Evolvi olim in Bibliotheca Vitembergensi. Extat etiam in Bibliotheca Paulina Lipsiensi. Vid. Joach. Felleri *Præf.* ad Jo. Gerhard *geistlich. Andachten, in deutsche Verse gebracht von* Tob. Richtern. Recensetur in *Merkwürdigk. Biblioth. Dresd.* T. II. p. 235. sqq. Conf. Cl. Jo. Christ. Godsched Progr. *de rarioribus nonnullis Biblioth. Paulinæ Codicibus.*

Claudii ESPENCÆI Opera omnia & posthuma, collecta a Gilberto Genebrardo. *Paris. ap. Claudium Morel*, 1619. in fol.

Liber rarissimus vocatur in *Catalogo Biblioth.* Diecmann. p. 31. Et ne quis arbitretur me nimiam fidem habere Catalogis, qui nihil frequentius habent, quam illud *rarissimus Liber, Liber raritate rarior &c.* ut nempe pretium majus his Libris statuatur, consulere juverit Eliam Vejelium in *Historia & necessitate Reformat. ex Scriptis Georgii Princip. Anhaltini &c.* in *Præfat.* itemque non indoctam Præfationem præmissam *Taxæ Cancellariæ Apostolicæ, edit. Sylvæ-Duc. ap. Steph. du Mont* 1706. ut & Ern. Sal. Cyprianum in *Præfat. ad* Tenzelii *Histor. Reformat.*

Charles Fay Sieur D' ESPESSES, *Conseiller d'Etat*, Memoires de plusieurs choses considerables advenuës en France depuis le Commencement de 1607. où finit l' histoire de M. de Thou, jusqu'en 1609. *à Paris* 1634. in 8.

Liber rarissimus, summo Librorum rariorum indagatori Jo. Burch. Menckenio non visus. Vid. Jo. B. Menckenii Schediasm *de Commentariis Historicis Memoires* dictis, §. 19. Judice tamen Jacobo le Long in *Biblioth. Histor. Galliæ* n. 8554. hic Autor impari plane successu Thuaneæ Historiæ continuationem aggressus est.

R. P. F.

R. P. F. Thomas DE ESPINOSA Heroicos Hechos, y Vidas de Varones illustres assy Griegos como Romanos. *à Paris* 1576. in 4.

Liber maximæ raritatis. Vid. *Biblioth.* Heukelom. Akerslootiana p. 149.

ESTAMPES pour servir à l' histoire des Arts & Metiers &c. *à Paris, de l' Imprim. Royale,* 1701. in fol.

Opus hoc rarissimum describitur in *Bibl. Anonymiana* T. I. p. 75. addita hac observatiuncula: "Cet Ouvrage est "de la derniere rareté, n'aiant été jamais publié, à cause "que les planches ne sont jamais sorties du Cabinet du Roi.„ Conf. Theoph. Sinceri *Nachrichten von alten und rar. Büch.* p. 49. & *Catalogue de la Biblioth. de Marquis de S. Philippe* T. I. p. 108.

Pierre DE L' ESTOILLE. vid. JOURNAL du Regne du Roi Henry III.

Henri ETIENNE l' Introduction au Traité de la Conformité des Merveilles anciennes avec les modernes. Ou Traité preparatif à l' Apologie pour Herodote. L' Argument est pris de l' Apologie pour Herodote composée en latin par lui-même, & est ici continué. *à Lion, chez Benoit Rigaud,* 1592. in 8. pp. 594.

Liber rarior, cujus plurimæ nihilominus extant editiones. Prima editio prodiit 1566. *au mois de Novembre,* sine mentione loci; secunda itidem sine mentione loci 1566. *au mois de Novembr.* tertia *à Geneve, par Pierre Chovet,* 1566. quarta *à Anvers, chez Henr. Wandelli,* 1567. in 8. quinta *ibid. ap. eund.* 1568. sexta A. 1569. septima est de anno 1572. *de l' Imprimerie de Guillaume des Marefes;* octava de anno 1579 sine mentione loci; nona iterum *ap. Guill. des Marefes,* 1580. decima de An. 1582. sine mentione loci; undecima *à Lyon* 1592. duodecima de anno 1607. *sur les Halles;* decima tertia *avec des Remarques de Mr. Duchat, à la Haye, chez Schenoleer,* 1735. in 8.

Histo-

Historiam, fata, & argumentum hujus Libri, ex quo ingens Autori a Papicolis est conflatum odium, magna diligentia recenset doctiss. Sallengré Tom. I. *Memoires de Litterature* p. 38-58. Conf. V. Cl. Jo. Chr. Gœtzen *Merkwürdigkeiten der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 199 sq.

ETYMOLOGICVM magnum Græcum, sive magnum Grammaticæ penus; in quo & originum & analogiæ doctrina ex Veterum sententia copiosissime proponitur, Historiæ item & Antiquitatis Monumenta passim attinguntur: Superiorum editionum variorumque Auctorum collatione a multis ac fœdis mendis repurgatum, perpetuis Notis illustratum, tribusque Indicibus nunc recens adauctum opera Frid. Sylburgii. *E Typograph. Hier. Commelini*, 1594. in fol.

Liber duorum circiter Alphabetorum, at maxime rarus, qui in Auctionibus X. imo XV. taleror. pretio divendi solet. Satis accurate & copiose de Etymologico hoc agit Celebern. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. Græc.* T. X. p. 17 sqq. Prima editio *Venetiis* A. 1499. maioris formæ folii, typis luculentis cum Præfat. græca Marci Musuri prodiit. Secunda itidem *Venetiis* 1549. in fol. curante Federico Turrisano, qui nonnulla castigavit, alia ipse inseri curavit, quæ, asteriscō tamen appositō, a veteris Scriptoris verbis semper distinxit. Tertia est *Commeliniana* Frid. Sylburgii accuratissimo studio, diligentissimoque labore recensita, illustrataque Notis, & Indicibus; quam editionem recensetRich. Simon *Nouvell. Biblioth. Choisi.* T. I. Ch. 19. p. 120 sqq. Quarta est *Venetiana e Typogr. Anton. Bortoli* 1710. in fol. Hæc ultima Castigationes Sylburgii ex eius Notis plerasque in Contextum recepit; Indices autem Sylburgianos, & asteriscos, quibus Additamenta Turrisani distinguebantur, prætermisit. Recensetur ista editio in *Actis Eruditor.* 1713. pag. 484 sqq. Longe optima itaque Etymologici quæ extat editio est Sylburgiana, digna etiam, judice Fabricio *l. c.* p. 22. quæ recudatur.

Quatuor

Quatuor D. N. Jesu Christi EVANGELIORVM Versiones perantiquæ II. Gothica scil. & Anglo-Saxonica: quarum illam ex celeberrimo Codice argenteo nunc primum depromsit Franc. Junius, F.F. hanc autem ex Codicibus MSS. collatis emendatius recudi curavit Thomas Mareschallus Anglus; cujus etiam Observationes in utramque Versionem subnectuntur. Accessit & Glossarium Gothicum, cui præmittitur Alphabetum Gothicum, Runicum, & Anglo-Saxonicum, opera ejusdem Franc. Junii. *Dordrechti, typis & sumtibus Junianis excudebant Henricus & Johannes Essæi, Urbis Typographi ordinarii*, 1665. in 4. pp. 565. & Glossarium pp. 431.

Quædam Exemplaria habent: *Amstelodami* 1684. in 4. Libris rarioribus, imo rarissimis, adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Gerh. a Mastricht p. 43. Conf. Christ. Schœtgenii *Dissertat. de antiquissimis Linguæ Germanicæ Monumentis, Stargard.* 1723. & Jo. Henr. a Seelen *Memoria Stadeniana* pag. 55 sqq.

D. N. Jesu Christi S. S. EVANGELIA, ab Ulfila, Gothorum in Mœsia Episcopo, circa annum a nato Christo CCCLX. ex Græco Gothice translata; nunc cum parallelis Versionibus, Sveo-Gothica, Norræna, seu Islandica, & vulgata Latina, edita. *Stockholmiæ* 1671. 4. Adhæret: Glossarium Ulphila-Gothicum, linguis affinibus per Fr. Junium; nunc etiam Sveo-Gothica auctum & illustratum per Georg. Stiernhielm. *Holmiæ* 1670. in 4. pp. 152.

Liber inter rariores primi ordinis, cujus enarratione uberiori defungitur Cl. Jo. Henr. a Seelen in *Memoria Staden.* p. 57. 58.

Sacro-

Sacrosancta quatuor Jesu Christi EVANGELIA arabice scripta, latine reddita, figurisque ornata. *Romæ, ex Typogr. Medicea*, 1591. in fol. maj. pagg. 463.

Editio splendida, sed maxime rara, quippe in exterarum regionum usum typis expressa. Jo. Baptista Raymundus in Epistola dedicatoria ad Paulum V. præfixa *Grammaticæ Arabicæ dictæ Tairif, e Typogr. Medicea* 1610. scribit: "Cardinalem Ferdinandum Mediceum, qui mortuo Fran-"cisco Magnus Dux Etruriæ fuit, *Evangeliorum Arabico-La-"tinor.* tria millia Exemplaria excudi jussisse, ut in Orientem "mitterentur.„ Hinc summa raritas hujus Operis, quam etiam Salamon Negri Damasco-Syrus agnoscit in *Epistola ad Societatem Londinensem de propaganda fide*, inserta *Bibliothecæ Bremensi* Class. IV. p. 712. scribens: „ *Quatuor Evan-"geliſtæ, Romæ* 1591. arabice cum Versione latina interli-"neari impressi, sunt editio melior, & correctior; sed ita "rari, ut nonnisi immenso sumtu vendantur.„ Quædam hujus editionis Exemplaria annum impressionis 1619. in titulo præferunt. Non tamen duplex editio prodiit, sed saltem novus titulus præfixus est Operi; siquidem in calce Voluminis utriusque editionis leguntur: *Romæ, in Typogr. Medicea*, 1591.

Quatuor EVANGELIORVM Domini nostri Jesu Christi Versio Persica, Syriacam & Arabicam svaviſſime redolens; ad verba & mentem Græci Textus fideliter & venuste concinnata. Codicibus tribus MStis ex Oriente in Academias utrasque Anglorum perlatis, operose invicem, diligenterque collatis, per *Abrah.* WHELOCVM, *Linguæ Arabicæ & Saxonicæ in Acad. Cantabrig. Profeſſ. & publicum Bibliothecarium.* Sub auspiciis & impensis Mecænatis præcellentissimi, integerrimi virtute, Historiarum optimarum notitia undique politissimi, *D. Thomæ Adams*,

Adams, Viri Patritii, nuper Dni Prætoris florentissimæ Civitatis Londini, munificentissimi, honoratissimi. *Londini*, *typis Jacobi Flesheri*, 1657. in fol. pp. 462.

Opus admodum infrequens & rarum, impensis Thomæ Adams impressum, nec unquam fere venum expositum.

Quatuor EVANGELISTÆ & Acta Apostolorum, ex Lingua Græca, addita simul Versione Latina, Germanica, Danica, Lusitanica, Belgica, &c. a Bartholom. Ziegenbalgo, Henrico Plutschow, & J. E. Grundlero in Linguam Malabaricam translati, & *Tranquebariæ 1714. typ. Malabaricis* in 4 exscripti.

Opus perrarum in terris nostris, & nullibi venum expositum; in quo tamen versiculi alia ratione ac in nostris Bibliis propter genium Linguæ distributi sunt. Vid. *Bibl.* Reimmanniana p. 218.

Andreæ EUDÆMON-JOANNIS, *Cydonii*, *e Soc. Jesu*, ad actionem proditoriam Edouardi Coqui Apologia pro R. P. Henrico Garneto Anglo, ejusdem Societatis Sacerdote. *Colon. Agripp.* 1610. in 8.

Scriptum rarissimum, in quo agitur causa Henr. Garneti ob pulverariam conjurationem in Anglia extremo supplicio affecti, isque impudenter in sanctissimorum Martyrum numerum refertur. Plura dabit Cl. Schelhornius T. V. *Amœnitat.* p. 275. sqq.

Augustinus Steuchus EVGVBINVS. v. *Augustinus* STEVCHVS.

EVNVCHI nati, facti, & mystici ex sacra & humana litteratura illustrati. Zacharias Pasqualigus puerorum emasculator ob Musicam, quo

loco

loco habendus. Reſponſa ad quæſitum per Epiſtolam J. Heriberti. *Divione* 1655. in 4.

Scriptum infrequens, perrarum ac pauciſſimis viſum, quod Theoph. Raynaudo adſcribitur. Vid. Bayle *Dictionn. Hiſtor. Crit.* art. *Coronel.* edit. noviſſ.

EXTRACT des veri, ſinceri, & diſcreti Catholici: oder eines gewiſſen in wenig gedruckten Exemplarien allein beſtehenden Buches, der wahrhafte, aufrichtige und diſcrete Catholiſche genannt; auf verſchiedener allerſeits Religionen zugethanen, ſowohl hohen Standes-Perſonen, als auch Gelehrten, einſtändiges Begehren vom Autore ſelbſten dergeſtalt nunmehro zuſammengeſetzet. Omnia ad majorem Dei gloriam. 1672. in 4. 1. Alphab. 4. plag.

Liber non vulgaris rarentiæ, quoniam non ultra 40. vel 50. Exemplaria typis ſunt impreſſa, quæ ipſe Sereniſſimus Autor Erneſtus, Haſſiæ Landgravius, Magnatibus hinc inde diſtribuit. Vid. *Catal. Bibliothecæ* Jo. Frid. Mayeri p. 783. Raritatem Operis ipſe Autor non obſcure indicat in *Præfat.* p. 3. ſcribens: "Der Autor bittet und begehret, daſs dieſes Tractätlein ja anders nicht möge aufgenommen, noch allegiret werden, als alleinig für eines pur lautern Privati ſeine unmaſsgebliche Meynung, und welches, als ohne Approbation von jemand, und ohne Namen des Autoris, noch Meldung des Orts und des Drucks, ausgegangen, und *nur allein dahin angeſehen iſt, anſtatt denen ſowohl Schreibenden als Leſenden verdrüſſig zu fallen, durch den Druck einigen ſo curieuſen als vertrauten Freunden*, und zwar auf verſchiedener ihre einſtändige Begehren, *mit deſto mehrerer Commodität*, in hac materia *von ſeinen* ſowohl unmaſsgeblichen, als auch zugleich verhoffentlich wohl intentionirten, und niemand præjudicirenden *Sentimenten in etwas Part zu geben.*" Mentio

tio fit in der *fortgeſetzten Sammlung von alten und neuen Theolog. Sachen* A. 1739. p. 433 ſqq. Exemplaris Ser. Autoris penna correcti, ac Balth. Mentzero donati. Libellus hic etiam latine converſus extat; at longe rariſſime occurrit, & a nobis oculis nunquam fuit uſurpatus, qui germanicam editionem poſſidemus. Poſſedit quondam latinam Joan. Andreas Schmidius, Theologus Helmſtadienſis; ut ipſe teſtatur in *Sagittariana ad Hiſtoriam Eccleſiaſtic. Introductione*, Tom. II. pag. 1603. Præter hoc Exemplar neſcio, ubinam ullum aliud extet. Conf. Theod. Haſæi *Muſæum Bremenſe*, T. II. p. 511 ſq. & quæ ſupra ſcripſimus: CATHOLICVS &c.

Fr. Nic. EYMERICII, *Ordin. Prædicator.* Directorium Inquiſitorum, cum Commentariis Franciſci Pegnæ. *Romæ* 1585. in fol. pagg. 744.

Rarioribus, imo rariſſimis adnumerandus, quem vix centeſimus in Germania oculis uſurpavit.

Guilielmi EYSENGREIN, *de Nemeto Spirenſis*, Catalogus Teſtium veritatis locupletiſſimus, omnium orthodoxæ matris Eccleſiæ Doctorum, extantium, & non extantium, publicatorum, & in Bibliothecis latentium, qui adulterina Eccleſiæ dogmata, impuram, impudentem, & impiam Hæreſium vaniloquentiam, in hunc usque diem firmiſſimis demonſtrationum rationibus impugnarunt, variaque Scriptorum monumenta reliquerunt. Cum gratia & privilegio Cæſar. Majeſt. *Dilingæ, excudebat Sebaldus Mayer*, Anno Domini 1565. in 4to. paginis duplic. 211.

Liber hic albis corvis rarior, paucioribus cognitus, pauciſſimisque viſus, ex B. Diecmanni in Theod. Haſæi, & ex Haſæana in meam tranſiit Bibliothecam. Ingens autem Libri raritas exinde orta videtur, quod ſuis Autor ſumtibus eundem excudendum curavit, adeoque nonniſi Epiſcopis, Canonicis, aliisque ſuæ Sectæ, Jeſuitis præcipue, quos vix recens excluſos miris in Præfatione elogiis exornat, obtulerit. Utrum hic Catalogus recuſus fuerit aut continuatus & ſuppletus, indagare hactenus nondum potui. Poſterius tradit Antonius Teiſſier in *Catalogo Autor.* pag. 3. his verbis: *Adolphus Gotefridus* Voluſius, *Wilhelmi Eyſengreinii Catalogus Teſtium Veritatis ab anno 1563. perductus ad annum 1666. Moguntiæ, apud Ludovicum Bourgeat*, in 4. Editiones etiam alias Anno 1566. & 1568. factas memorant Morery in *Diction.* Tom. II. pag. 410. & du Pin *Biblioth. nouvell. Eccleſiaſt.* Tom. XVI. pag. 121. vix tamen credo illis unquam fuiſſe viſum hunc Librum, nedum repetitas ejus extare editiones. Guilielmo certe Caveo, Petro Bælio, aliisque EYSENGREINII *Catalogus* plane fuit incognitus. Magnopere etiam fallitur Henricus Spondanus ad annum 1560. n. 32. ſcribens Flacium *Catalogum* ſuum *Teſtium Veritatis* Eyſengreiniano *Catalogo* oppoſuiſſe, illumque teſtimonia pro veritate fidei catholicæ continere. Falſitas utriusque aſſertionis, tum ex Præfatione, tum ex toto Catalogo Eyſengreiniano elucet, in quo Vitæ tantum Scriptorum Eccleſiaſticorum, non autem eorundem teſtimonia recenſentur. Martinus Eyſengreinius, celebris ille apoſtata, fuit patruelis noſtri, cuius Vitam & Scripta recenſet fol. 209. ex quo augeri poterit Bælius pecul. articulo de MARTINO agens, ipſe Guilielmus Patrem habuit Jacobum, de quo fol. 206. commentatur. Scripſit præterea Eyſengreinius adverſus Centurias Magdeburgenſes centenarios, Opus itidem rariſſimum. Primi Centenarii Inſcriptio eſt: *Guilielmi* EYSENGREIN, *de Nemeto Spirenſis, Centenarii XVI. adverſus novam Hiſtoriam Eccleſiaſticam, quam Matthias Flacius Illyricus & ejus Collegæ Magdeburgici contra verum Dei Cultum, verasque Eccleſiæ Catholicæ Cerimonias Scriptis vetuſtiſſimorum Hiſtoricorum depravatis & corruptis nuper ediderunt. Centenarius I. ſalvo in omnibus ſanctæ Sedis*

Sedis Apoſtolicæ judicio, cui nos ſubjicimus. Ingolſtadii 1566. in fol. *Centenarium II. Monachii* 1568. in fol. prodiiſſe, Thomas Ittigius quidem in dubium vocare videtur, vid. *Præfat. ad Hiſtor. Eccleſiaſt.* Sec. I. pag. 10. magno tamen conſenſu id tradunt Aub. Miræus, Phil. Labbeus, Joan. Jacobus Friſius, Mart. Lipenius, & alii; ac procul dubio EYSENGREINII *Opus de Romanis Pontificibus adverſus Hiſtoriam Magdeburgenſium, Monachii* 1568. in fol. editum, eſt Centenarius II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Idem *Guilielmus* EYSENGREINIVS edidit etiam *Chronologicarum Rerum ampliſſimæ clariſſimæque Urbis Spiræ Libros XVI. Dilingæ, apud Sebaldum Meyer*, 1564. in 8. de quibus legatur Chr. Lehmannus in *Præfatione ad Chronicon Spirenſe*, & Henricus Chriſt. Senckenberg *Selector. Juris & Hiſtor.* Tom. VI. *Præfat.* p. 54.

F.

The FABLE of the Bees or private vices publick benefits &c. *London* 1725. in 8. The Fable of the Bees. Part. II. *Lond. by Robert Wawrick*, 1729. in 8.

Libris Atheisticis adnumeratur, ac pretium illi quinque Vallensium statuitur in *Biblioth.* Uffenbach. Tom. I. p. 767. Autor, qui ab aliis Bernard de Mandeville, Medic. Doct. vid. *Gelehrte Zeit.* 1726. pag. 510. ab aliis Jacob. Masse, v. J. L. Mosheims *Heiliger Reden* P. II. p. 171. nominatur, librum hunc suum flammis ultricibus publice Londini tradidit. vid. *Gelehrte Zeit.* 1729. p. 98. Copiose recensetur in *Biblioth. Raisonnée* T. III. p. 402. sqq.

Jac. FABRI, *Stapulensis*, Versio Novi Test. Gallica. *Parisiis*, *ap. Sim. Colinæum*, 1523. 8.

Rarissima est, paucissimisque cognita, v. Sainjore *Biblioth. Crit.* T. IV. p. 114. nempe ejus usus publica autoritate fuit prohibitus; quod fatum etiam subierunt aliæ illius editiones A. 1524. 1529. &c. curatæ. vid. Schelhorn. T. II. p. 360. Mich. Maittaire *Annales Typograph.* T. II. p. 645. sq.

Georgii FABRICII Commentariolus de urbe Freiberga, cura Bartholom. Heiderichii, Fribergensis. *Lipsiæ* 1573. in 8.

Dicitur fuisse publicatus, & magna fiducia a quibusdam allegatur. Dubitant tamen alii, an res ita se habeat; cum neque in Bibliotheca Freibergensi publica, neque in aliis, hæc editio reperiatur. Conf. Jo. Burch. Struvii *Bibliotheca Saxonica* p. 108. 109.

Georg. FABRICII Corpus Poëtarum veterum Ecclesiasticorum cum Commentariis. *Basileæ* 1562. in 4.

Collectionem hanc longe rarissimam esse indicat Cl. Gerdes in *Spicileg. Libror. rar.* p. 40. sq. Copiose recensetur in

in Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca Latina*, Libr. IV. cap. 2. pag. 696 sqq.

Pauli FAGII Sententiæ vere elegantes piæ, mireque tum ad linguam discendam, tum animum pietate excolendum utiles, veterum Sapientum Hebræorum, quas Capitula, aut Apophthegmata Patrum nominant. *Isnæ* 1541. 4. pagg. 151.

Hunc Librum comparari vix hodie posse scribit Guil. Surenhusius. Vid. *Acta Eruditor.* 1702. p. 473.

Amable FAIDIT vie de St. Amable Pretre & Curé de Riom. *à Paris* 1702. in 12.

Libellus publica autoritate suppressus, de quo *Catalogus Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 309: "Man hat es "aus dem Wege geschaffet; weilen der Abt Faidit gar viele "vornehme Leute darinnen angegriffen hat."

Fr. Aymari FALCONIS Antonianæ Historiæ Compendium, ex variis iisdemque gravissimis Ecclesiasticis Scriptoribus, nec non rerum gestarum Monumentis, collectum. *Lugduni, excud. Theobaldus Payen*, 1534. fol. min.

Raritatem hujus Libri, in Hispanicam etiam linguam conversi & *Hispali* 1603. in fol. editi, deprædicant Excell. Kappius in *Dissertat. de Fratribus S. Antonii* pag. 12. & Autor *Thesauri Bibliothecalis* T. II. p. 6. 7.

D. FAUSTENS Geister-Zwang soll *zu Passau* in 8. gedruckt seyn.

Hæc scribit quidem Tenzelius in *Biblioth. curios.* A. 1704. p. 764. valde interim de existentia huius Scripti dubitat Frid. Petrus Tacke im *Tractat von den Sünden der Menschen nach dem Tode*, *Præfat.* ad edit. 2. At vero Cl. Petrus Frid. Arpe in *Libro singulari de Operibus Talismanes & Amuleta dictis* p. 126. recensens Libros, qui Fausto præstigiatori tribuuntur, contrarium docet his verbis: "*Practi-*"*sirter Geister-Zwang*, qui etiam impressus est, ut titulus

"habet *Paſſau* 1605. 12. quo Libro peſſime abutuntur, "quibus ex luto præcordia & cerebrum belluinum eſt.„

Don Diego Saavedra FAXARDO, vid. SAAVEDRA.

M. Martini FECHNERI Chriſtliche und treuhertzige Ermahnung an die Evangel. Chriſten in Schleſien. *Lipſ.* 1615. in 4.

Libellus hic rariſſime obvius eſt, qui tamen multa habet, ad Hiſtoriam Sileſiæ Eccleſiaſticam, & certaminum Calviniſticorum in Sileſia, apprime facientia, nec alibi facile reperiunda. Vid. Gottfr. Balth. Scharfius in *Notis ad Luc. Oſiandri Admonitionem de ſtudiis privatis Verbi Divini Miniſtri*, in *Append.* p. 20.

Tobiæ FENDT Monumenta Sepulcrorum.

Opus rarum, cujus integer titulus eſt: *Monumenta Sepulcrorum cum Epigraphis ingenio & doctrina excellentium Virorum, aliorumque tam priſci quam noſtri Seculi memorabilium hominum, de Archetypis expreſſa per Tob.* FENDT, *Pictorem & Civem Vratislavienſem, in æs inciſa & edita. Vratislav.* 1574. fol. Conſtat figuris in æs inciſis CXXV. Plura dabunt Cl. Struvius in *Bibliotb. Antiq.* 1705. p. 362. & D. Gerdes in *Florileg.* p. 41.

Jani Alexandri FERRARII, *Cœnobitæ Auguſtiniani*, Euclides Catholicus, ſeu Demonſtratio Romanæ fidei, ex primis, certis & evidentibus Principiis, Mathematica Methodo, & connexis continua ſerie Propoſitionibus deducta. Ad Reverendiſſimos Viros, Adrianum & Petrum de Walenburch. Juxta Exemplar impreſſum *Pariſ.* 1667. 4.

Elegantiſſima Satyra incertitudinem dogmatum Pontificiorum exponens. Notitiam hujus Libri dant Jo. Diecmannus in *Diſſertat. de Naturaliſmo Bodini* p. 12. Placcius in *Theatro Pſeudonym.* p. 280. ſq.

Jo.

Jo. Baptiſtæ FERRETI, *Caſſinenſis*, Liber de Muſis lapidariis. *Veron.* 1672. in fol.

Oppido rarum eſſe hoc Opus docet doctiſſ. Chriſtoph. Aug. Heumannus in *Conſpectu Reipubl. Litterar.* p. 102.

Julii FERRETI, *Ravennatis, J. U. D. Equitis Comitisque Lateranenſis Palatii*, de re & diſciplina militari, aureus Tractatus; ac cœleſtis, ſpiritualis, legalis, armatæ, inſtauratæ & illuſtratæ militiæ præceptis, antiquorum exemplis, nec non & recentium geſtis munitus. *Venet. apud Bolognium Zalterium*, 1575. in fol.

Opus rariſſimum, quod recenſetur in Theoph. Sinceri *Biblioth. Hiſtorico-Crit. Librorum rarior.* p. 140 ſqq. ut & in V. Cl. Jo. Chriſtiani Gœtzii *Merkwürdigk. der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 68 ſq.

Jo. FICHARDI Vitæ Virorum illuſtrium, vid. VITÆ.

Edmundi FIGRELII de Statuis illuſtrium Romanorum Liber. *Holmiæ, ex offic. Jo. Janonii*, 1656. in 8. pp. 327.

Notitiam Libri hujus rarioris ſe daturum promiſit J.C. Colerus in *Biblioth. Theolog.* T. III. p. 48. Id, quod præſtitit in *Anthologia* T. I. Faſc. VI. n. 3.

Jo. FINETII Ceremoniale Anglicanum circa Receptionem Legatorum.

Integer Libri rariſſimi titulus ita habet: FINETTI *Philokenis: Som choice obſervations of Sr. John* FINETT *Knight and Maſter of the Ceremonies to the two laſt Kings, touching the Reception, and Precedence, the Treatment and Audience, the Puntillios, and Conteſts of forren Ambaſſadors in England. London* 1656. in 8. pp. 250. "Certio-"res redditi ſumus Londino,„ verba ſunt Gottl. Sam. Treueri, "hunc Libellum Partem tantum eſſe Operis "a Finetto compoſiti, quam Amicus quidam ſurripuerit. "Succeſſorem Finetti Cotterellium totum Opus 500. pondo "argenti ſibi comparaſſe, idque ab ejus Nepote poſſideri,

"qui Cæremoniis dirigendis nunc præsit. Gotterellium "insimul Libri impressi exempla, quotquot habere potuerit, "coëmisse, ignique tradidisse. Unde de raritate Libri con- "stat, quem difficillime nacti sumus. „ Vid. G. S. Treueri *Specimen Adnotationum* ad Wicquefortii Librum *le parfait Ambassadeur*, quod legitur in *Annalibus Acad. Juliæ Semestr. XII. §.* 20. p. 104 sq. Conf. ejusd. Treueri *Præfat.* editioni Germanicæ hujus Libri a Christ. Henr. Neubaur adornatæ & *Brunsv.* 1728. in 8. editæ præmissa.

Fini Hadriani FINI, *Ferrarienſis*, in Judæos Flagellum, ex S. Scripturis excerptum. *Venetiis, per Petrum de Nicolinis de Sabio*, A. 1538. in 4. pagg. 569.

Satis copiosam & accuratam Libri rarissimi notitiam hauries ex Vener. J. C. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 1128 sqq. Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büch.* p. 94 sq. & *Merkwürdigk. der Biblioth. Dresd.* T. II. p. 370.

Matth. FLACII Missa Latina. v. MISSA.

Matth. FLACII varia de corrupto Ecclesiæ Statu Poëmata. v. POEMATA.

Antonii FLAMINII Psalmorum Davidis Explanatio. *Lugduni* 1561. in 12.

Flammis jussu Pauli IV. P. R. addicta fuit. v. Schelhorn T. VII. p. 500.

M. *Antonii* FLAMINII Epistolæ aliquot de Veritate Doctrinæ eruditæ & Sanctitate Religionis, in latinum veterem sermonem conversæ ex Italico hodierno; nec non narrationes de Flaminio, & aliis quibusdam, cognitione bonarum & opt. disciplinarum ac artium & pietatis Studiosorum non indignæ: editæ a Joach. Camerario. *Norimbergæ, in offic. Dieter. Gerlachii*, 1571. in 8. pl. 9.

Liber omnium rarissimus. Vid. *Catal. Biblioth.* Hasæanæ p. 627. Jo. Lud. Bunemanni *Catal. Libr. rariss.* p. 115.

Jo.

Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitat.* T.X. p. 1148. Ejusd. *Amœnitat. Hiſtor. Eccleſ.* T.II. p. 87 ſq. *Biblioth. H. P. Th. Bremenſis* T.VII. p. 582. 931 ſq.

Hieron. FLORAVANTIVS de beatiſſima Trinitate, Libri III. *Maceratæ* 1618. 4.

Vid. von Seelen *Select. Literar.* p. 71 ſqq. Poſſideo editionem *Pariſ. apud Seb. Cramoiſy* 1624. in 4. pp. 249.

Franciſci Mariæ FLORENTINII vetuſtius Occidentalis Eccleſiæ Martyrologium. *Lucæ* 1668. fol.

Libri rariſſimi copioſiorem recenſionem habes in B. Ittigii *Tractat. de Biblioth. & Catenis Patr.* p. 180 ſqq.

Roberti FLVDD Opera.

Philoſophia Moſaica Goudæ 1638 fol.

Rariſſima eſſe teſtantur Morhofius, Kazauer, & Arpe apud Serpilium *de Libris rarior.* P. II. p. 241. Conf. S. R. Jac. Bruckeri *Hiſtor. Critic. Phil.* T. IV. p. 693. qui poſt Morhofium obſervat, primas editiones Scriptorum Fluddianorum eſſe optimas, in poſterioribus autem multa eſſe omiſſa. Catalogum Scriptorum Fluddianorum dedit Chriſt. Gottl. Prætorius in Diſſertat. *de variis variorum de Philoſophia Fluddiana Sententiis. Vitemb.* 1715. Pleraque eorum ob inauditas & profanas opiniones inter Libros vetitos ſunt relata, & caro pretio venduntur. Id quod imprimis de illis intelligendum, quæ Magiæ Præcepta tangunt. Huc etiam pertinent:

Certamen Sophiæ cum Moria, in quo Lapis Lydius a falſo ſtructore, Fr. Marino Merſenno, Monacho, reprobatus, celeberrima Voluminis ſui Babylonici in Geneſin figmenta accurate examinat. A. 1629. fol.

Recenſetur a Serpilio *l. c.* p. 305 ſqq.

Ejusd. Hiſtoria Macrocoſmi & Microcoſmi Vol. I. *Oppenh.* 1617. Vol. II. 1619. fol.

Inter Libros prohibitos & damnatos collocatur a Jo. Burch. Mencken. in *Biblioth.* p. 815.

Roberti FLVDD Monochordum Mundi symphoniacum ad Apologiam Jo. Kepleri. *Francofurti* 1622. in 4.

Atheisticis Libris adnumeratur in *Biblioth.* Uffenbach. Tom. I. p. 762.

Ejusd. Tractatus Theologico-Philosophicus, autore Rudolf. Otreb. v. infra *Rud.* OTREB.

FOGELSANGI Lumen Veritatis.

Fogelsangus quidam An. 1546. variarum Hæresium, utpote Anthropomorphitarum, Sabellianorum, Arianorum, Samosatenianorum, &c. Amstelodami fuit postulatus; atque hinc primum in carcerem conjectus, deinde autem relegatus, Libro ejus, quem *Lumen Veritatis* inscripsit, publice simul, uti nonnulli narrant, exusto. Hæc J. G. Schelhornius T. VIII. p. 501. qui Gerh. Brantii *Historiam Reformationis Belgicæ*, & Mich. de la Roche *Memoires Liter. de la Grande Bretagne* T. IV. p. 38 sqq. excitat.

La FOI devoilée par la Raison. *à Paris* 1681. in 8.

Autor Libri hujus, publica Autoritate suppressi, est Jean Patrocle Parisot Conseiller & Maître ordinaire dans la Chambre des Comptes. "Cet Ouvrage,„ verba sunt Mr. de Sallengre, "renfermoit quelques veritez hardies par-"mi un grand nombre de pensées obscures, & fausses. "On confisqua d'abord les Exemplaires, de Maniére que "ce Livre est devenu fort rare. On empriſonna aussi "l'Auteur, qui fit dans sa prison le Memoire suivant, que "j'inſererai ici à cause, qu'il n'a pas encore êté impri-"mé &c. Vid. *Memoires de Litterature* T. I. p. 185 sqq. Leg. etiam P. Bayle *dans les Nouvelles de la Republ. des Lettres*, An. 1685. Octobr. art. 7.

La FOI reduite à ses justes bornes. *Roterod.* circa ann. 1687.

Liber publice damnatus. Vid. *Apologie* du Sr. Jurieu, & *Acta Eruditor.* 1692. p. 123. quos citat J.G. Schelhornius T. II. *Amœnitat.* p. 354. Lubet rem enarrare verbis Collectorum

lectorum *Act. Erudit. Lipſ.* "Eodem tempore Roterodami "prodiiſſe refert Petrus Jurieu, Tractatum in Anglia, a ju- "vene quodam Gallo, ſed ab aliis adjuto, compoſitum, "cum titulo: *Fides intra juſtos terminos redacta;* in quo "itidem dogmata de Trinitate, & Incarnatione pro indif- "ferentibus habeantur. Hoc Scriptum, ſe denuntiante, in "Synodo Hagienſi A. 1688. condemnatum, & Autorem "remotum a Miniſterio fuiſſe, qui poſtea in Galliam regreſ- "ſus Religionem Reformatam abjuraverit; ſe vero Epiſto- "lam Paſtoralem eo de caſu ad inſtruendos, atque contra "ſcandalum præmuniendos pios edidiſſe. „

Uberti FOLIETÆ Clarorum Ligurum Elogia. *Romæ* 1547. in 4. iterumque 1577. 4.

Ejusd. de ſacro Fœdere in Selimum Libri IV. & variæ Expeditiones Africanæ. *Genuæ* 1587. in 4to.

Ejusd. Opuſcula varii Argumenti. *Romæ* 1573. in 4.

Ejusd. ex univerſa Hiſtoria Rerum Europæ ſuorum temporum, Conjuratio Jo. Lud. Fliſci, Tumultus Neapolitani, & cædes Petr. Lud. Farneſii. *Romæ* 1577. 4. *Genuæ* 1587. 4.

Extant quidem hi Libri Folietæ in Jo. Georg. Grævii *Theſauro Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ*, T. I. P. II. Nihilo tamen ſecius a Jo. Lud. Bunemanno in *Catal. Librorum rariſſimor.* p. 93. rariſſimi nuncupantur, his verbis: "Sunt hæ editiones Folietæ omnes raræ, ex quibus ſola "*Ligur. Elogia* & *Opuſcula* in Auctione Menarſiana p. 375. "n. 3003. pro 50. florenis vendita. „ Mea hæc pro 20. taler.

Steph. FORCATVLI, *Jurisc.* de Gallorum Imperio & Philoſophia Libri VII. *Lugduni, apud Jac. Chouet*, 1595. 8. plag. 72.

Copioſe recenſetur in *Beyträgen zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache*, P. XV. p. 362.

Nicolai

Nicolai FOREST *du Chesne, Abb. Escurienſis,* Mars vere Gallicus adverſus Janſenii Martem falſo Gallicum. *Rotomagi* 1660. fol.

Opus publica autoritate ſuppreſſum, ut ſuſpicor ex his Jacobi le Long verbis: "Ouvrage imprimé ſans privilege, "& qui a ſans doute été ſupprimé; tant les Exemplaires "en ſont rares. „ Vid. *Bibliotheque Hiſtor. de France,* n. 11924.

FORTALITIVM Fidei, v. *Alph.* DE SPINA.

Leonardi FORTII, *Romani, Com. Palatini,* Libellus de re militari, & variis inſtrumentis bellicis, quorum expreſſæ ſunt imagines, metris conſcriptus in vulgari lingua græca. *Venetiis, ad inſigne Sirenis,* A. 1531. 8.

Liber, qui in inſtructiſſimis Bibliothecis hodie deſideratur. Cauſam raritatis incuriam ac neglectum fuiſſe indicat Schelhornius T. II. p. 422.

Franciſcus DE FRANCISCIS, v. quæ ſcripſimus ſupra *Blaſ.* HOLLERIVS.

Sebaſtiani FRANCKEN Scripta.

Rariſſime occurrere, ſcribit God. Arnoldus in *Hiſtoria Eccleſiaſt.* P. II. Lib. XVI. p. 283. Non libet titulos ſatis notos horum Scriptorum apponere; leg. Arnoldus & alii.

Abrah. A FRANCKENBERG, *Sileſii,* Notæ myſticæ & mnemonicæ ad Bechinas olam, ſive Examen Mundi R. Jedaja Happenini. Anno Chriſti Jobeleo 32. æræ vulgaris 1650. editæ 1673. in 8.

Recenſetur a Theoph. Sincero in *Biblioth. Hiſtorico-Crit. Librorum rarior.* p. 37 ſq.

Andreæ FRANCKENBERGERI Inſtitutionum Antiquitatum & Hiſtoriarum Libb. VI. *Vitembergæ, in offic. Craton* 1586. in 8.

Inter rariores merito eſſe locandos arbitratur Cl. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 42.

Des

Des Heiligen Reichs Stadt FRANCKFVRT am Mayn Privilegia; auch etliche nicht weniger fürtreffliche Kayſerliche und Königl. Begnadigungen, Immunitäten, und Freyheiten, ſamt der Gülden Bullen: aus dem rechten Franckfurtiſchen Original genommen. *Gedruckt zu Franckfurt am Mayn bey Jo. Sauern; permittentibus iis, quibus id conceſſum eſt.* A. 1614. fol.

Opus egregium maximam Diplomatum molem exhibens, at inſigniter olim rarum, & vix ullo pretio parabile. Hinc nuper non ſine acceſſionibus recuſum fuit, An. 1728. Ad hiſtoriam, & raritatem Operis faciunt, quæ leguntur in Jo. Benjam. Lehnemanni *Diſſert. inaug. de Privilegiis S. R. I. Lib. Reip. Mœno-Francofurtenſis. Lipſ.* 1740. p. 4.

Delle Rime di *M. Nicolo* FRANCO contro Pietro Aretino, e de la Priapea des Medeſimo. Terza editione colla giunta di molti Sonetti nuovi, oltra la vera & ultima correttione ch'a tutta l'opera ha data l'autore iſteſſo, per non haverne piu cura, come colui ch'à gia rivolti tutti li ſtudi ad impreſe di Lui piu degne. Con gratia & privilegio Paſquillico. 1548. in 8. pagg. 225.

Quam rariſſimus ſit hic Libellus, cujus Autor pœna ſuſpendii multatus, exinde facile colligi poterit, quod Jo. Ben. Scheiben, Autor *der freymüthigen Gedancken aus der Hiſtorie, Critic und Litteratur*, p. 175 ſqq. & Aug. Bayerus *in Memoriis Librorum rarior.* p. 265. ſubdubitent, an typis unquam fuerit exſcriptus. Recenſionem hujus editionis, cujus titulum dedimus, habes in *Bibliotheque Françoiſe* T. XIIX. art. 5.

Diarium Hiſtoricum FRANCOFVRTENSE des gefährl. Aufſtandes daſelbſten. A. 1617. fol.

Librum hunc admodum difficulter hodie reperiri, indicat Herm. Chr. Senckenberg in *Præf. ad T. I. Selector. Juris & Hiſtoriar.* p. 22.

Marquardi

Marquardi FREHERI de Lupoduno, antiquissimo Alemanniæ oppido, Commentariolus. *Heidelbergæ* 1618. in fol.

Liber præstantissimus, qui ob quædam inserta Diplomata in pretio & simul rarior est, indicante *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1083.

Pauli FREHERI, *Med. Norimb.* Theatrum Virorum eruditione clarorum, in quo &c. *Norimbergæ*, *impensis Jo. Hofmanni*, 1688. in fol. pp. 1562. cum fig.

Rarescere incipit, imo perrarum jam hodie est, si fides *Catalogo Anonymiano Norimb.* 1738. p. 30. & Nic. Hieron. Gundlingio scribenti: "Des Freheri Werk ist rar, und "giebt man 8. 10. bis 15. Rthlr. dafür; denn es ist nicht "wieder aufgeleget worden &c. „ Vid. *Catal. Biblioth.* Reimmannianæ T. II. p. 44 sqq.

Lenglet DU FRESNOY Methode pour étudier l'Histoire, avec un Catalogue des principaux Historiens, & des Remarques sur la beauté de leurs Ouvrages. *à Paris, chez Pierre Gandovin*, 1729. IV. Tomes, in 8.

Editionem hanc castratam esse, & pauciss*i*ma Exemplaria integra superesse, quæ apud Gallos pariter & Batavos vel centum florenis æstimantur, affirmat Aug. Bayerus in *Memoriis Libror. rarior.* p. 166 sqq. & nonnulla ex non castratis Exemplaribus affert.

Jani Cæcilii FREY, *Medici Paris. Helvetii Nobiliss. & Philosophi præstantiss.* Opuscula varia nusquam edita, Philosoph. Medic. & curiosis omnibus utilissima, quorum hæc est series: 1) Philosophia Druidarum, 2) Cribrum Philosophorum, 3) Propositiones de Universo curiosiores, 4) Cosmographiæ Selectiora, 5) Dialectica Veterum, præceptis ad expeditam rerum notitiam

notitiam utiliſſimis inſtructa, 6) Compendium Medicinæ: quibus adjectus eſt perutilis Titulorum & Capitum omnium Index. *Pariſiis, apud Petrum David,* 1646. in 8. pp. 523.

En integrum titulum Libri inter rariores primi ordinis numerandi, & inani ſtudio a plurimis quæſiti. V. Cl. Jo. Georg. Lotterus id ingenue fatetur in *Commentario de Vita & Philoſophia Bernardini Teleſii* p. 54. ſcribens: "Fruſtra "hactenus, ſtudioſe licet, inquiſita nobis fuerunt *Jani Cæ-* "*cilii* FREY *Opera* latina, quæ *Pariſiis* 1646. in 8. junctim "vulgata fuiſſe ex Jac. le Long *Biblioth. Hiſt. de France* f. 29. "tantum novimus." Idem fatentur doctiſſimi Autores *der Beyträge zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache,* P. II. p. 331: "Dieſe *Opera* ſind ſehr rar, auch darum "vergeblich bisher von uns aufgeſuchet." Vel ex ſolo titulo horum Opuſculorum cognoſci poteſt, *Philoſophiam Druidarum,* & *Cribrum Philoſophorum,* Scripta anxie hactenus ab Eruditis quæſita, omnino extare quidem, ſed nunquam ſeparatim fuiſſe edita. Quod ad *Cribrum Philoſophorum* legiſſe hic juvabit Cl. Lotteri verba, qui *l. c.* p. 52. ſcribit: "Memorant Wittenus, & Teiſſierius, ſed pro more uterque "ſuo parum de autoritate dictis ſuis, luculentis in medium "prolatis teſtimoniis, concilianda curioſus, Syngramma ali- "quod *Jani Cæcilii* FREY, *Cribri Philoſophorum* Indice "inſcriptum, & Teleſio maxime oppoſitum. Num ſigil- "latim prodierit Liber iſte, num vero etiam *Operibus* Viri "hujus *latinis* junctim aliquando editis inſertus legatur, an "denique prorſus ineditorum numero cenſendus ſit, nos "quidem in præſenti definire haud poſſumus, adeoque aliis "ad indagandum relinquimus." Quod autem ad *Philoſophiam Druidarum,* hanc ſingulatim editam eſſe A. 1640. referunt Jo. Jac. Reimmannus *Hiſtor. Literar.* Vol. II. p. 101. Wendlerus, & jamjam citati Autores *der Beyträge,* aliique; Morhofius autem & alii ann. 1646. conſtituunt. Poſſidemus nos ipſi *Opuſcula* memorata. *Philoſophiam Druidarum* A. 1625. ſcriptam, & paginis ſaltem 28 conſtantem, excipit *Cribrum Philoſophorum, qui Ariſtotelem ſuperiore & hac ætate oppugnarunt,* a pag. 29-89. lectu ſane digniſſimum,

in

in quo Ramus, Campanella, Gaſſendus, Pomponatius, Teleſius, Patricius, de Verulamio, Villonius, Baſſonus, aliique cribrantur. Nuperrime etiam accuratam *Philoſophiæ Druidarum* recenſionem Cl. Jo. Henr. von Seelen dedit in den *Beyträgen zur Crit. Hiſtorie der deutſchen Sprache*, P. XIX. p. 383 ſq.

Andreæ FRICII *Modrevii*, *Secretarii Regis Sigism. Auguſti*, de Republica emendanda Libri V. *Baſileæ* 1553. fol.

Recenſionem hujus Libri, quem rariſſimum nominat, & dignum qui typis denuo exhibeatur, habes in Dav. Braunii *Bibliotheca Scriptorum Poloniæ & Pruſſiæ*, pag. 24 ſqq. Editionis *Cracovienſis* 1551. mentio fit in Chriſtoph. Sandii *Bibliotheca Anti-Trinitariorum* p. 36.

FRIDERICI II. *Imperatoris* Libri de arte venandi cum avibus, cum Manfredi Regis Additionibus, ex membranis vetuſtis nunc primum editi; Albertus Magnus de Falconibus, Aſturibus, & Accipitribus. *Auguſtæ Vindelic. ad inſigne Pinus, ap. Jo. Prætorium*, 1596. in 8.

Liber rariſſimus, cui Jo. Ludolf Bunemannus pretium V. taleror. conſtituit, quique in Auctione Menarſiana p. 440. pretio X. floren. & dimid. ſæpe longe majori divenditus. Vid. Bunemanni *Catalog.* Uberiorem eius notitiam ſuppeditat Cl. Jo. Godofr. Schmutzerus in *Diſſert. de Friderici II. in rem literariam meritis, Lipſ.* 1740. habita, §. 16-19. Officina typographica *ad inſigne Pinus* Auguſtæ Vindelicor. anno circiter 1595. primum ab illuſtri Marco Velſero erecta fuit, ab eodemque, accedentibus aliis, qui ſumtus illi ſuppeditarent, Viris gravibus & nummis inſtructis, ad finem usque vitæ ſuſtentata.

D. G. FRIDERICI *Wilhelmi*, *Saxoniæ Ducis, Adminiſtr. Elector.* Exercitationes Horarum ſubſecivarum. *Torgæ* 1598. in fol.

Librum hunc admodum rarum eſſe indicant Cl. Junckerus *de Biblioth. Iſenac.* p. 69. & *Theſaur. Biblioth.* T. I. p. 238 ſq. Alium religioſiſſimi hujus Principis Librum habes infra.

V. PRECATIONES. *Erici*

Erici FRIDLIBII, *J. C. Advoc. O. U.* (i. e. per Anagr. Jacobi Friderici Ludovici) Unterſuchung des Indifferentiſmi Religionum, da man dafür hält, es könne ein jeder ſelig werden, er habe einen Glauben oder Religion, welche er wolle. *Glückſtadt, bey Frider. Treumund,* in 8. 4. pl.

Sine nota temporis; prodiiſſe autem A. 1700. conſtat.

M. Tilemanni FRIESEN, *zu Göttingen Bürgermeiſters,* Müntz-Spiegel, d. i. ein neu und wohl ausgeführter Bericht von der Müntz, deren Anfang, Materia, Form, Korn, Schrot, Wehrt, mannigerley Art, Sorten und Namen bey den Hebräern, Griechen, Römern, Teutſchen, und etlichen andern Nationen; auch von Pfunden, lötigen Marcken, und andern alten Rechnungen: in IV. Bücher zuſammen gefaſſet. *Franckfurt am Mayn* 1592. in 4.

Rariſſimum eſſe hunc Librum, & nec illis cognitum, qui de re nummaria Germanorum egerunt, oſtendit doctiſſ. Heumannus Tom. III. *Hiſtoriæ Gœttingenſis,* pag. 278. ſq. copioſe hoc Scriptum pagg. 207. conſtans, & adjectum habens *M. Cyriaci* Spangenbergs *Tractat vom rechten Gebrauch und Mißbrauch der Müntzen*, plag. 7. recenſens. Cauſam raritatis nullam fortaſſe aliam fuiſſe auguratur Cl. Heumannus, quam quod FRIESII Liber propriis Autoris ſumtibus pauciſſimisque Exemplaribus fuerit excuſus.

Jo. FRISCHMANNI Scripta.

Rariora eſſe, & minus in vulgus nota, docet Schelhornius T. II. p. 406. Fuit FRISCHMANNVS Gallorum Regis Conſiliarius & Miniſter Reſidens apud Argentoratenſes. Ex Scriptis ejus, quæ fere omnia non addito nomine prodierunt, nobis ſunt ad manus:

Cauſſæ Regum heri & hodie inter ſe belligerantium expoſitæ & expenſæ ad Juris & Sta-

tus rationem; Christiano Orbi cum figg. æneis inscriptæ a J.F.C.R. A. 1657. *ap. Guil. Serlinum.* in 4. pp. 218.

Animorum in Europa & vicina Asia motus de Svecici belli motu in Polonia. *Upsal.* 1656. in 4. pp. 75.

Responsum ad nuperam illam Admonitionem Gallico juxta ac Germanico stylo adversus sanctius Christianissimi Consilium publicatam ex caussa Mardici Anglis cessi. An. 1658. in 4. pagg. 32.

Collegium Electorale de eligendo Romanorum Imperatore; addita censura in illud amica. 1658. in 4. pp. 163.

Collegium reliquorum Imperii Deputatorum ad Collegium Electorale de præsenti Statu Imperii, Imperatore eligendo, eligendo scribenda lege, annexis aliis. Editio auctior & correctior. 1657. in 4. pp. 98.

Moguntini Labores Electorales Prævii, & Electorii. 1657. in 4. pp. 45.

Labores Electorii, sive Solennia Electionis & Consecrationis. 1658. in 4. pp. 30.

Pietas Francica, seu Francorum Regum in Ecclesiam, Summosque Pontifices merita, & horum in Reges injuriæ, & odia diversis elogiis exposita. 1662. in 4.

Batavia triumphata. Anno, quo Summus Arbiter rerum DepoſVIt potentes De seDe & eXaLta VIt FranCos. in 8.

Alia FRISCHMANNI Scripta, nobis tamen nondum visa, memorantur a Vinc. Placcio in *Theatr. Anonym.* f. 297. sq.

FRISI-

FRISICVM Jus Antiquum. v. OSTFREISISCHES Land-Recht.

Joach. FRIZZII Summum Bonum, quod est verum Magiæ, Cabbalæ, Alchymiæ veræ, Fratrum roseæ crucis verorum Subjectum; contra Marinum Mersennum. A. 1629. fol.

Liber perrarus, quem recenset Serpilius II. p. 237.

Jean FROISSART, *de Valencienne, Trefsorier, & Chanoine de Chimey,* Histoire & Chronique, contenant les Guerres de France, & d' Angleterre & autres Lieux, revuës & corrigés par Denis Sauvage. IV. Volumes. *à Lyon* 1559-1561. fol.

Plures quidem hujus Libri exstant editiones, quas recenset Jac. le Long in *Biblioth. Histor. Galliæ* n. 7293. hæc tamen nostra ab illo vocatur "la plus belle, & la plus rare.„ Froissardi Opus in Epitomen relatum latine edidit Jo. Sleidanus *Amstelod.* 1656. 12. sæpius recusum; qua tamen in re Sleidanum sæpius mala fide egisse dicunt. Vid. Guil. Nicholson *Biblioth. Histor. Angl.* p. 184.

Jo. FRONTONIS Antitheses Augustini & Calvini.

Liber rarus, qui nec Jo. Alb. Fabricio, ut suspicor, ad manus fuit, cum ille junctim A. 1720. *Hamb.* in 8. ederet Scripta Jo. Frontonis. De memorato Frontonis Libro ita du Pin in *Biblioth. Script. Eccles.* Tom. XVII. pag. 276: "Le P. Fronteau composa en 1650. un livre intitulé: "*Antitheses Augustini & Calvini;* où il met en parallele "les passages de S. Augustin, & de Calvin, sur chaque "point des matieres de la Grace. Le P. General craignant, "que ce livre ne causat du bruit, en fit retirer tous les "exemplaires; mais un des amis du P. Fronteau, qui en "avoit un, en fit faire une autre edition.„

Sebast. FROSCHELII de Sacerdotali Officio Christi Libellus. *Vitemberg.* A. 1565. in lingua germanica 4. excusus.

Admodum rarus vocatur a Zeltnero in *Hiſtor. Crypto-Sociniſmi* pag. 160. itemque a Wernsdorſio *de Oſiandriſmo in Pietiſmo renato* p. 51. Vitam Froſchelii habes in *Nov. Antiq. Theol.* 1724. p. 680. ſq.

Andreæ FRVSII Epigrammata. vid. *Jul. Cæſ.* SCALIGERI Poëmata.

Contrafehte der Herren FVGGER, und Frauen FVGGERIN, welche in dieſem Geſchlechte gebohren worden, oder zu demſelben ſich ehelich verpflichtet haben. *Augſp.* 1620. in fol.

Illuſtrem FVGGERORVM familiam exhibet rariſſimum hoc Opuſculum, & propter imaginum præſtantiam in deliciis habendum, quarum numerus ad CXX. excreyit, e quibus pars maxima Kilianos fratres, Lucam & Wolfgangum, habet Autores. Vid. Sig. Jac. Apin *Anleitung, die Bildniſſe Gelehrter zu ſammlen*, p. 138. *Biblioth.* Reimmann. T. II. pag. 40. ſqq.

FVLMEN de Cœlo delapſum Trinitariorum Deum Triunum contundens. *Claudiopoli in Tranſylvania.*

Scriptum hoc blaſphemum a J. G. Schelhornio iis adnumeratur Libris, qui publica autoritate fuere ſuppreſſi. Juvabit hic legiſſe ipſa Viri doctiſſimi verba: „Noſtro tempore "*Claudiopoli in Tranſylvania* prodiiſſe in lucem Librum "æternis tenebris dignum, ejusdem plane cum infelicis "Serveti Scriptis furfuris, amicus quidam mihi nunciavit, "e cujus ore titulum hic adjiciam, ut ex ungue Leonem agno- "ſcas: *Fulmen de Cœlo delapſum* (abſit blaſphemia!) *Trini- "tariorum Deum Triunum contundens.* Vir eruditus, "cujus relationi hoc debeo, ſe omni cura in ipſa Tranſyl- "vania hunc Librum ſibi comparare haud potuiſſe, mihi "affirmavit; a Viro tamen illius regionis illuſtri & fide di- "gniſſimo ejus notitiam ſe hauſiſſe aſſeverans. Alias ſuſpi- "carer, in Socinianorum odium diram iſtam Libri inſcri- "ptionem effictam fuiſſe; quod olim jam factum ex Bælii "*Dictionario art.* Socin. not. L. didici.„ Hactenus J. G. Schelhor-

Schelhornius T. II. *Amœnitat.* p. 353. Verum multæ adsunt rationes, quæ mihi persvadent, ejusmodi Librum, *Fulmen de Cœlo delapsum*, nunquam prodiisse; sed forte unum eundemque esse cum illo, qui cum inscriptione: *Tormentum Throno Trinitatem deturbans*, editum fuisse dicitur. Scilicet exprobratum fuit Socinianis in Edicto Ordinum Hollandiæ, quo Socinianæ doctrinæ propagatio coërcetur, ipsos ex Polonia propterea esse ejectos, ipsorum Bibliothecam dispersam, templum, scholam, typographeum ipsis adempta, quod Librum sub prelo habuerint hac inscriptione: *Tormentum Throno Trinitatem deturbans.* Negabat verum esse Jonas Slichtingius in *Apologia adversus hoc Edictum* p. 151: "Caussa, inquit, disturbationis Racovianæ, quam Accusa-"tores nostros coram Vobis pro vera venditare non pudet, "ipso Decreto Comitiali manifestæ vanitatis coarguitur. "Ajunt enim caussam fuisse, quod Librum habuerimus sub "prelo, hoc titulo: *Tormentum Throno Trinitatem detur-"bans.* Nullus liber unquam hoc titulo inter nos extitit, "nedum ut sub prelo fuerit. Commentum hoc fidem sibi "ipsi aperta contradictione derogat - - - Autor istius "commenti fuit Lætus quidam, Moravus, qui profugum "sese ex Moravia, religionisve, an rebellionis caussa obli-"tus; sed odii in nos ex suorum disciplina concepti non "immemor, in ipsa patria nostra, quæ exulem benigne "susscepit & fovit, eo proterviæ progressus est, ut nobis "patriæ civibus insultare ausus fuerit, edito fumorum pleno "Libello; inter quos & hæc de Libro isto fabula est - - - "Fuit sane illo ipso tempore sub prelo Typographei Raco-"viani Liber *Novi Testamenti*, Polonice versi, & præter "hunc alius tum nullus: cujus editio incidente isto casu "interrupta, ad hunc usque diem manet imperfecta. " Refutavit quidem Jo. Coccejus istam Slichtingii *Apologiam*, sed p. 138. nullam aliam probationem adducit, quam rumorem eo tempore vulgatum; neque Johannes etiam Lætus in *Compendio Historiæ Univers. Civilis & Eccles.* p. m. 543. narrationis suæ probationes aliquas habet: & tamen imputationem hujus Libri constanter repeti videmus. Vid. Chr. Eberh. Weismanni *Histor. Eccles.* T. II. p. 820.

Andreæ FVLVII, *Sabini*, de Urbis Antiquitatibus Libri V. *Romæ, per M. Valer. Doricum, & Aloisium Fratrem, Brixianos*, 1549. in 8.

Tractatum hunc FVLVII egregii Antiquarii, inter rarissimos Libros collocat Cl. Gerdes *in Florileg. Libr. rarior.* pag. 42.

Jo. FVNCKII gründliche Erklärung der Offenbarung S. Johannis, herausgegeben durch Michael Sachsen. *Franckfurt am Mayn* 1596. in 4.

Rariorem esse hunc Librum, vel ex eo patet, quod Jo. Fabricius in *Histor. Biblioth.* T. II. dubitet, & negare videatur, Librum hunc unquam typis fuisse editum; qui tamen in Bibliotheca Feurliniana Altorfiensi prostat. v. *Acta Francica* T. I. p. 547. Possidemus & nos hunc ipsum Librum, excusum & figuris ligneis exornatum per *Jo. Spies*, constat pagg. 436.

Friderici FVRII, *Valentini*, Bononia, sive de Libris Sacris in vernaculam linguam convertendis, Libri II. ad Franciscum Bovadillium Mendozam, Cardinalem Burgensem. *Basil. apud Jo. Oporinum*, 1556. in 8.

Anton. FVSI le Franc-Archer de la vraye Eglise contre les abus & enormitez de la fausse. A. 1619. in 8. pp. 932.

Opus admodum rarum, teste Bælio in *Dictionn. Histor.* art. Sanchez not. B. edit. novissima.

G.

Le Comte DE GABALIS, ou Entretiens sur les sciences secretes. *à Amsterdam, chez Jaq. le Jeune*, 1671. in 12. pp. 328.

Librum hunc recenset & inter rarissimos collocat S. R. Eberh. Dav. Hauberus in *Biblioth. Magica* T. III. p. 90. sqq. Bibliothecula nostra possidet editionem, *à Cologne, chez Paul de la Tenaille*, 1684. in 12. pp. 155. itemque: *Les Genies assistans, & Gnomes irreconciliables, ou Suite au Comte* DE GABALIS. *à la Haye* 1718. in 12.

Jac. GADDII, *Academici Suogliati*, Critico-Historicum Opus de Scriptoribus non Ecclesiasticis, Græcis, Latinis, Italicis. Tomus I *Florentiæ, apud Arnald. Massum*, 1648. fol. Tom. II. *Lugdun.* 1649. fol.

Rarissime extant ambo Tomi, quippe diversis in locis impressi. Vid. *Catal. Biblioth.* Mencken. p. 46. Morhofii *Polyhist.* T. I. p. 174. sq. Eandem, quin & majorem raritatem habent ejusdem

GADDII Elogia, vix nota, & revera in Bibliothecis raro conspicienda. Prodierunt hoc ordine:

Jac. GADDII Adlocutiones & Elogia exemplaria, Cabbalistica, Oratoria, Mixta, Sepulcralia. *Florentii, typ. Petri Nestii*, 1636. in 4. Habent pp. 187.

Ejusd. Elogia Historica, tum soluta, tum vincta numeris oratione perscripta & notis illustrata. *ibid. typ. Amatoris Massæ*, 1637. in 4. pagg. 319.

Ejusd. Elogiographus, scil. Elogia omnigena. *Florent. typis Amatoris Massæ*, 1638. in 4. pagg. 209.

Cæterum Gregorius Leti in *Italia regnante* P. III. pag. 339-359. inprimis dignus eſt, qui de GADDIO & ejus Scriptis ac præcipue de ejus *Scriptoribus non Eccleſiaſticis* evolvatur. Vid. Cl. Jo. Erhardi Kappi *Prolegom. ad Alfonſi Ciaconii Bibliothecam*, p. XXIX.

Roberti GAGVINI, *Ord. SS. Trin. Miniſtri generalis*, Epiſtolæ & Orationes. *Pariſ.* 1521. in 4.

Liber admodum rarus, cujus novam editionem exoptat Cl. Morlierius, Autor *des Eſſais de Litterature*, Tom. II. pag. 178. ſq. Extat ejusdem GAGVINI *Compendium de Francorum Geſtis*, cujus rariſſimam editionem *Pariſienſem per Antonium Bonnemere* 1514. in 8. impreſſam poſſidemus, quæ deinceps recuſa eſt hac inſcriptione: *Rerum Gallicarum Annales cum Huberti Velleji Supplemento editi a Jo. Wolfio. Francof. apud Andr. Wechelium*, 1577. fol. De cæteris ejus Libris ſatis copioſe egit Cl. Morlierius *l.c.*

Phil. GALLÆI Effigies LI. doctorum Virorum, qui bene de ſtudiis litterarum meruerunt, cum ſingulorum Elogiis. *Antwerp.* 1587. 4.

Opus rarum & pretioſum vocatur ab Apino *in der Anleitung, die Bildniſſe zu ſammlen*, p. 126. Aliam hujus Operis editionem, vel potius continuationem, XLIV. effigies continentem, ac *Antwerp.* 1572. in fol. excuſam, recenſet Frid. Rothſcholzius im *Beytrag zur Hiſtorie derer Gelehrten*, P. III. p. 197.

Petri GALLANDI, *Arienſis, Eccleſiæ Pariſienſis Canonici*, Vita Petri Caſtellani, Epiſcopi Tutelenſis, deinde Matiſconenſis, tandem Aurelianenſis; cum Notis Steph. Baluzii, Tutelenſis. *Pariſ. ap. Muguet*, 1684. in 8.

Petrus Gallandus obiit 1559. De Libro hoc rariori, ex quo Bælius excerpſit præcipua, inſeruitque *Dictionario* ſuo, ita judicat Jac. le Long in *Biblioth. Hiſtor. Scriptor. Galliæ* n. 13848: "Cette vie eſt très belle & bien-écrite; elle "contient pluſieurs faits, qu'on ne trouve point ailleurs."

Jō.

Jo. Baptistæ GALLI, *J. C.* in Jac. Thuani Historiarum Libros Notationes. *Ingolstadii, typis Ederianis, per Elisabeth. Angermayrinam,* 1614. 4. plag. 10.

Liber manu carnificis ex decreto Parisiensis curiæ exustus, quem recenset Groschufius in *Collect. Librorum rariorum* p. 377. sqq. Conf. Herm. Diet. Meibomii *Orat. de genuin. Histor. German. Fontibus* p. 51. Placcius *Theatr. Pseudon.* p. 302. sqq.

Traitez des Droits & Libertez de l' Eglise GALLICANE. A. 1639. fol.

Liber rarus & publica autoritate suppressus, de quo hæc habet Jac. le Long in *Biblioth. Historic. Scriptorum Galliæ* n. 2313: "Ce Recueil, qui a été dressé par Pierre du Puy, "& imprimé à Rouen sur la fin de l' année 1638. contient "dixneuf Traitez avec les Preuves. Ces Traitez sont im- "primez plus correctement dans cette edition, que dans "les précedentes. Elle eut une si promt debit, qu'en trois "mois tous les Exemplaires furent enlevez. Mais comme "elle avoit été faite sans Privilege du Roi, quoique tous "ces Traitez eussent deja paru avec Privilege, & quoiqu'il "n'y eut de nouveau que le volume des Preuves; elle fut "supprimée par un Arrêt du Conseil du Roy du 20. De- "cembr. 1638. à la sollicitation du Cardinal de la Roche- "faucault, & du Nonce du Pape, & par complaisance "pour le Cardinal de Richelieu."

Rerum GALLICARVM, impubere Ludovico XIV. Liber I. Res per novennium apud Gallos aut a Gallis, pace belloque gestas, ab excessu Ludovici XIII. ad An. 1652. in 4.

Liber penitus suppressus, cujusque priora saltem folia fuere impressa. Joh. Doujatius, Professor Juris Regius, A. 1688. defunctus, illum composuerat. Vid. Jac. le Long *Biblioth. Historic. Scriptor. Galliæ,* n. 9596.

Anton. GALLONII Apologeticus pro C. Baronio de Monachatu S. Gregorii adversus Con-

ſtantinum Bellotum. *Romæ, ex Typogr. Vaticana*, 1604. in 4.

Rarioribus adjungendus.

Optatus GALLVS, v. OPTATVS.

Auguſtini GAMBARELLI, *Mediolanenſis*, Obſervationes in Terentium, ſive Voces ejus & Locutiones, una cum conjunctis Oppoſitis & Epithetis, Alphabeti ordine deſcripta. *Bergomi* 1597. in 8.

Rariſſimum eſſe hunc Librum teſtatur *Catalog. Biblioth.* Schalbruchianæ P. II. p. 83. Extat apud nos ejusdem Gambarelli Liber alius itidem infrequentiſſimus, cui hoc rubrum: *Oppoſitorum, quæ Auguſtinus* GAMBARELLIVS, *Mediolanenſis, e Plauto, Terentio, Cæſare, & Cicerone collegit, Liber, humaniorum litterarum Studioſis præcipue utilis, qui, quomodo debeat intelligi, declaratur ipſius Auctoris ad Lectores Epiſtola, quæ Operi præfixa conſpicitur. Mediolani, apud hær. Pacifici Pontii & Jo. Baptiſtam Piccaleum*, 1606. in 4. pp. 847.

Eugenio GAMVRRINI Hiſtoria Genealogica delle Nobili Famiglie Toſcane e Umbre. *Florentiæ* 1668. V. Voll. in fol.

Non in Germania ſolum, ſed & in Italia infrequens.

Jo. GANSEI Arboretum Auſtriacum. *Colon.* 1630. fol.

Rariſſimum audit, B. G. Struvio in *Biblioth. Hiſt.* p. 502. & Reimmanno *de Libr. Genealog.* P. II. p. 177. ſqq. Conf. *Biblioth. Hiſtor.* Struv. Buderian. p. 1046.

P. François GARASSVS Doctrine curieuſe des beaux Eſprits de ce Tems, ou pretendus tels; contenant pluſieurs Maximes pernicieuſes à la Religion, à l'Eſtat, & aux bonnes Mœurs, combattue & renverſée. *à Paris, chez Seb. Chapelet.* 1624. in 4. pp. 1025.

Librum

Librum hunc a raritate & curiositate laudat V. Cl. J. C. Gœtze in *Merkwürdigk. der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 411. sq. Idem dicendum de plerisque aliis hujus Autoris Scriptis, e. g. *La Somme Theologique, à Paris* 1625. fol. *Rabelais Reformé.* Ejusd. *Banquet des Sages &c.* V. Cl. Jo. Petr. Ancherſen in *Collectis de Criteriis boni libri* p. 13. ſcribit: "Doctrina curioſa Patris Garaſſi, & cætera ejus Opera, "nullius pretii ſunt, & peſſima, neque tamen teruntur "omnium manibus, & hoc juſtum fatum eſt plurimorum "malorum librorum." Raro in manus noſtras incidunt.

Jo. GARCÆI Aſtrologiæ Methodus, in qua, ſecundum doctrinam Ptolomæi, exactiſſima, facillimaque genituras qualescunque judicandi ratio traditur; ex probatiſſimorum Artificum Monumentis de omni bonorum & malorum genere (de quibus per Syderum Apotelesmata ſobrie judicare licet) ſive animo, ſive corpori, fortunæve accidant, depromta, inque certas Claſſes digeſta: Nativitatibus inſuper quadringentis circiter hominum cujuscunque ordinis noſtri ſeculi illuſtratur &c. *Baſileæ, ex offic. Henric-Petrina*, 1576. in fol.

Opus perrarum, in quo præter complura variorum Principum Themata Genethliaca etiam haud pauca Virorum eruditorum, Phil. Melanchthonis, Eraſmi Roterodami, Joach. Camerarii, Mart. Lutheri, Alberti Hardenbergii, aliorumque, exhibentur. Recenſetur a S. R. Jo. Georg. Schelhornio *Amœnitat. Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 614.

Jerome DE LA GARDE, *detenu Priſonnier en la Conciergerie*, Memoires ſur la Mort de Henry IV. A. 1610.

De eximia hujus Scripti raritate hæc annotavit *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 258: "Es werden "darinnen alle Intriguen, die bey Henrici IV. Tode vor- "gegangen, und die vornehmſten Urſachen davon erzehlet, "die

" die man bey andern Hiſtoricis, auch ſo gar bey Mr. Vaſſor " in ſeiner *Hiſtoire de Louis XIII.* ſelbſt nicht findet. *Es* " *iſt überaus rar, und ſind mir ſelbſt nicht mehr als zwey* " *Copien davon bekannt, eine in MSt, die andere gedruckt.*„

Girolamo GARIMBERTI, *Veſcovo di Galleſe*, la prima parte delle vite, overo fatti memorabili di alcuni Papi, e di tutti Cardinali. *In Venetia preſſo il Giolito*, 1568. in 4.

Prima ſolummodo hujus Libri pars edita eſt, *la quale non fu coſi toſto publicata, che ne fu impedita la vendita; onde e divenuta molto rara.* Vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' Libri rari nella Lingua Italiana*, p. 104.

Jo. GARNERII Liber diurnus Romanorum Pontificum. *Pariſ.* 1680. in 4.

Librum rariſſimum vocat, eundemque Typographis ad novam editionem commendat Jo. Peter de Ludewig in *Reliquiis MStor.* T. VI. p. 368. Scriptis prohibitis adſcriptum fuiſſe W. E. Tenzelius in *Dialog. Menſtr.* A. 1698. p. 277. notavit; quod minus mirum eſt, cum editio, quam ex Codice Romano Lucas Holſtenius A. 1660. adornaverat, plane ſit ſuppreſſa. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. Latinit.* T. II. p. 117. Conf. Chriſtianus Gottfr. Hofmannus T. I. *Novæ Scriptor. ac Monumentor. Collection.* p. 389. qui Garnerii editionem recudi etiam curavit, Tomo II. dictæ *Collectionis, Lipſ.* 1733. in 4.

Jo. GARNERII Syſtema Bibliothecæ Jeſuitarum Collegii Ludoviciani.

Liber rarior, ſiquidem in privatum tantum dictæ Bibliothecæ commodum conſcriptus. Vid. Maichelius *de Bibliothecis Pariſienſibus* p. 128. ſq. & Gerdes *Florileg. Libror. rar.* p. 44.

Actio in *Henricum* GARNETVM.

Scriptum rarius obvium, judice Cl. Schelhornio Tom. V. *Amœnitat.* p. 284. Poſſideo illud, en titulum: *Actio in Henr.* GARNETVM, *Societatis Jeſuiticæ in Anglia Superiorem, & cæteros, qui proditione longe immaniſſima Sereniſſ. Britanniæ Magnæ Regem, & Regni Angliæ Ordines, pul-*

pulvere fulminali e medio tollere conjurarunt: una cum Orationibus Dominorum Delegatorum. Adjectum est Supplicium de Henr. Garneto Londini sumtum. Omnia ex Anglico a G. Camdeno latine versa. Londini, excudebat Jo. Nostion, Sereniss. Reg. Majest. in Latinis, Græcis & Hebraicis Typographus, 1607. in 4. pp. 380.

Helvici GARTHII gründlicher Bericht von dem Religions-Wesen in Hessen. *Vitemb.* 1606. in 4.

Scriptum hodie rarissimum vocatur ab Henr. Christiano Senckenbergio in *Præfat. ad Tom. III. Selectorum Juris & Historiar.* p. 81.

Achillis Pirmiani GASSARI Annales Reipublicæ Augustanæ.

Disceptatur inter Eruditos, an GASSARI *Annales* unquam fuerint editi. Georg. Draudius in *Bibl. Class.* Tom. I. p. 727. Martin. Lipenius in *Biblioth. Philos.* p. 137. B. G. Struvius in *Biblioth. Historic.* p. 482. & J. C. Neu in *Access. ad D. Whear.* P. II. p. 146. GASSARI *Annales* inter Libros editos numerant, quasi prodierint *Hanoviæ* 1593. in fol. Paulus vero Bolduanus in *Biblioth. Historic.* pag. 209. binas horum *Annalium* habet editiones, *Hanovienſem* 1593. in fol. & *Basileensem* 1596. fol. hoc titulo insignitas: *Achillis* GASSARI, *D. Med. Annales de vetustate originis, amœnitate situs, splendore ædificiorum, ac rebus gestis civium, Reipublicæque Augustanæ, summa fide collecti &c.* Nihilo tamen secius Eruditi dubitant, & non sine causa dubitant, de existentia harum editionum, præsertim cum frustra hactenus Viri Augustani curiosissimi istis fuerint insidiati. Cœpta fuit editio *Annalium* A. 1593. a *Guil. Antonio, Typographo Hanovienſi*, non tamen absoluta, impressaque folia tanta diligentia fuere suppressa, ut præter unum vix ullum aliud Exemplar istud naufragium effugere potuerit. Legatur Jo. Burch. Menckenius, qui GASSARI *Annales* ex MSto Gothano edidit, in *Præfat. Tom. I. Scriptor. Rer. German.* & S. R. Jac. Bruckerus in *Dissertat. de Vita & Scriptis* GASSARI, inserta *Amœnitat. Literar.* Schelhorn. Tom. X. p. 1034.

Petri

Petri GASSENDI Exercitationum paradoxicarum adversus Aristotelicos Volumen II. *Hagæ* 1659. 4.

Posterius harum Exercitationum Volumen admodum rarum esse, & pauciſſimis visum, docet doctiſſ. Heumannus T. III. *Act. Philoſoph.* p. 45. ſq. Volumen I. prodiit *Amſtelod.* 1649. in 8. *Hagæ* 1656. in 4.

Paganini GAVDENTII Scripta omnia

Rariſſima esse, atteſtantur Jac. Bruckerus in *Hiſt. Crit. Philoſ.* T. IV. p. 228. Lud. Mart. Kahlius in *Biblioth. Philoſoph.* Struviana T. I. p. 153. Jo. Gerh. Meuſchenius in *Præfat.* Tomi II. *Vitarum Summorum Virorum.* Animus erat doctiſſ. Meuſchenio omnia GAVDENTII Opera conjunctim edere, quem in finem a multis annis hæc anxie undique conquiſivit; non obſtante tamen diligentiſſima inveſtigatione deficiunt Bibliothecæ Meuſchenianæ Libri: *De Dogmatibus & Ritibus Veteris Eccleſiæ, Rom.* 1628. in 8. *Velitationes adverſus Chamierum, ib. Salebræ Tertullianæ de Vita Chriſtianorum ante Conſtantinum, Florentiæ. De Aſylis & more confugiendi ad Eccleſiam. De Viris doctrina claris; de ratione cauponandi famam, Piſis. La Vita di Cleopatra, ib. Della Peregrinazione Filoſofica, ib.* 1644. *Reintegrazione de Poëſi. L' Academia disunita. I Confini regolati, Piſis.* Libri autem GAVDENTII anxia B. Meuſchenii inveſtigatione reperti ſunt: *De Philoſophiæ apud Romanos initio & progreſſu, Piſis* 1643. 4. *De Arcanis Imperii Romani, Florentiæ* 1640. 4. *Chartæ Palantes, ibid.* 1638. 4. *Obſtetrix Literaria, ibid.* 1638. 4. *Pythagoreæ animarum transmigratio, Piſis* 1641. 4. *Inſtar Academicum, Florent.* 1639. 4. *Prodigiorum ſignificatio, ibid.* 1637. 4. *De Errore Sectariorum &c. Piſis* 1644. 4. *Juſtinianæi Seculi Mores, Florent.* 1637. 8. *De Candore politico, Piſ.* 1647. 4. *Singolarità della Guerre di Germania, Flor.* 1640. 4. *I Fatti d' Aleſſandro il grande, ſpiegati & ſuppliti con non pochi auvenimenti de noſtri tempi, maſſime quelli delle Alemanche Guerre. In Piſa* 1645. fol. Hic ultimus, judice Meuſchenio, omnia Gaudentii Scripta, propter plurima belli tricennalis, aliaque detecta arcana, raritate

raritate vincit. Quæ autem ex rarioribus Gaudentii Opusculis recusa leguntur in dicto Tomo II. *Vitarum* ex Bibliotheca Meuscheniana hæc sunt: *Gloria Justiniani Imp. vindicata. Laus Germanici Cæsaris. Julianus Imp. Philosophus. Aristoteles veterum Philosophorum Contemtor. Philosophi in Aula. Julii Cæsaris heroica præstantia. Cæsaris Cremonini, Julii Pacii, & Jo. Barclaji fama asserta. Jo. Bapt. Marini fama & Poësis defensa. Laus Jo. Caroli Coppolæ. Gloria Pisana.* Gaudentii autem Liber *de Philosophiæ apud Romanos initio & progressu*, ex quo excerpta leguntur in *Observatt. Hallens.* T. VII. n. 9. & 13. integer postea Tom. II. & III. *Collectionis Novæ Scriptorum rarior. Halæ* 1717. in 8. insertus est, & recensitus in *Actis Philos.* P. XVI. p. 631. sqq.

Lucæ GAVRICI, *Geophonensis Episcopi*, Tractatus de Otio liberali. Acced. aureus Liber de illustribus Poëtarum auctoritatibus. *Romæ, apud Valerium & Aloysium, Doricos fratres*, 1557. in 4. pp. 174.

Recensetur hic Liber a V. C. Aug. Bayero in *Memoriis Historic. Crit. Librorum rar.* p. 267. qui tamen non indicat *Opera* GAVRICII *Basil.* 1575. III. Voll. in fol. junctim prodiisse, De singularibus ejus Fatis legatur *Lexicon Eruditorum Lipsiense.*

Petrus GEDVLTIG, v. *Lienhart* BRVNNER.

Aegid. GELENII, *Archiepiscopi Colonienſis Consiliarii Ecclesiastici & Historiographi*, de admiranda sacra & civili magnitudine Coloniæ Agripp. Libri quatuor: I. Ubiorum Origo, Historia, Vetustas; II. Insignia & Ortus Ubiæ & Rhenanæ Nobilitatis; III. Urbis Sacrarium, seu fundationes, Monumenta, Viri clari; IV. Sacri & pii Fasti ad Martyrologii formam, *Colon.* 1645. in 4.

Liber hodie rarior, indicantibus Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Comment. de Festo Lanceæ & Clavorum* p. 19. *Bibliotheca Histo-*

Hiſtorica Struvio-Buderiana p. 995. & aliis. Conjungendus cum his Commentarius, alius ejusdem GELENII æque rarus Liber: *S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis, cum Annalibus ſuæ ætatis ex Archivis depromtus. Colon.* 1633. in 4. nec non tertius ejusdem Autoris utrumque raritate vincens, inſcriptus: *Supplex Colonia, ſive admiranda præ ſeculis anteactis S. S. Corporum, Cleri & Populi Agrippinenſis in publicum Proceſſio, octo continuo dies celebrata An.* 1634. *qui fuit Imperio periculoſiſſimus; nunc vero cum brevi & authentica Sanctorum Colonienſium Hiſtoria exhibetur. Coloniæ, ſumtibus hæred. Bern. Gualteri,* 1639. in 8. plag. 16.

Jo. GELIDÆ, *Valentini, Burdigalenſis Ludimagiſtri,* Epiſtolæ aliquot & Carmina; *Arnoldi* FABRICII, *Aquitani, Viri latinitatis purioris imprimis ſtudioſi & docti,* Epiſtolæ etiam aliquot. *Rochellæ, apud Bartholomæum Beſte,* 1571. in 4.

Notitiam hujus Libri hauries ex Aug. Bayeri *Memoriis Hiſtorico-Crit. Librorum rarior.* p. 207. ſq.

Gilberti GENEBRARDI, *Archiepiſcopi Aquiſextienſis,* Liber de Jure ſacrarum electionum & earum neceſſitate ad Eccleſiæ Gallicanæ redintegrationem. *Pariſ. ap. Nivellum,* 1593. in 12.

Liber rariſſimus, lictoris manu publice combuſtus, cujusque Autor perpetuo exilio multatus fuit, facultatibus omnibus fiſco addictis. Vid. *Eſſais de Litterature* T. I. p. 109. Petr. Zornii *Tract. de Libertate Eccleſiæ Gallicanæ* pag. 29. qui editum hoc Scriptum 1595. fuiſſe adſerit.

Franciſci GEORGI *Veneti,* vid. *Fr. Georgi* VENETI.

R. GERSON *ben Elieſer* Liber de finibus terræ Iſraëliticæ. *Lublini.*

Ineunte Seculo XVII litteris Rabbinicis, ſed lingua germanica, formis exſcriptus, at conſilio Sapientum flammis iterum deletus, narrante S. R. Jo. Chriſt. Wolfio in *Biblioth. Hebr.*

Hebr. T. I. p. 283. qui tamen obſervat, eundem Libellum nihilominus recuſum eſſe in vico *Fürthenſi* A. 1691. itemque *Amſtelodami apud Salom. Proops* 1723. in 4. Vid. *Biblioth. Hebr.* T. IV. p. 802.

Wigandi GERSTENBERGERI Franckenbergiſche Chronick und Zeit-Buch. *Heidelb.* 1619. in fol.

Editio hæc tantæ raritatis eſt, ut V. C. Jo. Phil. Kuchenbecker, qui Chronicon hoc ex MSto edidit, nullum Exemplar, omni licet adhibita diligentia, indagare potuerit. Verba ejus hæc ſunt ex *Præfat. ad Collect. V. Analect. Haſſiæ:* "Es iſt zwar, nach dem Bericht des berühmten "Herrn Struvens in *Bibliotheca Hiſtorica*, dieſes Chroni-"con *zu Heidelberg* A. 1619 in fol. bereits gedruckt wor-"den: weilen ſich aber ſothane Edition dermaſſen rar ge-"macht, daſs ich, aller angewandten Mühe ohnerachtet, "ſelbige niemahls zu Händen bekommen können; ſo habe "ich mich eines MSti bedienet, welches der Herr Rath "Senckenberg mit dreyen andern conferiret, und mir "gütigſt mitgetheilet worden."

GESANG-BUCH, cum Præfatione *D. Pauli Antonii, Halæ* excuſum hac inſcriptione: Chriſtliche GESÆNGE, theils alte, ſo viel derſelben dieſer Orten in Evangeliſchen Gemeinen annoch durch Gottes Gnade im friſchen Brauche beybehalten; theils neue, welche ſeithero unterſchiedlich verlanget und beliebet worden: zuſammen getragen, und alſo eingerichtet, daſs man ſich ihrer ſowohl bey offentlichen Verſammlungen, als auch mit den Seinigen zu Hauſe, zu Erweckung und Vermehrung guter Andacht, füglich und nach Gefallen bedienen kan. *Halle, verlegts Jo. Jac. Schütze; druckts Chriſtoph Salfeld*, 1700. in 12. obl. pagg. 864.

Hinc inde insertæ sunt ab D. Paulo Antonio Allocutiones Paræneticæ, quarum tertia inscripta est: *Betrachtung der jetzigen Zeiten.* Et hæc ipsa Allocutio causata est raritatem istius Cantionalis. Enarrabo rem verbis Autorum *der fortgesetzten Sammlung vom Alten und Neuen* A. 1734. p. 933: "So bald als dieses Gesang-Buch in Magdeburg bekannt wurde, und einigen vornehmen und redlichen Predigern in die Hände kam; so überreichte es einer von "ihnen einem höchstansehnlichen Membro derer Magdeburgischen Land-Stände, welche gleich dazumahl beysammen waren. Darauf erging die Ordre, diese verfängliche und schändliche Betrachtung sogleich wegzuthun, "und herauszulassen; welches auch geschehen müssen: "da dann sehr viele Bogen umgedrucket worden, und "man gar selten mehr ein solch Exemplar antrifft, darinnen diese Betrachtung stehet."

Gesang-Buch der Brüder in Böhmen und Mähren, die man aus Hass und Neid Pickarden, Waldenser, &c. nennet. *Nürnb. in der Gerlachischen Druckerey, durch Paulum Kauffmann*, in 8.

Rarioribus Libris sine dubio adnumerandus. Vid. Georg. Serpilii *Lieder-Gedancken* P. II. p. 14. sqq. qui plures antiquiores hujus Libri editiones recenset. Conf. *Biblioth.* Reimmannian. p. 417.

- - - vieler geistreichen Lieder zu Ellrich und Bleicherode; *verlegt von Jo. Mart. Horn, Regierungs-Buchbinder in Ellrich*, 1707. in 8.

Vulgo *das Hohensteinische Gesang-Buch*, Auctorem habens Ottonem Chr. Damium. Libellus Crypto-Socinianismi suspectus, hoc nomine prohibitus, summe rarus, & a Georgio Serpilio peculiari Opere: *Schriftmässige Prüfung des ohnlängst publicirten Hohensteinischen Gesang-Buchs, Regensb.* 1710. in 8. correctus. Conf. Christ. Gottl. Klugens *Hist. Bericht von d. Nordhauf. Gesang-B.* p. 31. sqq.

Conradi

Conradi GESNERI Bibliotheca, v. BIBLIOTHECA Gesnero-Simlero-Frisiana.

Conradi GESNERI de raris & admirandis Herbis, quæ, sive quod noctu luceant, sive alias ob causas, Lunariæ vocantur, Commentarius, & obiter de aliis rebus, quæ in tenebris lucent; inseruntur & Icones Herbarum novæ. *Ejusd.* Descriptio Montis fracti sive Montis Pilati juxta Lucernam in Helvetia: acc. *Jo. du Choul, G. F. Lugdunensis*, Pilati Montis in Gallia Descriptio; *Jo. Rhellicani Stockhornias*, Stockhornus Mons altissimus in Bernensium Helvetiorum agro, versibus heroicis describitur. *Tiguri, apud Andr. Gesnerum & Jacobum fratres*, 1555. in 4. plag. 12½.

Scriptum longe rarissimum, in Auctione Riviniana p. 600. pro 6½. taler. divenditum, cuique Cl. Bunemannus in *Catalogo* suo *Librorum rarior.* p. 101. pretium 5. taler. adsignat. Extat Gesneri *Comment. de Lunariis*, cum Thom. Bartholini *de Luce hominum & brutorum Libris III. Hafniæ* 1663. 8. iterumque 1669. in 8. sed omissis cæteris, quæ huic Commentationi adhærent.

- - - - - Mithridates, sive de Differentiis Linguarum, quæ hodie apud diversas Nationes in toto Orbe terrarum in usu sunt, Observationes, cum Commentario Casp. Waseri. *Tiguri* 1610. 8.

Libellus exiguus, sed valde rarus & inventu perdifficilis. Prodierat jam ante *Tiguri typis Froschaueri* 1555. in 8. plag. 10. cum Tabula, quæ Orationem Dominicam in plurimis linguis scriptam proponit.

Pietro GIANNONE dell' Istorie civile de Regno di Napoli, Tomi IV. *Neapoli, apud Nicol. Nasum*, 1723. in 4.

Liber perrarus subiectus censuræ Aulæ Romanæ ab eaque ad ignem condemnatus. Vid. *Biblioth.* Menckeniana p. 576. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* An. 1724. pag. 611. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1401. Fata autem acerbiora Autoris, qui candore suo, veritatisque ac libertatis amore vehementissimum Cleri Curiæque Romani odium sibi conciliavit, enarrant *Nova Literaria Gottingensia* A. 1742. p. 627. 628. Tomus I. hujus Libri recensetur in *Act. Erudit. Suppl.* T. IX. p. 194. Gallica Historiæ Giannonianæ Versio prodiit *Hagæ Comitum*, uti in titulo legitur, revera *Genevæ* 1742. in 4. Voll. IV. De Eusebii Philopatri *Animadversionibus* in Giannonii Historiam infra plura dicemus.

GIARRENTIR.

Sub hoc titulo extare & editam *Romæ* esse a Clemente Galano, Clerico Regulari, *Historiam Armenorum*, docet Athanasius Kircherus in *China illustrata* p. 92. At vero maxime rarum, & fere nullibi obvium esse hunc Librum *Giarrentir*, patet ex doctissima *Præfatione* præmissa Galani *Historiæ Armenæ*, *Colon.* 1686. in 8. editæ, ex qua sequentia dabimus: "Quam maxime desideraveramus *Librum* "*Narrationum*, quem *Giarrentir* in suo idiomate vocant "Armeni, antiquissimum & immensum Volumen, ut a Ga- "lano vocatur. Ex eo quippe licuisset aliqua adhuc amplius "& dilucidius illustrare, & explanare, quæ in Historico, "nostro Libello traduntur. Opus hoc sæpe laudat lauda- "tus Galanus, lucique illud ipsum Romæ datum esse, do- "cuit nos Germaniæ suæ in Italia Decus, P. Kircherus. "Hujusce igitur Libri gratia semel iterumque literas scripsi- "mus ad Amicos in Italia; sed negarunt illi, *Giarrentir* "Armenum vel in ipsa urbe uspiam esse parabilem, adeo- "que paucis admodum visum ac notum Librum.,,

Girolamo GIGLI, *Sanese*, Vocabulario di santa Caterina, e della Lingua Sanese. in 4.

Liber Satyricus; sed prohibitus, & flammis traditus, antequam in Typographia absolutus esset. De quo Haym in *Notizia de' libri rari nella Lingua Italiana* pag. 236. hæc habet: "Satira multo mordace, onde fu prohibito a Roma "ad instanza della corta di Firenze; Vedasi il *Giornale de'* "*Letterati d'Italia* Tomo XXIX. p. 410. che fu il raconto "dell'

" dell'accidente, e Prohibizione di queſto Libro, che fu " 21. di Agoſti 1717. È notiſi che non fu ſtampato che " ſeno alla pagine 312. „ Conf. *Biblioth. Italique* T. VII. p. 144. ſqq. *Merckwürdigk. Biblioth. Dresd.* T. II. p. 69. ſqq.

GIORNALE de' Letterati in Roma.

Diarium iſtud ab anno 1668. ad ultimum usque menſem anni 1681. *Romæ apud Nic. Angel. Tinaſſum* in 4. prodiit. Anni quatuor 1675. 76. 77. & 78. Auctorem habuerunt Franc. Nazarum; reliqui ab alio quocunque publicati ſunt. Qui viderint hoc Opus, forte pauci ſunt Lectorum; nunc enim in rariſſimis habetur, etſi dignum omnino, quod plurium verſetur manibus. Plura dabunt *Miſcell. Lipſienſ. Nova* T. I. p. 708. ſq.

Lud. Petri GIOVANNI Germania Princeps. edit. 2. 1711. in 8.

" Dieſes Buch, welches nur ein Octav - Band von vier- " tehalb Alphabet ſtarck iſt, hat ſich dermaſſen rar gemacht, " daſs man es heute zu Tage gerne für 5. und mehr Thal. " bezahlet, wofern es nur annoch irgendswo kan aufge- " trieben werden. „ Hæc D. H. von Finſterwalde in *Præfat.* ad L. P. GIOVANNI *erläuterte Germania Princeps*, cujus Tom. I. anno 1744. in 4. prodiit.

Franc. GLISSONII, *Med. Doct. & Profeſſ. Cantabrigienſis*, Tractatus de Natura Subſtantiæ Energetica, ſeu de Vita Naturæ, ejus tribus primis facultatibus, I. Perceptiva, II. Appetitiva, & III. Motiva, Naturalibus, &c. *Lond. apud H. Brome, & N. Hooke*, 1672. in 4.

Librum hunc plurimis paradoxis opinionibus ſcatentem rariſſimum eſſe, indicat *Bibliothecæ* Uffenbach. Tomus IV. pag. 176. Cætera *Franc.* GLISSONII Scripta, nimirum *Anatomia Hepatis; Tractatus de Rachitide, ſeu morbo puerili Rikets dicto; Tractatus de Ventriculo & Inteſtinis*, repetitis vicibus fuerunt excuſa, hincque ſatis etiam ubique nota.

Jac. GOAR, *Parisini Ordinis Prædicatorum*, Euchologium sive Rituale Græcorum complectens Ritus & Ordines divinæ Liturgiæ, Officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, Funerum, Orationum, &c. cuilibet personæ, statui, vel tempori congruos, juxta usum Orientalis Ecclesiæ; cum selectis MStis & editis Exemplaribus collatum; interpretatione latina, nec non mixto-barbararum vocum brevi Glossario, æneis Figuris, & Observationibus illustratum. *Paris. sumtibus Simeonis Piget*, 1647. fol.

Liber in ipsa Gallia ob paucitatem Exemplarium impressorum dudum rarus. "Il y a deja plusieurs années "que *l'Euchologe* du P. GOAR, dont l'imprimeur avoit "tiré un bien plus petit nombre d'Exemplaires, qu'on "n'en avoit tiré de l'Archieraticon du P. Habert, est "devenu assez rare. Il seroit peut être à propos qu'on "donnat une seconde edition de cet Euchologe, qui est "fort recherché depuis plusieurs années, même par les "Protestans." Hæc Rich. Simon *dans la Biblioth. Choisi.* T. II. p. 2. Ante paucos annos quidem est *Venetiis in Typographia Bartholomæ Javarinæ* 1730. Verum ex locis dissitis Exemplaria rarissime transportari ad nostras oras solent.

Justini GOBLERI Chronica der Kriege Maximiliani I. gegen die Venediger und Frantzosen An. 1508. geführet. *Franckfurt* 1566. in fol.

Continet hoc Scriptum actiones bellicas Ernesti Ducis Brunsvicensis, & Casimiri Marchionis Brandenburgensis, aliasque singulares narrationes, Acta publica, & literas Principum refert. Rarissimum autem esse, & in pauciss imorum manibus, una cum experientia testatur *Biblioth. Historica* Struvio-Buderiana p. 937.

Melch.

Melch. GOLDASTI Scriptores aliquot veteres Rerum Svevicarum. *Francof.* 1605. in 4.

Liber inter Scripta Goldasti olim rariſſimus, teſte *Bibliotheca Menckeniana* p. 439. & *Biblioth. Haſcæana* pag. 366. Jam recuſus *Ulmæ, impenſis D. Bartholomæi*, 1727. fol.

Melch. GOLDASTI Commentarius de Regni Bohemiæ incorporatarumque Provinciarum Juribus ac Privilegiis, nec non hereditaria Succeſſione Regiæ Bohemorum Familiæ, Libri VI. cum Annotationibus Stranſkii, Balbini, aliorumque: cura atque ſtudio Jo. Hermanni Schminckii, qui Notas & locupletiſſimum Indicem adjecit. Tomi II. *Francof. ad Mœn. impenſ. Dominici a Sande*, 1719. fol. 10. Alph.

Goldaſtianum hoc Opus antehac *Francof. apud Jo. Jac. Porſium* 1627. in 4. maj. editum, at rariſſimum, prelo iterum ſubjecit & Notis ſubinde ac quorundam Diſſertationibus auxit Cl. Schminckius; ſed major pars hujus editionis in incendio Francofurtenſi igne periit, teſte *Catalogo Bibliothecarum G.* van Heukelom & Jac. Akersloot, P. I. p. 165.

Melch. GOLDASTI, *Haiminsfeldii*, Politica Imperialia, ſive Diſcurſus Politici, Acta publica & Tractatus generales de Imperatoris & Regis Romanorum, Pontificis Romani, Electorum, Principum & communium Sacri Romano-Germani Imperii Ordinum Juribus, Privilegiis, Regalibus, Dignitatibus, Præeminentiis, aliisque rebus generalibus ad Statum publicum ſacri Imperii pertinentibus, tam religioſis quam profanis &c. *Francof. ex offic. Typogr. Jo. Bringeri*, 1614. in fol. pp. 1384.

Inter Collectiones Goldaſtianas hanc & raritate & præſtantia commendabilem eſſe, ex *Biblioth. Bremenſ.* Claſſ. IIX. p. 182. obſervat Cl. Schelhornius T. V. p. 274.

Melch. GOLDASTI Senior, sive de Majoratu Libri III. in quibus Prærogativa Principis Senioris in Familiis Regiis, Electoralibus & Illustribus demonstratur; cum Tractatu de Jure Repræsentationis in Primogenitura Imperii Germanici. *Francof.* 1615. in 4.

Melch. GOLDASTI Digesta Regia de S. Eucharistia, sive Constitutiones Imperiales de Corporis & Sanguinis Christi Sacramento. *Francof.* 1616. in 4.

Melch. Haiminsfeldii GOLDASTI Imperialia Decreta de Cultu Imaginum in utroque Imperio tam Orientis quam Occidentis promulgata; nunc primum collecta, recensita, & Notis illustrata. *Francof. typis Matth. Beckeri*, 1608. in 8. pp. 778.

Liber eximiæ raritatis. Lege C. A. Heumanni *Præfat. ad Caroli M. de Imagin. Cultu edit. Hannoveranam* p. 27.

Melch. GOLDASTI Apologiæ Principum. vid. APOLOGIÆ.

Louis GOLLUT Memoires historiques de la Republique Sequanoise & de Princes de la Franche Comte, de Bourgogne; avec une Sommaire de l'Histoire des Catholiques Rois de Castille & Portugal, de la Maison des dits Princes de Bourgogne. *Dole* 1592. fol.

Liber admodum rarus vocatur in *Biblioth. Anonym.* I. pag. 134.

Eman. GONZALERII Liber in singulos Textus quinque Libror. Decretalium Gregorii X. *Lugdun.* 1693.

Notitiam rarissimi hujus, sed ineptissimi Libri, dedicati *Deiparæ Virginis Imagini*, habes in Cl. Maichelii *Lucubrationibus*

tionibus Lambethanis p. 123. & D. Gerdes *Florileg. Libror. rar.* p. 48. sq.

Abrah. GORLÆI Thesaurus Numismatum Romanorum; sive Nummi aurei, argentei, ærei ad Familias Romanas spectantes usque ad obitum Augusti. *Delft* 1609. in fol.

Quædam Exemplaria præferunt in titulo *Lugd. Batav.* 1608. vel 1609. Nominatur hic Liber in *Catal. Biblioth.* Eggelingianæ p. 19. rarissimus, ibidemque divenditus fuit pretio XI. taleror. & supra.

Adami GOSLAVII *a Bebelno* Scripta.

Magnum Goslavii nomen est inter Socinianos, quorum deliramenta binis Scriptis defendere ausus est: alterum Keckermanno, alterum Jacobo Martini opposuit. Titulus prioris est: *Refutatio eorum, quæ Bartholomæus Keckermannus in L. I. Systematis sui Theologici disputat adversus eos, qui solum Patrem Domini nostri Jesu Christi esse illum Deum Israëlis; Filium vero Dei neminem alium, præter & ante eum, qui ex Maria virgine est natus, confitentur, tribus partibus distincta. Racovii, typis Jo. Sternacii,* 1613. in 8. pp. 38. Posterius tam rarum est, ut non solum ipse Lubienicius in *Histor. Reformat. Polon.* pag. 274. illud incuria amici periisse scribat, sed Zeltnerus etiam in *Histor. Crypto-Socinism.* pag. 230. existentiam ejus in dubium vocare videatur. En titulum Operis, quod una cum priori possideo: *Disputatio de Persona, in qua Jacobo Martini, Professori Witembergensi, ea in L. II. de tribus Elohim refellere enitenti, quæ ab Auctore contra Bartholom. Keckermannum, parte tertia, disputata sunt: tum de ratione Personæ in genere sumtæ, tum de distinctione Divinæ Personæ a Justino, ut vulgo creditur, tradita, respondetur. Racoviæ, typis Sebast. Sternacii,* 1620. in 8. pp. 116.

Antoine DE GOUVEA Jornada do Arcebispo de Goa. *à Conimbre* 1606.

"Ce Livre, „ scribit Mr. de la Croze *dans les Remarques sur l'Histoire du Christianisme des Indes, à Halle* 1737. p. 2. " est fort rare. " Le Pere Brun T. III. de son *Explication des Ceremonies de la Messe* p. 451. N'en a pu "trou-

"trouver à Paris que deux Exemplaires, l'un desquels "n'eſt pas même complet. J'ai fait acheté le mien à Lis- "bone, & je le conſerve comme un des plus curieux orne- "mens de ma petite Bibliotheque. On a en fort mauvais "françois une traduction imparfaite de cet ouvrage par un "Moine Auguſtin Flamand, imprimée *à Bruxelles* l'an 1609. "Mais outre que cette traduction eſt incomplete, la Litur- "gie dont ſe ſervoient les Malabares, ne ſ'y trouvant "point. „

The naked GOSPEL, diſcovering: 1. what was the Goſpel, which our Lord and his Apoſtles preache; 2. what additions and alterations latter ages have made in it; 3. what Advantages and Damages have thereupon enfuld. Now firſt publiſhed by Arthur Bury. *London, Nathan Ranew*, 1691. 4. plag. 8.

Liber ſumme impius, manu carnificis publice combuſtus, ipſaque in Anglia rariſſimus, cujus Autor eſt Arthurius Bury. Prodiiſſe latine ſub titulo: *Latitudinarius Orthoxus*; docet Cl. Stolle in *Nachrichten von ſeiner Biblioth.* P. XIII. p. 384. vid. infra LATITVDINARIVS. Plura dabunt *Bibliothec. Uffenbach.* T. I. p. 763. Jo. Fechtii *Diſp. de Maſſa præſervata* p. 8. *Biblioth. Univerſ.* T. XIX. p. 391. Aug. Bayeri *Memoriæ Librorum rarior.* p. 69. Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* pag. 222. ſqq. *La Religion du Latitudinaire avec l'Apologie par* P. Jurieu, p. 402. ſqq.

Gaugis DE GOZZE *de Peſaro* la diſcolpa di Epicuro Filoſofo Atenienſe. *Romæ* 1640. in 4. 8. plag.

Scriptor pauciſſimis cognitus, ac poſt Franciſcum de Quevedo, qui A. 1635. *Apologiam pro Epicuro* Hiſpanice edidit, primus eorum, qui ex recentioribus Epicurum peculiari Libello defendendum ſuſceperunt. Accurate & copioſe hic Liber recenſetur a Rudolpho Ant. Fabricio in *triga Obſervationum Litterariarum in Itineribus ſuis factarum* p. 8. ſqq. & in *Theſauro Bibliothecali* T. II. p. 9.

Jo.

Jo. Erneſti GRABII Diſſertatio de variis vitiis LXX. Interpretum Verſioni ante B. Origenis ævum illatis, & remediis ab ipſo in Hexaplari ejusdem Verſionis editione adhibitis. *Oxonii* 1710. 4. pp. 124.

Hæc Diſſertatio tanta ſe raritate commendat, ut vix unum Exemplar in Anglia nanciſci potuerit Magnus Cruſius; quin & ipſe doctiſſ. D. Franciſcus Lee, Oxonii Vitam agens, cum in concinnanda Præfatione, ſecundo, eique poſthumo Tomo, editionis Alexandrinæ LXX. Interpretum, poſt obitum Grabii, præfixæ occuparetur, faſſus fuerit, ſibi non licuiſſe, hanc, de qua nunc agimus, Diſſertationem Grabianam oculis ſuis uſurpare. Vid. Magni Cruſii *Diſſertat. Epiſtolicam ad Rev. Wormium* p. 7. Recenſionem Diſſertationis Grabianæ lege in *Actis Erudit.* 1713. p. 151. itemque in *Actis Erudit. Germ.* T. I. p. 95. ſqq. 694

Veteſtiores GRAMMATICI Latini duodecim ab Jodoco Theodoro Bellovaco in unum Corpus collecti. *Pariſiis* A. 1516. in fol. *ex offic. Aſcenſiana.*

Ob raritatis pretium merito magni æſtimantur a Groſchufio *de Libris rarior.* p. 21. Recenſentur a Mich. Maittaire in *Annal. Typograph.* T. II. p. 294.

GRAMMATICÆ Latinæ Auctores antiqui, quorum aliquot nunquam antehac editi, reliqui ex MStis Codicibus ita augentur & emendantur, ut nunc primum prodire videantur, opera & ſtudio Heliæ Putſchii. *Hanoviæ, typis Wechelian.* 1605. in 4.

„ Dieſes Buch iſt durch ausländiſche Abnehmer ſo rar „ und ſeltſam worden, daſs ſolches für kein Geld zu haben, „ und in den vollſtändigſten Auctionen auch gar ſelten „ vorkommt. „ Hæc Ill. de Ludewig in *Gelehrten Anzeigen* T. II. p. 737. In Auctione Bibliothecæ Gundlingianæ divenditus eſt pro 5. tal. 4. groſſ.

Jo.

Jo. GRAMMATICI Commentarius in Libros Græcos Aristotelis posteriores Analyticorum, ex Aldi Manutii recensione. *Venet.* 1504. fol.

Admodum rarus vocatur a Christiano Junckero in *Commentat. de Bibliotheca Isenacensi* p. 61.

Gabr. Barth. GRAMONDI Historiarum Galliæ ab Excessu Henrici IV. Libri XIIX. quibus rerum per Gallos tota Europa gestarum accurata narratio continetur. *Tolosæ* 1643. fol.

Editio haec admodum rarissima vocatur in *Biblioth. Anonym.* I. pag. 129. & alibi. Causam raritatis nullam aliam arbitror esse, quam suppressionem. v. *Act. Erudit. Supplem.* T. IIX. p. 365. Prodiit postea editione satis nitida *Amstelod.* 1653. in 8. itemque *Moguntiæ apud Christoph. Kuchlerum*, 1673. in 8.

Gabr. Barth. GRAMONDI Historia prostratæ a Ludovico XIII. Sectariorum in Gallia Religionis. *Tolosæ* 1623. in 4.

Admodum difficulter reperiri hunc Librum observat *Catalogus Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 294. & *Thesaurus Bibliothec.* T. III. p. 186.

Francisci Mariæ GRAPALDI Lexicon de partibus ædium. *Parmæ* 1506. in 4. *Argentor.* 1508. in 4. *Basil.* 1533. in 4. *Dordr.* 1618. in 8.

Liber valde rarus nominatur a Cl. Junckero *l. c.* pag. 71. itemque in *Biblioth.* Schalbruch. II. p. 122.

Jac. GRETSERI *S. J. Theologi*, Syntagma de S. R. I. sacro-sanctis Reliquiis & regalibus Monumentis, præsertim de quadruplici Lancea Dominica, Mauritiana, Constantiniana, Carolina. *Ingolstad.* 1618. in 4.

Libellus rarissimus quinque & quod excurrit Joachimicis ab amico redemtus. Jo. Petrus de Ludewig in *Noriberga Insignium Imper. tutelari* p. 8. scribit: "Ut omnia GRETSERI

„SERI Opera rara sunt, ita hoc imprimis paratu est difficillimum; quapropter non miror, illos, qui de Insignibus S. R. I. ex instituto scripserunt, hoc tamen non vidisse„. Legitur nunc in *Sylloge Monumentorum* Dissertationi citatæ adjecta a p. 59-111.

Jac. GRETSERI Epistolæ Pontificum, vid. EPISTOLÆ.

GREUEL der vornehmsten Haupt-Ketzer, v. Apocalypsis HÆRESIARCHARVM.

Magistri GRILLI Liber ita inscriptus: Opus novum, jucundum, & risui movendo aptum, Hexastichis constans, elegantibus item ornatum figuris, *auctore Colono quodam rustico* GRILLI *nomine, qui Medicum adfectabat. Ticini.* Recusum *Augustinæ Taurinorum* 1611. in 8.

Liber rarus & magnæ existimationis, recensetur in *Bibliotheca* Aprosiana p. 157. sqq. Figuræ, quibus ornatum est hoc Opus, pictæ sunt a Petro Paulo Rubens, Guid. Reno, Titiano, Paulo Veronensi, &c. æri vero incisæ a Frederico Greutero, Theod. Gallæo, C. Bloemart, & aliis.

Hug. Grotii Annales & Historiæ des Troubles des Paisbas. *Amstelod.* 1662. fol.

Editio hæc admodum rara est in Hollandia, ut testatur *Catalogus Bibliothecarum* G. van Heukelom & J. Akersloot I. p. 123. Scripsit Grotius hunc Librum lingua latina. vid. Adr. Pars *Index Batavicus* p. 285. sq. qui gallicam hanc Versionem maximis Elogiis ornat.

Hug. GROTII Syntagma Arateorum, græce & latine, cum Notis. *Antverp. ex offic. Plantin.* 1604. in 4. cum fig.

Liber perrarus. Vid. *Catal. Biblioth.* Mencken. p. 130.

Hug. GROTII Historiæ Gothorum, Vandalorum & Longobardorum Scriptores. *Amstelod.* 1655. in 8.

Collectio

Collectio hæc Historicorum admodum rara hodiè & infrequens recensetur in *Catal. Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 199. Conf. *Biblioth. Historic.* Struvio-Buderiana p. 161.

Oporini GRVBINII Amphotides Scioppianæ sive Responsio ad Satyram Menippæam Josephi Burdonis Pseudo-Scaligeri, pro vita & moribus Casp. Scioppii; item Responsio ad Confutationem Fabulæ Burdoniæ. Accessi. Denunciatio & Mantissa Amphotidum, cum tribus capellis. *Paris.* 1611. in 8.

Libellus admodum rarus, ipsum Scioppium, ut arbitramur, Autorem habens.

GRVMBACHIANORVM Motuum Acta, separatim annis 1566. & 1567. in 4. impressa.

Rarissima sunt, parum obvia, & a Curiosis studiosè adservantur. Eorundem Collectionem *Zacharias Prüschenckius*, Gener *Frid. Hortlederi*, in Supplementum & Continuationem Operis Hortlederiani quondam moliebatur. At vero cœpta hæc Continuatio jussu publico inhibita, & quæ jam prelo exierant, suppressa fuere. Hinc Opuscula huc pertinentia multo, quam antea jam erant, rariora sunt facta. Pertinent autem huc imprimis sequentia, quæ ad manus sunt: *Copeyen derer Schrifften, so zwischen dem Chur-Fürsten, und Hertzogen Johans Friedrichen dem Mittlern zu Sachsen, &c. Graf Günthers zu Schwarzburgs, und Wilhelm* von Grumbachs, *auch folgends zweyer zu Dresden gerechtfertigten Uebelthäter, und derer von ihnen erzwungenen vermeinten Urgichten halben, ergangen.* Anno 1566. in 4. plag. 26. *Copey der Antwort, so Hertzog Johans Friedrich zu Sachsen der Mittlere &c. des Reichs abgesandten Botschaften, auf ihr Anbringen und Werbung, Wilhelm* von Grumbachs, *Ernst von Mandelsloh, und Wilhelmen von Steins halben, gegeben.* A. 1566. in 4. plag. 15. *Nothwendige wahrhaftige Verantwortung, beständige Ablehnung und Widerlegung der ungegründeten Bezichtigung und Auflagen, damit der Durchlauchtigste Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr Augustus, Hertzog zu Sachsen, Chur-Fürst &c. und Burggraf*

zu

zu Magdeburgk, von Hertzog Johans Friedrichen von Sachsen, als der erklerten Echter Wilhelmen von Grumbachs, *und seiner Anhänger, auch offentlicher Land-Friedbrecher und Straßenräuber Receptatorn und Schützern, in der Antwort, welche er den 12. Tag Julii nechstvorschienen, des Reichs Gesandten aufm Schloß Grimmenstein zu Gotha gegeben, auch in den Schriften, die er an etliche fürnehme Chur- und Fürsten gethan, und hernach durch den Druck hin und wieder ausgesprenget, zu der Römischen Key. Mayt. auch seiner Chur-Fürst. G. höchsten Verachtung, und Verunglimpfung ohn allen Grund und Wahrheit, unvorschuldeter Sachen beschweret, und verleumdet worden; nebst den Copien, welche in des Chur-Fürsten zu Sachsen Antwort und Widerlegunge angezogen.* Gedruckt 1567. in 4. plag. 26. *Auf- und Abforderunge des Schlosses Grimmenstein, und Stadt Gotha, samt allen Lehen-Leuten, Unterthanen und Einwohnern, so itziger Zeit sich darinnen enthalten. Von wegen der Römischen Key. Mayt. und des Chur-Fürsten, Hertzogen Augusten zu Sachsen. Geschehen den 25. Januarii. Sampt Hertzog Hans Wilhelmen zu Sachsen &c. Abforderung obbemeltes Schloß und Stadt.* A. 1567. plag. 1. Conf. Cl. Jo. Dav. Kœlers *Historische Müntz-Belustigung*, Tom. XII. p. 153. sqq.

Philippi GVADAGNOLI, *Malleanensis, Clericorum Regul. Minorum S. Theologiæ & Arab. Linguæ Professoris,* Apologia pro Christiana Religione, qua respondetur ad Objectiones Ahmed filii Zin Alabedin, Persæ, contentas in Libro inscripto: Politor Speculi. *Romæ, typis Sac. Congregat. de propag. Fide*, 1631. in 4. pagg. 607.

Liber hic inter rariores primi ordinis referendus in IV. Tractatus dispertitus est. Tractatus I. de Sacrarum Scripturarum veritate & sinceritate agit; II. de Alcorano ejusque Autore Mohammede; III. de S. S. Trinitatis Mysterio; IV. de Christi Divinitate. De Autore legatur Petr. Bayle in *Dictionario*, & Pauli Colomesii *Italia Orientalis* p. 188.

Galeazzi

Galeazzi GVALDI Historia di Leopoldo Cesare, III. Tomi. *Vienna* 1670-1674. fol.

Liber admodum rarus. vid. *Biblioth.* Mencken. p. 355. Quia nimirum Autor multa exposuit & propalavit, quæ reticenda erant, & aulæ minus placuerunt; hinc pleraque Exemplaria castrata sunt. Specimina sat multa exhibet Jo. Georg. Keyslerus in *neueſten Reiſen* T. II. p. 959-980.

- - - - - Historia delle Guerre di Ferdinando II. & Ferdinando III. dell' anno 1630. fin all' anno 1636. *Venet.* 1646. 4.

Librum hunc inter rariſſimos ob paucitatem Exemplarium impreſſorum collocat illuſtris Jo. Pet. a Ludewig apud Wendlerum §. 1. Nolo equidem raritatem Libri penitus in dubium vocare; illud tamen monendum existimo, iteratas hujus Libri extare editiones, quas ex Jac. le Long *Biblioth. Historic. Galliæ* p. 923. n. 9051. cum pleniori titulo recenſere lubet: *Historia delle Guerre di Ferdinando II. & III. Imperatori & Re Filippo IV. di Spagna, contra Goſtavo Re di Suetia, e Liugi Re di Francia, Libri XVI. ſucceſſe dall' anno 1630. ſine all' an. 1640. del Conte Galeazzo* GVALDO, *Priorato. In Bologna, apud Montium*, 1641. fol. *in Geneva* 1643. in 4. & 8. *in Venetia* 1644. 8. His a Jac. le Long memoratis editionibus addo aliam, quæ mihi ad manus est: *Historia Univerſale del Conte Galeazzo* GVALDO, *Priorato, delle Guerre ſucceſſe nell' Europa dall' anno 1630. ſine all' anno 1640. Stampata in Geneva, appreſſo la copia di Venezia, preſſo Giacomo Chouetto*, 1642. in 8.

Jacobi GVALLÆ, *Patricii Ticinenſis*, Historiæ ſuæ patriæ, ſanctuarii Papiæ appellatæ, Libri VI. in quibus de ſanctorum tum Papiæ Episcoporum, tum aliorum, quorum corpora ibi quieſcunt, ac de Regum Longobardorum geſtis itemque de Ticini urbis origine & antiquitate tractatur; una cum ſanctarum Reliquiarum, quæ in ejusdem urbis æde majori aſſervantur, Nomenclatura. *Papiæ* 1587. in 4.

Liber

Liber perrarus, quem Hieron. Bartolus in Epistola dedicatoria ad Casparem Rubeum, Ticini Quæstorem, dignis laudibus evehit, tum propter rerum utilitatem, tum propter styli jucunditatem. Citatur quidem hic GVALLÆ Liber a Casp. Sagittario in *Introduct. ad Histor. Eccles* pag. 539. itemque a Lipenio in *Biblioth. Philosoph.* qui tamen ambo hic corrigendi sunt.

Jo. Bapt. GVARINVS Apologiam pro Epicuro confecit, cujus Liber est rarissimus, & novam meretur editionem. Hæc Lud. Mart. Kahlius in *Biblioth. Philosoph.* Struviana T. I. p. 235.

Christian GVEINTZEN Deutscher Sprach-Lehre Entwurf. *Gedruckt zu Cöthen im Fürstenthum Anhalt*, 1641. in 8.

Recensetur in Theoph. Sinceri *Biblioth. Historico-Critic. Librorum rarior.* p. 213. sqq.

La GUERRE des Suisses, v. *Julius* CÆSAR.

Nicolai GVIBERTI, *Lotharingi, Doct. Med.* Assertio de Murrhinis, sive de iis, quæ Murrhino nomine exprimuntur; adversus quosdam de iis minus recte differentes. *Francof. apud hæredes Andr. Wechelii*, 1597. in 8. pp. 91.

Libellus extremæ raritatis, cujus satis copiosam habes notitiam in Cl. Jo. Frid. Christii *Dissertat. de Murrhinis Veterum* p. 23. & 51. sqq.

Francesco GVICCIARDINI Istoria d' Italia. *In Firenze, per Lorenzo Tarrentino*, 1561. in fol. & 8.

Editio hæc Italica optima est, non castrata, & rarior sequentibus *Venetianis* 1563. in 4. 1568. in 4. 1574. in 4. itemque *Genevensi* 1636. in 4. & 8. Vid. Haym *Notizia de' Libri rari* p. 36. sq. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 432. De Castratione Historiæ Guicciardianæ legatur Cl. Heumannus in *Conspectu Histor. Litterar.* Cap. VI. §. 21.

Etienne GVICHARD Harmonie Etymologique des Langues, en laquelle par plusieurs Antiquitez & Etymologies de toute sorte se demonstre evidemment, que toutes les Langues sont descendues de l'Hebraique. *à Paris, chez Guillaume le Noir*, 1610. in 8. pp. 985.

Liber infrequens, incognitus, rarus. Meminit quidem ejusdem Jo. Christ. Wolfius T. II. *Biblioth. Hebr.* p. 635. sed ita meminit, ut fere credas, ipsum GVICHARDI Librum non habuisse.

Samuel GVICHENON, *Historiographe du Roy*, Histoire de Bresse & de Bugay, Gex & Valromey, contenant ce qui s' est passé des memorable sous les Romains, Rois de Bourgogne, & d' Arles, Empereurs, Sires de Baugé, Comtes, & Ducs des Savoye, & Rois tres-chrêtiens jusqu' à l' echange du Marquisat de Saluces. *à Lyon, chez Huguetan*, 1650. fol.

Liber ex rarissimis. v. *Essais de Litterature* T. I. p. 137. Recensetur in Jo. Hübneri *Biblioth. Geneal.* p. 146. Compendium majoris hujus Operis prodiit sub titulo: *Histoire de Bresse par Germain Guichenon, Religieux Augustin. à Lyon* 1709. in 8.

Sam. GVICHENONII Episcoporum Bellicensium Chronologica Series. Acc. Catalogus Priorum Charitatis ad Ligerim; item Prioratuum, & aliarum Ecclesiarum ex eo dependentium. *Parisiis, apud du Puis*, 1642. in 4.

Sam. GVICHENON Histoire Genealogique de la Royale Maison de Savoye. *à Lyon* 1660. in fol. III. Voll.

Liber ex rarissimis. v. *Biblioth.* Mencken. p. 581. Causas raritatis indicat Jo. Hübnerus j. in *Biblioth. Genealog.* p. 301. asseritque, perexiguum saltem numerum fuisse impressum.

preſſum. Conf. Chriſt. Godofr. Hofmanni *Diſſertat. de Vita & Scriptis Sam.* GUICHENONII *in nova Scriptorum ac Monumentorum rariſſ. Collect.* Tom. I. p. 5. ſqq. qui ibidem GUICHENONII *Bibliothecam Sebuſianam* Librum antehac rariſſimum recuſum dedit. Add. J. C. Gœtzen *Merkwürdigk. der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 248. *Biblioth. Hiſtorica* Struvio-Buderiana p. 1425.

GVIGONIS Statuta Ordinis Carthuſienſis. v. CARTHVSIENSIS Ordinis Inſtituta.

Melch. GVILANDINI Papyrus, h. e. Commentarius in tria C. Plinii de Papyro capita. Acceſſit *Hieron. Mercurialis* repugnantia, qua pro Galeno ſtrenue pugnatur. Item *Melch.* GVILANDINI Aſſertio Sententiæ in Galenum a ſe pronunciatæ. *Venetiis, ap. Marcum Antonium Ulmum*, 1572. in 4. pp. 294.

Libris rarioribus, qui perdifficiles ſunt inventu, merito adnumeratur ab illuſtri Scipione Maffei in *Hiſtoria Diplom. Mantuæ* 1727. in 4. edita, in qua operoſe hunc Librum contra Joſephi Scaligeri Animadverſiones vindicat. Conf. *Acta Erudit.* 1727. p. 534. Præter hoc de Papyro ad manus ſunt alia GVILANDINI Scripta itidem rariſſima, nimirum: *De Stirpibus aliquot Epiſtolæ V. Melch.* GVILANDINI *Boruſſi R. IIII. Conradi Geſneri Tigurini I. Acced. ejusdem* GVILANDINI *ad Illuſtrem Comitem Nicolaum a Salmo &c. Manucodiattæ, hoc eſt, Aviculæ Dei Deſcriptio; adjecta eſt Andreæ Patricii ad Gabrielem Falloppium Præfatio. Patavii, apud Gratioſum Perchacinum*, 1558. in 4. Itemque: *Melch.* GVILANDINI *Boruſſi R. Apologiæ adverſus Petr. Andream Matthæolum, Liber primus, qui inſcribitur Theon. Patavii, ap. Gratioſum Perchacinum*, 1558. in 4.

Franciſci GVILLIMANNI, *Conſiliarii & Hiſtoriographi Cæſarei & Auſtriaci*, de vera origine & ſtemmate Conradi II. Imper. Salici,

Syntagma. Ad Frider. Altſtetterum, S. Cæſ. Majeſt. & Sereniſſ. Archiducis Maximiliani II. Conſiliarium intimum, & ampliſſimum Aulæ Cancellarium. *Cum S. Cæſ. Majeſt. Privilegio perpetuo. Friburgi Brisgoæ, ap. Jo. Straſſerum,* 1609. in 4.

Liber tantæ raritatis, ut plurimis etiam magnis in Republica Litteraria Viris non niſi nomine noſceretur. Recuſum illum nuperrime dedit Cl. Henr. Chriſt. Senckenberg T. III. *Selector. Juris & Hiſtoriar.* p. 220. ſqq.

Franciſci GVILLIMANNI, *in Acad. Friburgenſi Hiſtoriæ Profeſſoris*, de Epiſcopis Argentinenſibus, Liber Commentarius. *Friburgi Brisgoæ, apud Langium,* 1608. in 4.

Liber rariſſimus, laudatur quidem a multis, plurimis tamen eſt inviſus. Vid. Jac. le Long *Biblioth. Hiſtor. Galliæ* n. 3598. Cl. Senckenberg *l. c.* in *Præfat.* p. 39. ſcribit, ſibi & viſum & lectum hunc Librum non usquequaque arridere.

GVIMVNDI, *Archiepiſcopi Averrani*, de veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia, III. inſignis eruditionis Libri. *Friburgi Brisgoæ* 1529. in 8.

Eximiæ raritatis editio. v. *Biblioth. Anonym.* P. III. p. 18. Ignorata Jo. Alb. Fabricio, cujus vide ſis *Bibliothecam mediæ & infim. Latinit.* T. III. p. 516. ſqq. ubi de Guitmundo, & de editionibus hujus Scripti, commentatur.

Aegid. GVTTMAN. v. OFFENBARVNG.

H.

Isaaci HABERTI Archieraticon, seu Liber Pontificalis Ecclesiæ Græcæ, ex MStis Euchologiis aliisque probatissimis Monumentis collectus, latina Interpretatione, Notis & Observationibus Antiquitatis Ecclesiasticæ plenissimis illustratus. *Paris.* 1643. fol.

Libri hujus hodie rarioris tatis accuratam notitiam habes in Rich. Sim. *Biblioth. Choisy.* T. II. Chap. I. p. 1. sq.

Jodoci HACKMANNI, *Stadensis, J. U. D. ac Reip. patriæ Præ-Consulis, Consiliarii Provincialis, & Archi-Dicasterii Regii, in Ducatibus Brem. & Verd. Assessoris*, Tractatus juridicus de Jure Aggerum, von Teichen und Dämmen und deren Gerechtigkeit: in quo inexplorata hactenus hæc Juris materia una cum suis Pertinentiis, ac in specie Claustris ac Emissariis (vulgo Schleusen und Sielen) excusse traditur, & ad usum fori exigitur. Cum Præfatione, Summariis, Serie Capitum, Rerumque & Verborum Indice. *Impensis Regiis. Stadæ, literis Casp. Holweinii*, 1690. in 4. Alph. 3. Adjecta est Mantissa Constitutionum Aggeralium, plag. 18.

Opus egregium, hincque laudibus ex merito condecoratum in *Act. Eruditor. Ann.* 1690. pag. 209. sqq. at maxime rarum, & non aliter nisi ex Auctionibus parabile, in quibus pretio IV. imperialium sæpius vendi, experientia nos docuit. Causa raritatis non est alia, quam quia Sumtibus Caroli XI. Svecorum Regis pro Dicasteriis atque Subselliis Regionum suarum Germanicarum, & imprimis Ducatuum Bremensis & Verdensis, fuerit excusum.

Theodori HACKSPANII Liber Nizachon Rabbi Lipmanni. *Norimb.* 1644. in 4.

Opus peſtilentiſſimum, a Nizachon illo veteri, a J. C. Wagenſeilio edito, multis nominibus diverſum, ſed valde rarum. Scilicet Judæi miſſo in ignem Hackſpanii labore, nudum textum, quaſi a ſe editum, ſibi ſervarunt; atque hinc arceſſenda ſine dubio cauſſa raritatis. Vid. *Biblioth.* Reimmann. p. 890.

Theod. HACKSPANII Fides & Leges Mohammedis, exhibitæ ex Alcorani MSto duplici, præmiſſis Inſtitutionibus Arabicis; cujus linguæ exercitio priora excerpta ſunt deſtinata, & in Opere ipſo ſubtexta. *Altorf. ſumtibus viduæ Scharfianæ*, 1664. in 4. 14. pl.

Hic Liber pridem fruſtra a Doctis quæritur, teſte Wendlero §. IIX.

Gualteri HADDONIS Lucubrationes paſſim collectæ & editæ. *Londini, apud Guliel. Sereſium*, 1567. in 4.

Longe ſunt rariſſimæ, variaque continent ad Hiſtoriam Reformationis Anglicanæ ſpectantia. Plura dabit S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 50. 51. 52. ſqq.

Adriani Cornelii HÆMSTEDII Gheſchiedeniſſe ende den Doodt der vroomen Martelaren, de om het Ghetuggheniſſe des Evangeliums haer Bloedt gheſtort hebben, van den Tyden Chriſti af tot den Jare 1559. toe, by een vergaderd up het kortſte. *A.* 1559. *d.* 18. *Martii.* in 4. pagg. 454.

Liber infrequens pauciſſimisque viſus, & primus eorum, qui Hiſtoriam Martyrum Belgico idiomate expoſuerunt. Recudi eundem elapſo ſeculo 1658. curavit Joan. Gyſius, Paſtor in Streefkerk, erroribus nonnullis liberatum, & 150. figuris æneis ornatum augmentatumque 60. Martyribus. Vid. Adrian. Pars in *Indice Batavico* pag. 245. ſq.

De

De Adrian. Cornel. HÆMSTEDIO vid. Prateolus in *Elencho Hæreticor.* tit. *Hæmstedii*, & Eilhard. Folcarth. Harkenroth in *Biblioth. Bremenſ.* Claſſ. V. p. 710. ſq.

Apocalypſis inſignium aliquot HÆRESIARCHARVM, qua viſiones & inſomnia ipſis per ſomnia patefacta, blaſphemias puto inauditas ac deliramenta Enthuſiaſtica, revelantur, unaque opera vitæ & mortes cœlo latino donantur. Superadditæ ſeptendecim eorum, qui inſigni ſupra reliquos temeritate ac audacia eminere viſi Iconibus æreis expreſſæ. Interprete H.S.F.D.M.D. *Lugd. Batav.* 1608. in 8.

Notitiam Libelli hujus rariſſimi debeo indicio Viri Reverendiſſimi Jo. Bernh. Haſſelii, cujus in Bibliotheca rarioribus Libris inſtructiſſima hic cum pluvimis aliis ejus generis extat. A quo Viro doctiſſimo, ut & ex ipſa Libri inſpectione, edoctus ſum, ab *Apocalypſi Hæreſiarcharum* non eſſe diverſum alium Libellum itidem infrequentiſſimum: *Greuel der vornehmſten Haupt-Ketzeren, ſowoll Wiedertæufer als auch anderer, welche viele Menſchen verführt und ums Leben gebracht haben, ſowoll aus ihren eigenen Schriften, als auch andern gläubwahren Hiſtorien-Schreibers, neulich ins Licht außgegeben, zu Warnungen aller frommen Chriſten; zugleich mit ihrer Abconterfaitung, ihrem Leben, Lehr, Anfang und Ende, kürtzlich und deutlich beſchrieben. Gedruckt zu Leyden durch Henrich van Hæſtens*, 1608. in 8. plag. 6. Continet hoc Scriptum Icones itidem ſeptendecim admodum affabre ſculptas, nimirum Thom. *Müntzeri*, Jo. *Matthiæ*, Jo. *von Leyden*, *Knipperdollingii*, Theod. *Sartoris*, Herm. *Sutoris*, Dav. *Joris*, Mich. *Serveti*, *Arrii*, *Mahomethi*, *Hubmayeri*, Jo. *Huth*, Lud. *Hetzeri*, Melch. *Hofmanni*, *Rinckii*, Ad. *Paſtorii*, Henr. *Nicolai*. Libellum hunc doctiſſ. Moshemio fuiſſe ignotum, patet ex illis, quæ de effigie Serveti differit in *Hiſtoria Serveti* p. 148. In *Biblioth. Antiqua* Struviana A. 1705. pag. 556. ſqq. idem hic Liber recenſetur titulum gerens: *Speculum Anabaptiſtici furoris, vivis quorundam Enthuſiaſtarum, qui ſupra reliquos inſigni*

temeritate, ac depudenda audacia eminere visi sunt, Iconibus variegatum, & historicis descriptionibus illustratum. Lugd. Batav. ex Typogr. Henr. ab Hostens. in 8. plag. 7. & fig. æn. 17.

HÆRETICI an sint persequendi & omnino quomodo sit cum eis agendum, multorum tum veterum tum recentiorum Sententiæ; cum Præfatione Martini Belli. *Magdeb.* 1554. in 8.

Opusculum rarum, ut sunt omnia de Hæreticis puniendis rariora, quod iterum edidit *Joach. Cluten Megapolitan. Argentor.* 1610. in 8. Theodorus Beza oppositit: *De Hæreticis a civili Magistratu puniendis adversus Belli farraginem & novorum Academic. Sectam Libellum. Oliva, Rob. Stephani*, 1554. 8. & Belgice, *Franeker, by Gillis van den Rade*, 1601. in 8.

De HÆRETICIS puniendis. v. CALVINVS, it. *Minus* CELSVS.

Matthiæ HAFENREFFERI Templum Ezechielis, sive in IX. postrema Prophetæ Capita Commentarius. *Tubing. typis Theod. Werlini*, 1613. in fol.

Rariorem esse hunc Librum, nec satis cognitum, indicat & probat Cl. D. Gœtze in *Merkwürdigk. Biblioth. Dresd.* T. I. p. 410. sqq.

Gregor. HALOANDRI Digestorum seu Pandectarum Libri quinquaginta &c. *Norimberg.* 1529. *typis Jo. Petreji.* in 4. III. Voll.

Suo jam tempore Jo. Saubertus hunc Librum rarioribus Bibliothecæ Norimbergensis Codicibus adnumeravit, cujus verba legere licet in Schelhornianis *Amœnitatt.* T. II. p. 428. Julio Pflugio consultore Gregor. HALOANDER Misnensis, Zwikavia oriundus, animum adpulit ad editionem Corporis Juris novam adornandam & emaculandam. Hinc in Italiam profectus emendavit Exemplar suum ad fidem lectionis Florentinæ notatæ aliis, ex Codicibus MStis & Schedis Budæi, Alciati, Bolognini & Politiani. Redux cum esset factus in

Germa-

Germaniam, nemo fuit, qui facere impensas vellet, quas demum erogavit Senatus Norimbergensis. Hinc Opus Senatui dicatum, & *Norimbergæ* 1529. *typis Jo. Petreji* editum fuit; ac altero anno *Codex Justinianæus ex Haloandri recensione*, hoc rubro: *Codicis Dn. Justiniani, sacratiss. Principis, ex repetita prælectione Libri XII. ex fide antiq. Exemplarium quoad fieri potuit a Gregor.* HALOANDRO *diligentissime purgati recognitique. Norimbergæ, apud Jo. Petrejum*, an. 1530. in fol. & insequenti anno *Novellæ Græcæ cum ejusdem Interpretatione* lucem videre. Inscriptio Libri posterioris græco-latina est. En titulum latinum: *Novellarum Constitutionum Dn. Justiniani Principis, quæ extant Volumen. Appositi sunt item Canones S. Apostolorum per Clementem in unum congesti, Gregor.* HALOANDRO *interprete. Norimb. sive in Castro Norico, apud Jo. Petrejum*, A. D. 1531. in fol. Contulit quidem Haloander se iterum in Italiam, ut curis secundis Opus suum iterata vice ederet; sed Venetiis in hoc conatu morte præventus anno 1532. obiit. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Lat.* T. III. p. 822. Jo. Petri a Ludewig *Vita Justiniani M.* p. 314. 315. Georg. Laur. Hausfriz *Memoria Gregor.* HALOANDRI, *Norimb.* 1736. in 8. *Thesaurus Bibliothec.* T. III. p. 81-87.

Gregor. HALOANDRI Institutionum s. Elementorum D. Justiniani, sacratiss. Principis, Libri IV. *Norimb. IV. Non. Maji, A.* 1529. *apud Jo. Petrejum*, in 8.

"*Institutiones* HALOANDRI adeo inveniuntur raræ,„ scribit Cl. Hausfriz *l. c.* p. 25. "ut plerumque, si quem "reliquas Corporis Juris Haloandrini partes omnes possidere videmus, hæc deficiat. Neque etiam, præterquam quod "in publica Norimbergensium Bibliotheca, ubi reliqui Libri magna cura asservantur, atque in præclara Cl. Christ. "Gottl. Schwarzii extent, eas unquam invenire hac in urbe "memini, neque qui Operum HALOANDRI notitiam "optimam dedit, Bayerus, in *Notit. Autor. Jur. Spec. I.* "p. 72. unico verbo earum mentionem facit, argumento "certo, eas nunquam sibi visas fuisse.„ Conf. *Thesaurus Bibliothec.* T. III. p. 73. sqq.

Hermanni HAMELMANNI Oldenburgiſch Chronicon, d. i. Beſchreibung der löblichen uralten Grafen zu Oldenburg und Delmenhorſt, von welchen die jetzige Könige zu Dännemark und Hertzogen zu Holſtein entſproſſen; ſamt ihres Stammes erſter Ankunft, Thaten, Regierung, Leben, und Ende: mit künſtlichen Bruſtbildern und Wapen gezieret. *Oldenburg, durch Warner Berendts Erben,* 1599. fol.

Nunquam recuſus, hinc non adeo frequens. Raritatem indicant *Biblioth.* Mencken. p. 439. *Biblioth. Anonymiana, Norimb.* 1738. p. 35.

Hermanni VON DER HARDT Aenigmata priſci Orbis. *Helmſt.* 1723. fol.

Librum hunc, quod varia Scripturæ S. adverſantia auctoritati continere videbatur, publica cura ſuppreſſit.

- - - - - - Diſputatio Philologica de Hiskia in Sigismundo reſurgente. *Helmſt.* 1695. 4.

Scriptum publice vendi prohibitum, quod Socinianiſmo frigidam ſuffunderet; & hinc ejus raritas & caritas. Vid. *Biblioth.* Reimmann. p. 643.

Chriſtoph. HARTMANNI Annales Heremi Deiparæ Matris Monaſterii in Helvetia. *Friburgi Brisgoviæ* 1612. in fol.

Liber infrequens & rarior exponens Origines & Fata celeberrimi, inter Helveticas Fundationes, Cœnobii Einſidelenſis, cujus Monachus & Bibliothecarius Autor erat. Aeſtimatur autem & inſigniter ab Eruditis laudatur iſtud Opus tam propter accuratam commentandi rationem, quam propter apparatum vetuſtiſſimorum Diplomatum plane egregium, ut & propter addita Abbatum dicti Monaſterii inſignia nitide æri inciſa. Vid. *Biblioth.* Struvio-Buderiana p. 1035.

Bohuslai HASSENSTEINII Poëmatum Farrago cum Appendice Epiſtolarum ejus per Thom.

Thom. Mitem, Nymburgenum. *Prag.* 1570. in 8.

Liber admodum rarus, notante ex Bierlingii *Comment. de Pyrrhonism.* Schelhornio *T. V. Amœnit.* p. 286. Integer titulus ita habet: *Illustris ac generosi D. D. Bohuslai* HASSENSTEINII *à Lobkowiz, & Baronis Bohemici, Poëtæ Oratorisque clarissimi, Farrago Poëmatum in ordinem digestorum ac editorum per Thom. Mitem, Nymburgenum; cum gratia ac privileg. Cæsar. Pragæ, excud. G. Melantrychus,* 1570. in 8. Conf. Jo. Mart. Schamelii *Numburgum Literatum*, P. II. p. 43. C. A. Heumanni *Programma Gotting.* 1717. & J. C. Coleri *Dissertat. de vita & meritis Bohuslai* HASSENSTEINII, *Vitemb.* 1719. ed.

Jean HAULTIN Traité de Medailles.

Libri hujus a Jo. Haultino, vel, ut alii illum nominant, Jo. Bapt. Altino confecti, duo tantum extare Exemplaria ajunt. Hæc Groschufius in *Præf. de Libr. rarior.* pag. 25. Historiam Scripti rarissimi paulo copiosius enarrare lubet, verbis Auctoris *des Essais de Litterature*, T. I. p. 14. sq. "Ce Livre est si rare qu'il n'y en a dans le monde que deux "Exemplaires; & en voici l'Histoire. Monsieur Haultin, "ayeul de l'Avocat, & Pere du Conseiller au Chastelet, "qui vivoit sous le Regne d'Henri III. vers la fin du seizie- "me siécle, composa un fort beau *Traité des Medailles*, "qu'il fit imprimer; mais comme il n'en tira pas tous les "avantages qu'il avoit espéré, le depit qu'il en eut lui fit "supprimer tous les Exemplaires imprimez, à la reserve "de deux qu'il garda par devers lui, l'un desquels fut "ensuite mis dans la Bibliotheque du Roi & l'autre fut en- "voyé en Allemagne, où il est encore caché dans quelque "coin de Bibliotheque, ou dans un Cabinet de curieux. "Quant à celui qui fut mis dans la Bibliotheque Royale, "il en fut tiré avec quelques autres, par Monsieur Brisson, "qui les ayant portez chez lui, selon sa coutume, pour les "examiner plus à loisir & dans le dessein de les remettre "ensuite à leur rang, fut prévenu de la mort, étant peri "malheureusement, dans les desordres de la Ligue. Sa "Veuve qui trouva ce Livre parmi ceux de son mari, sans "démêler s'il étoit de la Bibliotheque Royale ou non; le

"vendit

"vendit avec les autres. C'eſt dans cette vente que fut "compris le ſeul Exemplaire du *Traité des Medailles* "d'Haultin, qui fut en France. Ce Livre ayant depuis "paſſé de main en main, parvint enfin en celles d'un Li- "braire, qui ſe fait une étude principale de la connoiſſance "des Livres rares & anciens, & qui le vendit enſuite cinq- "cens francs à un particulier. Voilà la fortune de ce Livre, "qui renferme une profonde connoiſſance de l'Antiquité, "ſelon le témoignage de pluſieurs Sçavans qui l'ont veu. „ Idem Auctor p. 124. probat, HAVLTIN *Traité des Medailles & Recueil de deſſeins des Medailles* diverſos eſſe diſtinctosque Libros. Conf. Anſelmi Bandurii *Bibliotheca nummaria cum Not. Fabricii*, p. 56. ſq.

HAYMONIS, *Epiſcopi Halberſtadienſis*, Expoſitio in omnes Epiſtolas Pauli. *Argentorati* 1519. in 4.

Opus rarum, teſte Thom. Bartholino *de Morbis Biblic.* c. 24. p. 84. T. H. Honerto in *Prolegom. ad Ep. ad Roman.* p. 21. ſqq. Dan. Gerdeſio in *Florileg. Libr. rar.* p. 54. ſq.

Thomæ HEARNE Scriptores Hiſtoriæ Britannicæ,

Variis minoribus Voluminibus vario tempore editi, rariſſimi ſunt. Nimirum Cl. Hearnius ſingulis fere annis aliquid ex MStis eruere, quod ad Hiſtoriam Anglicam ſpectat, idque Præfationibus & Appendicibus ornare ſolet: quæ Scripta ſubſcriptiouis lege, quam primus fere in Anglia introduxit, paucis Exemplaribus nec exiguo pretio imprimuntur; quo fit, ut iis ſemel diſtractis Libri immani pretio veneant. Hinc Cl. Jo. Alb. Fabricius exoptat, ut junctim curante aliquo Viro docto excuderentur; quoniam & digna pleraque, quæ Studioſorum Hiſtoriæ terantur manibus, & rariſſima ſunt omnia. Vide *Bibliothecam med. & infimæ Latinit.* Tom. I. pag. 276. ſqq. ubi & *Catalogus* nectitur *Scriptorum* ab HEARNIO huc usque editorum.

Jo. Frid. HECKELII Manipulus primus Epiſtolarum ſingularium. *Plaviæ Variscor.* 1695. in 8.

Duas

Duas Epistolarum Centurias HECKELIVS in IV. Manipulos dividendas edere promisit; sed præter primum Manipulum reliqui omnes desiderantur. Rarioribus autem Libris adnumerantur, ut reliqui ejus; quia propriis sumtibus plerique emissi fuerunt. Vid. Groschufius in *Præfat. de Libris rarior.* p. 36.

Bernh. HEDERICI Chronicon Sverinense. in 4.

Germanice scriptum. Laudant illud Henric. Meibomius in *Notis ad Gerhardi, Præpositi Stederburgensis, Narrationem de Henr. Leone*, & ex fide Meibomii, Mart. Lipenius in *Biblioth. Philosoph.* & Mich. Hertzius in *Biblioth. Germanica;* ast dubitat Casp. Sagittarius in *Introd. ad Histor. Eccles.* T. I. p. 521. an unquam in lucem prodierit. Quam tamen dubitationem sustulit Sever. Walth. Sluterus in *Propyl. Histor. Eccles.* p. 101. affirmans se adolescentem adhuc in Ducatu Mecklenburgico vidisse & legisse HEDERICI *Chronicon* in 4. impressum, sed annum & locum impressionis sese jam subduxisse. Ex his satis, ut opinor, de maxima hujus Libri raritate constat, qui non solum extat *Rostochii* 1598. in 4. excusus, sed etiam recusus extat. Exemplar repetitæ editionis est nobis in promtu. Titulus ita habet: *Schweriniſche Chronica, von M. Bernh.* HEDERICO, *Rectore der Schulen zu Schwerin, treulich zuſammen gezogen. Zu Roſtock An.* 1598. *gedruckt, und bis hieher continuiret.* in 4. pagg. 214. sine indicio anni & loci. Mirati sumus, illustr. Ernest. Joach. de Westphalen mentionem non fecisse harum editionum germanicarum, qui Tom. III. *Monumentorum ineditor.* p. 1646. sqq. HEDERICI *Chronicon Sverinense* latine versum denuo edidit.

Legende *der heil. Frauen* S. HEDWIGIS. *Breslau, bey Conrad Baumgarten*, 1504. fol.

De maxima hujus Libri raritate hæc leguntur in *Analect. Silesiacis* 1733. in 8. editis, p. 21: "Dieſes iſt das erſte "Scriptum hiſtoricum, welches von Schleſiſchen Sachen in "Druck gekommen, und dabey ſo rar, daſs man fürtzo "nicht mehr als 2. Exemplaria weiſs, welche in Breslau, "eines bey St. Albrecht, das andere bey St. Eliſabeth, "befind-

"befindlich ſind, welches letztere der Herr Martin Han-"kius dahin verehret hat. „ De S. HEDWIGI legatur Jac. Chriſtoph. Iſelini *allgemeines Hiſtoriſches Lexicon*, ex quo diſco, rariſſimum hunc Librum A. 1631. fuiſſe recuſum.

Jo. Jac. HEILMANNI Theatrum Chymicum. vid. THEATRVM.

HEINSII Operum Hiſtoric. Collectio I. & II. *Lugd. Batav.* 1673. in 8.

Hic Liber nullus alius eſt, quam *Spinozæ Tractatus Theologico-Politicus & Philoſophia Scripturæ Interpres.* vid. *Biblioth.* Cyprian. pag. 835. Scilicet quo latius tutiusque ſpargerentur hæc Scripta prohibita, variis falſis titulis prodierunt; qua de re pluribus infra.

Das HELDENBUCH mit ſynen Figuren.

Clauſula finalis ita habet: *Hie endet ſich das Heldenbuch mit ſynen Regiſter, und hat gedruckt Henrich Gran, Burger zu Hagenau, in den Koſten des wyſen und vorſichtigen Herr Hanſen Knoblauch, Drucker-Herr zu Strasburg, A.* 1509. *uf Samptag nach Aſſumptionis*, fol. min. Liber admodum rarus, cujus ſatis copioſam notitiam Symbola Stadeniana apud Placcium ſuppeditant. Vid. *Theatrum Anonym.* p. 480. Editio hæc Hagenoënſis antiquiſſima mihi videtur. Corrigendus hinc V. C. Jo. Dav. Kœlerus ſcribens: Antiquiſſima hujus Libri editio prodiit ante duo ſecula in fol. absque anno & loco editionis; altera lucem vidit *Francof.* A. 1545. fol. Vid. *Diſſert. de Libro Theurdanck, Altorf.* 1714. edita, p. 34. Noviſſima editio eſt Francofurtenſis, hanc inſcriptionem præferens: *Das Heldenbuch, welches aufs neue corrigiret und gebeſſert iſt, mit ſchönen Figuren gezieret. Frf.* 1560. in fol. pp. 374.

HELIODORE traduit par Jaques Amyot. *à Paris* 1559. fol.

Inſigniter rarus.

HELMOLDI, *Presbyteri Boſovienſis*, & ARNOLDI, *Abbat. Lubecenſis*, Chronica Slavorum. Henr. Bangertus e MSS. Codicibus recenſuit, & Notis

& Notis illustravit. *Lubecæ, sumtibus Statii Wesselii*, 1659. in 4.

Raritatem indicat & novam editionem promittit Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Historia Typograph. Lubecensis*, p. 138.

Francisc. Merc. VON HELMONT, v. infra SEDER *Olam.*

Claudii HEMEREI, *e Societ. Sorbonnæ Doctoris Theologi*, de Academia Parisiensi, qualis primo fuit in Insula & Episcoporum Scholis. *Paris. sumtibus Sebast. Cramisi*, 1637. in 4.

Notitiam hujus Libri hodie parum obvii habes in Rich. Simon *Biblioth. Choisi.* T. II. p. 124. sqq.

- - - - - - Augusta Viromanduorum vindicata & illustrata duobus Libris, quibus Antiquitates Urbis & Ecclesiæ S. Quintini, Viromandensiumque Comitum series explicatur. *Paris.* 1643. in 4.

In ipsa Gallia infrequens. Vid. *Biblioth. Anonymiana* II. pag. 159.

Balthas. HENCKELII Carcerales Epistolæ. *Holmiæ* 1640. in 8. 35. plag.

"Varia continent consilia Svecorum, Jesuitarum machi-"nationes & arcaniora quoque belli tricennalis, alibi haud "facile expressa. Quam rarum vero sit hoc Scriptum, inde "poteris colligere, cum Viros norim eruditissimos & in his "litteris egregie versatos, qui oculis hoc Opusculum nun-"quam usurparunt.„ Hæc Wendlerus §. XXV. Pleniorem & accuratiorem Libri hujus recensionem habes in *Actis Societatis Conantium*, quæ adhærent *Annalibus Academiæ Juliæ, Semestr. III.* p. 176. sqq. ex quibus notamus, admodum rarum quidem esse hunc Librum, a Morhofio semel tantum in omni vita visum, a Gryphio vero nunquam conspectum; at immerito rarum & carum haberi: quum stylus non sit is, quem Morhofius & Gryphius laudare debuerint, sed impurus & obscurus; neque arcana insint belli tricennalis, quæ Gryphius quidem speraverit fuisse, sed frustra.

Fuit

Fuit Auctor Magdeburgenſis, Saxo, non Svecus patria, ut aliqui crediderunt, Juris ſtudio deditus, tum Guſt. Adolphi Regis Suecorum Conſiliarius atque in bello tricennali Comes, in cujus gratiam ſcripſit *Defenſionem Armorum Svecicorum, ſive de bello tam protectitio, quam vindicatorio Guſt. Adolphi Regis Svecorum maximi, diſceptationem. Stetini, typis Rhetianis*, 1631. in 4. Qui Liber, quamvis Gryphio in *Scriptoribus Seculi XVII.* p. 157. levioris notæ videtur, Auctori tamen cauſa carceris moleſtiſſimi extitit. Quippe biennium integrum in novem carceribus ſeſe conſumſiſſe queritur in *Præfatione* Epiſtolarum, quas exinde carcerales, ſcil. e carceribus datas, ipſe appellavit. Conf. *Catalogus Bibliothecæ* Reimmann. T. II. p. 275. ſqq.

Renati HENERI Bucolica extare, ipſi quondam Pariſienſes, ob ſummam eorum raritatem, negarunt; cum tamen certo nobis nunc conſtet, ea reperiri typis evulgata, & *Pariſiis* 1551. in 8. impreſſa. Exemplum poſſedit olim Chriſt. Daumius, quod jam Cl. Jo. Andr. Gleichius habet. Vid. Daumii *Epiſtolas* ad Jo. Frid. Heckelium p. 36. Hæc Groſchufius *l. c.* p. 17.

Georgii HENISCHII Theſaurus linguæ & ſapientiæ Germaniæ, Pars I. *Aug. Vindelic.* 1616. fol.

Liber hodie fere incognitus ac pauciſſimis viſus, cujusque pars poſterior nunquam fuit impreſſus.

Hieron. HENNINGES, *Luneburgenſis*, Theatrum genealogicum, oſtentans omnes omnium ætatum Familias: Monarcharum, Regum, Ducum, Marchionum, Principum, Comitum atque illuſtrium Heroum & Heroinarum; item Philoſophorum, Oratorum, Hiſtoricorum, quotquot a condito Mundo usque ad hæc noſtra tempora vixerunt: nunc in IV. Tomos collectum & diſtinctum. *Magdeb.* 1598. *cum gratia & privileg. S. Cæſ. Majeſt. ad decennium.*

Typis

Typis & sumtibus Ambrosii Kirchneri, Bibliopol. Magdeburg. IV. Voll. in fol. cum plurimis Figuris, & Tabulis genealogicis.

Opus rarissimum, quod vix hodie vel centum joachimicis haberi potest. Vid. Jac. Frid. Reimmannus *de Libris Genealog.* P. I. p. 66. sq. P. II. p. 170. sq. qui raritatem hujus Libri exinde maxime enatam esse putat, tum quod unica vice ingens Opus tantummodo impressum fuerit, tum quod plurima ejus Exemplaria in excidio Magdeburgensi deperierint. Idem confirmat Cl. Gundlingius: "Wenn das Buch "complet ist, inquit, wird es für 100, auch mehr Thaler bezahlet; denn in der Belagerung Magdeburgs sind "viele Exemplaria im Feuer aufgegangen.„ Vid. *ausführl. Discours über* Heumanni *Conspectum* p. 6063. Splendidum Operis sumtuosi Exemplar manum pristini possessoris Johannis Comitis Oldenburgensis ostentans, servatur in Bibliotheca nostra. Compactum est in IV. Voll. I. & II. Vol. continent *Tom. I. II. III. & IV.* pagg. 1585. III. Vol. continet *Tomi IV. Secundi & Tertii Regni partem priorem*, pagg. 634. itemque *partem posteriorem*, pp. 450. IV. Vol. continet *Tomi IV. partem postremam*, pp. 568. Ex *Catalogo* Bunemanni p. 60. 61. patet, illa, quæ Volum. I. & II. continentur, jam antea prodiisse *Ulyssea*, *typis Mich. Cræneri*, 1584. & 1587.

Hieron. HENNINGES Genealogiæ Familiarum aliquot nobilium in Saxonia, quæ vel a Comitibus, vel a Baronibus ortæ, quosdam Pontificiam, quosdam Episcopalem dignitatem adeptos produxerunt; nunc denuo auctiores & correctiores ex Bibliotheca Ranzoviana. Accesserunt insignia fere omnium, qui genere Nobiles in Ducatibus Schleswig. Holsat. ac Stormar. arces munitas, castra, prædia s. possederunt, nec non imagines cupro & ligno expressæ; item Descriptio Monumenti, ab H. Ranzovio prope Segebergam in honorem Fri-

derici II. cæterorumque Daniæ Regum erectum. *Hamburgi, ex offic. Jac. Wolf.* 1590. in fol.

Decem tantum Familiarum Historia atque Genealogia hic nectitur, nimirum *Ahlfeldia, Hallia, Meinstorfia, Reventlovia, Ranzovia, Alvenslebia, Steinbergia, Malsburgica, Kerstlingrodia,* & *Hollia,* inter quas *Ranzovia* prolixissime est expositа, multisque Iconibus atque Carminibus encomiasticis exornata. Opus hoc ab illustri Gerhardo a Mastricht in *Catalogo Biblioth.* p. 483. vocatur laboriosum & rarum, & a Celeb. Menckenio in *Catal. Scriptor. Historic.* Langlet du Fresnoy p. 508. " eines der raresten "Werke, die HENNINGES geschrieben, und das sehr "selten gefunden wird.„ Prima editio *Ulyssea* A. 1587. prodiit, qua tamen haec altera est multo plenior & accuratior. Vid. Jo. Molleri *Isagoge ad Historiam Chersonef. Cimbricæ* P. I. p. 210. sq. Bunemannus in *Catalogo Librorum rarior.* p. 62.

Martini HENRICI, *Saganensis*, Commentarios in Ciceronis Officia, *Vitemb.* 1582. in 8. laudat & rariores esse asserit Conr. Sam. Schurtzfleischius in *Epistolis Vitemb.* 1700. in 8. ed. p. 72.

Jac. HENRIC-PETRI Basel Babel, das ist, gründlicher Bericht über den höchst verirrt- und verwirrten Zustand der Stadt Basel &c. A. 1693. in 4. sine loco impressionis ac Typographi.

Prodiit Scriptum hoc atrox ac truculentum occasione turbarum civilium, quibus Basileensium Respublica An. 1691. misere fuit agitata, & jussu Magistratus publice manu carnificis fuit combustum. Plura dabit Schelhornius Tom. IIX. p. 608. 509.

HEPHÆSTION, v. supra EPHESTION.

Barth. D'HERBELOT Bibliotheque Orientale. *à Paris, par la Compagnie des Libraires,* 1697. in fol. pagg. 1059.

Hodie insigniter rarus, teste experientia.

Basil.

Basil. Jo. HEROLDI Originum ac Germanicarum Antiquitatum Libri, Leges videlicet Salicæ, Ripuariæ, Alemannorum, Bojoariorum, Saxonum, Westphalorum &c. *Basileæ, per Henrichum Petri*, 1557. fol.

Editio hæc jam perrara est; & licet Lindenbrogiana copiosior sit atque instructior; in pretio tamen est apud Eruditos, cum usus fuerit antiquis Codicibus. Vid. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 717. Jo. G. Eccardi *Historia Studii Etymolog.* p. 60. sqq.

Les HEROS de la Ligue, ou la Procession Monacale conduite par Louis XIV. pour la Conversion des Protestans de son Royaume. *à Paris, chez Pere Peters à l'Enseigne de Louis le Grand*, 1691. in 4.

Opus pretiosum, & rarum, constans Iconibus æri artificiose incisis, & Commentatione Satyrica illustratis, recensetur in Theoph. Sinceri *Nachrichten von rar. Büch.* p. 285. sq.

Antonio DE HERRERA Historia General de los Hechos, de los Castellanos en las Islas y tierra firma del Maroceano en VIII. Decades desde el anno 1492. hasta & de 1554. X. Voll. *Madrid* 1601. in fol.

Libris rarissimis adnumeratur in *Bibliotheca Anonym.* I. pag. 156.

Jo. HERVAGII Scriptores Rerum Germanicarum.

Prima hæc est Collectio Scriptorum Rerum Germanicarum, quam ex sua Officina dedit Clarissimus Basileensium Typographus, Jo. Hervagius. Inscriptio Voluminis hæc est: *Witekindi Saxonis Rerum ab Henrico & Ottone I. Impp. gestarum Libri III. una cum aliis quibusdam variis & antehac non lectis diversorum Autorum Historiis ab anno Salutis DCCC. usque ad præsentem. Basil. apud Jo. Hervagium*, 1532. in fol. pp. 394. Scriptores quidem in hac Collectione non

satis bene sunt ordinati; ipsa tamen magno in pretio est apud Eruditos, quia prima est omnium Collectionum, & quia raritate omnes antecellit. Conf. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 776. sq.

Danielis HERVEI Commentarius in Apocalypsin. *Lugdun. apud Gallos*, 1684. in 8.

Rariſſimus nuncupatur a Wendlero §. XXII.

Gentiani HERVETI Traduction Françoiſe du Concile de Trente. *à Rheims* 1564. 8. *Rotomag.* 1556. 12. & 1583 *Paris* 1584.

Libris rarioribus adnumeratur propter mentionem exceptionis trium Epiſcoporum, qui noluerunt confirmationem Concilii requiri a Papa. Vid. *Eſſais de Litterat.* T. I. p. 17.

Jo. Georg. HERWARTI Ludovicus IV. Imperator defenſus, Bzovius injuriarum poſtulatus. *Monachii* 1618. in 4.

Raro hoc Opus hodie offenditur, quippe a Pontificiis ſuppreſſum, quod inter ipſos Romanenſes candide ediſſerit Janus Nicius Erythræus in *Pinacothec. Imagin. Illuſtr.* p. 199.

Bernhard HERZOGS Chronicon Alſatiæ, oder Elſaſſer Chronica, mit ſehr vielen Wapen und Figuren. *Strasburg* 1592. fol.

Rarioribus adnumeratur in *Biblioth.* Mencken. p. 431. & *Biblioth.* Anonymiana *Norimb.* p. 36.

Helii Eobani HESSI Epiſtolas a Joachimo Camerario editas, III. Tomis, in octav. admodum raras eſſe, ſentit V. C. Jo. Phil. Kuchenbecker in *Analector. Haſſiac.* T. VI. p. 474. Liber I. *Norimbergæ* 1553. Liber II. *Lipſ.* 1557. Lib. III. *Lipſ.* 1561. prodiit. Idem etiam pronuntiandum eſſe puto de cæteris Epiſtolarum *Helii Eobani* HESSI Collectionibus, quæ difficulter admodum, etiam in inſtructiſſimis Bibliothecis, inveniuntur, quales ſunt: *Epiſtolarum familiarium Libri II. quibus non modo vita illius, ſed & aliarum rerum deſcriptiones pulcherrimæ ſcituque digniſſimæ continentur. Marp. Haſſor. ap. Egenolphum*, 1543. in fol. pp. 300. *Helii Eobani* HESSI *Amicorum-*

eorumque ejus Epistolæ. Marp. 1590. in 4. Nec minus *Opera Francof.* 1564. in 8. rariora sunt.

Jo. HEVELII Machinæ cœlestis Pars prior, Organographiam, sive Instrumentorum Astronomicorum omnium, quibus Auctor hactenus sidera rimatus & dimensus est, accuratam delineationem & descriptionem plurimis Iconibus æri inciſis illustratam & exornatam exhibens; cum aliis quibusdam, tam jucundis, quam scitu dignis, ad Mechanicam Opticamque artem pertinentibus: inprimis de maximorum Tuborum constructione ac commodissima directione; nec non nova ac facillima lentes quasvis ex sectionibus conicis expoliendi ratione. *Cum Privileg. Sac. Cæs. & Reg. Polon. Majestatum. Gedani, Auctoris typis & sumtibus imprimebat Simon Reiniger,* A. 1673. in fol.

Ejusd. Machinæ cœlestis Pars posterior, Rerum Uranicarum Observationes, tam Ecclipsium Luminarium, quam occultationum Planetarum & Fixarum; nec non Altitudinum Meridianarum Solarium, Solstitiorum & Aequinoctiorum, una cum reliquorum Planetarum Fixarumque omnium hactenus cognitarum, globisque adscriptarum, æque ac plurimarum huc usque ignotarum observatis, pariter quoad Distantias, Altitudines Meridianas & Declinationes: additis innumeris aliis notatu digniſſimis, atque ad Astronomiam excolendam maxime spectantibus rebus, plurimorum annorum, summis vigiliis, indefessoque labore, ex ipso Aethere haustas, permultisque Iconibus, Auctoris manu

æri inciſis, illuſtratas & exornatas, III. Libris exhibens. *Cum gratia & Privileg. Sac. Majeſt. Reg. Polon. Gedani, in ædibus Auctoris ejusque typis & ſumtibus imprimebat Simon Reiniger*, 1679. in fol.

Recenſet hunc Librum, cujus Exemplaria fere omnia ferali incendio abſumta ſunt, Serpilius-*de Libris rariori-bus* p. 104. ſq. & p. 138. ſqq. Ut eo melius de raritate hujus Operis, cujus repetita editio haud ſperanda, conſtet, lubet apponere ipſa HEVELII verba, quæ leguntur apud Serpilium *l. c.* und in der *Fortſetz. der Lieder-Gedancken* p. 179. Ita autem Hevelius in *Epiſtola*, *Auguſt.* 1683. edita: "Petis autem initio ſcire, quot & quales ediderim hactenus "Libros, id quod ex annexo Catalogo facile cognoſces; "ſed, quod maxime dolendum, omnium fere in univerſum "Exemplaria omnium Operum, quæ nondum diſtracta "ad annum usque 1679. menſe Septembri fuere, ferali "incendio prorſus abſumta ſunt, adeo ut de *Parte II. "Machinæ cœleſtis* eo ipſo anno editæ nonniſi duo Exem-"plaria mihi remanſerint amicis concedenda: nec ullibi "aliquod Exemplar, quod ſciam, venale invenies; ſiqui-"dem Bibliopolæ vix quinque Exemplaria a me accepe-"runt. Unde nulla plane extant alia Exemplaria de *Par-"te* ſcilic. *Machinæ Cœleſt. II.* quam quæ in Gallia, An-"glia, Polonia & Germania, & quæ hic Gedani amicis "dono dederam. Profecto credas mihi, me ſolum ex "illis Libris meis ſumtibus a me editis ultra 15000. impe-"rial. jacturam feciſſe.„ Conf. Jo. Chriſt. Mylii *Memora-bilia Bibliothecæ Jenenſis*, p. 105. ſq.

Ottonis HEVRNII Antiquitates Philoſophiæ Barbaricæ. *Lugd. Batav.* 1600. 12.

Libellus oppido rarus multa erudite cumulans; ſed ſine judicio, ſine ordine, ſine perſpicuitate. Vid. S. Rev. Jac. Bruckeri *Hiſtoria Critico-Philoſoph.* T. I. p. 106.

HEVTELIA, d. i. Beſchreibung einer Reiſe, welche 2. Exulanten durch Helvetiam gethan haben. 1658. 8. ſine appoſito loci nomine.

Perrarus

Perrarus est & curiosus hic Liber morbos varios Reipublicæ libere at satyrice indicans. Vid. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1311.

HEXAMERON rustique, ou les six Journées passées à la campagne entre les personnes studieuses. *à Paris* 1611. in 12. *à Amsterdam* 1621. 12.

Libris damnatis, suspectis & prohibitis adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Mencken. p. 816. Auctor est de la Mothe le Vayer. vid. Christ. Thomasii *Monaths-Gedancken*, An. 1689. p. 676. Est mihi ad manus editio *Colonienſis par Pierre Bremussen*, 1671. in 12. pp. 136.

Georg. HICKESII, *S. T. P.* Linguarum veterum Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus & Archæologicus. *Oxoniæ*, *e Theatr. Sheldoniano*, 1705. in fol. Alph. 11. plag. 21. multisque Tabb. æn.

Raritatem indicant Jo. Aug. Egenolff *Histor. der deutsch. Sprache*, P. II. p. 6. & alii. Conf. *Acta Eruditor.* 1706. p. 97 sqq. 193. sqq.

Israëlis HIEBNERI Mysterium Sigillorum, Herbarum & Metallorum, i. e. Vollkommene Cur und Heilung aller Leibes- und Gemüths-Kranckheiten ohne Einnehmung der Arzeney. A. 1651. in 4.

Opus infrequens, singulare, paradoxum, & ob ingentem figurarum æri inciſarum cumulum satis sumtuosum. v. *Bibliotheca* Reimmanniana pag. 1032. Recusum nuper 1732. iterumque *Francof. & Lipsiæ*, *apud Christian Weinmann, Bibliopol. Erfurt.* 1735. in 4. pl. 27. in qua tamen editione nullæ adsunt figuræ æneæ.

Sanctæ HILDEGARDIS, *Abbatissæ in monte S. Roberti prope Bingam sanctissimæ Virginis & Prophetissæ*, Epistolarum Liber, continens Epistolas S. Pontificum, Imperatorum, Patriarcharum

charum &c. ad S. Hildegardim, & ejusdem sanctæ ad eosdem Responsiones; item ejusdem Hildegardis Scripta alia nunc primum in lucem edita. *Coloniæ, apud hæred. Jo. Quentell & Gerwin. Colenium*, 1566. in 4.

De raro hoc Opere legatur V.C. Bunemannus in *Catalog. Librorum rarior.* p. 91. & Auctores ibid. citati.

Levini HILPERICI, *Monachi Selingestadiens.* Carmen de Congressu Caroli M. & Leonis Papæ versibus hexametris; cum Animadversionibus Melch. Goldasti. *Genevæ* 1600. in 4.

Infrequens hodie, & vix argento parabile.

Hieronymus HIRNHAYM de Typho generis humani, sive scientiarum humanarum inani ac ventoso tumore, difficultate, labilitate, jactantia, præsumtione, incommodis & periculis, Tractatus brevis, in quo etiam vera sapientia a falsa discernitur, & simplicitas mundo contemta extollitur: idiotis in solatium, doctis in cautelam conscriptus. *Pragæ* 1676. in 4.

Librum non ubivis occurrentem, ob quem meruit Autor inter recentiores Scepticismi patronos referri, recensetur S.R. Bruckerus in *Historia Critico-Philosoph.* T. IV. p. 543. sq.

HISPANIA illustrata, opera & studio doctorum hominum. Tomus I. *Francofurti* 1603. Tom. II. *ibid.* 1603. Tom. III. *ibid.* 1606. Tom. IV. *ibid.* 1608. fol.

Communiter hæc Collectio Scriptorum Rerum Hispanicarum adscribitur Andr. Schotto, S. J. qui primum ac secundum Tomum curavit. Tertium edidit Joann. Pistorius. Quartum, qui in quibusdam exemplis deesse solet, Francisco Schotto, S. J. Andreæ fratri, debemus. Inter rariora historici argumenti Opera hæc Collectio est referenda. Recensetur in *Biblioth. Historica* Struvio-Buderiana p. 255. sqq.

HISTO-

HISTORIE van B. Cornelis Adriaenſen van Dordrecht, Minnebroeder binnen de Stadt van Brugghe. *Amſterdam, by Cornelis Claeſs,* 1592. in 8. iterumque 1607. pp. 458.

Liber ſpurciſſimus & vel centum obſcœnitatibus refertus; iteratis tamen vicibus excuſus, immo & Parte altera auctus. En titulum: *Twede Deel, ofte t' Vervolgh der wonderbaeren Sermonen. Gedruckt binnen Brugge door Broer Cornelis Adriaenſen van Dordrecht, Minnebroeder tot Brugge. tot Deventer by Conraet Thomaſſen,* 1639. in 8. pagg. 494. Conf. *Biblioth. mixta Hamburg.* T. I. p. 879. ſq. & 1028.

HISTORIA Apollonii Tyrii. *Venet.* 1563.

Liber eroticus, Græco-Barbara lingua exaratus ad modum Rhythmorum noſtrorum, rariſſimus audit Theodoro Haſæo in *Biblioth. Bremenſ.* Claſſ. IIX. p. 182. Vid. Schelhornius Tom. V. p. 274.

HISTORIA del Admirante D. Chriſtoph. Colon. (Hoc namque verum & genuinum Chriſtophori Columbi eſt nomen.)

Editio Hiſpanica hujus Libri eſt rariſſima; Italica autem, quæ *Venetiis* 1571. excuſa, iterumque 1614. recuſa, in 8. paulo frequentior occurrit. Vid. Reimmannus *de Libr. Genealog.* P. II. p. 197. Incidit nuper in manus noſtras editio Italica. En titulum: *Iſtorie di Fernando Colombo, nelle quale ſi ha particulare relazione della vita e fatti di Chriſtophoro Colombo ſuo Patre e dello ſcoprimento ch' egli fece nell' Indie Orientali; tradotte dal Spagnuolo da Alfonſo Villoa. In Venetia* 1571. in 8.

HISTORIA Diſputationis, ſeu potius Colloquii inter Jac. Colerum & Matthiam Flacium Illyricum de Peccato Originis habiti in arce Langena Sileſiorum, d. 12. Maji Anno 1574. paulo ante obitum Illyrici. *Berolini, typis Nicolai Voltzii,* 1585. in 4. 15. plag.

Libellum hunc admodum rarum pauciſſimisque cognitum data opera recenſet Gottl. Stollius in *pecul. Diſſertat.* inſerta *Miſcellan. Lipſienſ.* T. I. p. 83. ſqq.

HISTOIRE Eccleſiaſtique des Reformées au Royaume de France, en laquelle eſt deſcrite au vray la renaiſſance & acroiſſement de celles depuis l'an 1521. jusques en l'année 1563. leur reglement ou diſcipline, Synodes, perſecutions tant generales que particulieres, noms & labeurs, de ceux qui ont heureuſement travaillé villes & lieux où elles ont eſté dreſſées, avec le diſcours des premiers troubles ou guerres civiles, desquelles la vraye cauſe eſt auſſi declarée. Diviſée en trois Tomes ayans chasque Tome leurs tables. *à Anvers, de l'Imprimerie de Jean Remy*, 1580. in 8.

Liber hic ab aliis Theodoro Bezæ, ab aliis, quos inter eſt Jacobus le Long in *Biblioth. Hiſtoric. Galliæ* n. 1737. Nicolao Gallatio adſcribitur. Raritas ejus vel exinde æſtimari poterit, quod fuerint inter Eruditos primi ordinis, qui hunc Librum cum *Commentariis de Statu Religionis & Reipublicæ in Gallia* latine ſcriptis unum ac eundem faciunt. Ipſe Theodorus Haſæus, maximus Librorum Heluo, in eorundemque notitia verſatiſſimus, dubius hac in re hæret, donec utriusque Libri collatio fieri poterit. Vid. Caſp. Sagittarii *Introduct. in Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 294. Nec Vincentius Placcius in *Theatro Anonymor.* p. 585. de utroque Libro agens, eximit hoc dubium. Utriusque inſpectio me docuit eſſe omnino hos libros diverſos, incipiuntque Commentarii latine ſcripti ab anno 1557. percenſentes Hiſtoriam ad annum usque 1576. Integer titulus eſt: *Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicæ in Regno Franciæ Libri III. Regibus Henrico II. ad illius quidem Regni finem, Francisco II. Carolo IX.* (ſine mentione loci) 1570. recuſ. 1571. 1572. 1577. in 8. *Secundæ Partis Commentariorum Libri III. Carolo IX. Rege*, 1572. recuſ. 1574. 1577. in 8. *Tertiæ Partis Commentariorum Libri VII. IIX. IX. ad tertii usque Belli Civilis Gallici finem poſtremo Pacis Edicto Concluſum, Carolo IX. Rege.* Anno noviſſimi temporis 1575. recuſ.

recuſ. 1577. *Quartæ Partis Commentariorum Libri X. XI. XII.* 1575. in 8. *Quintæ Partis Commentariorum Libri XIII. XIV. XV. Henrico III. Rege. Lugd. Batav.* 1580. rec. 1590. in 8. Auctorem horum Commentariorum nec Franciſc. Hotomannum, nec Joan. Eobanum Heſſum, nec Petrum Placæum, nec Theodorum etiam Bezam, ſed Joan. Serranum eſſe, tum ex Symbolo ejus in fronte Libri: *Etiam veni Domine Jeſu!* tum ex Epiſtola quadam ejusdem ad Vulcanium probat Jacobus le Long p. 951. Extat alius Liber ſub titulo: *Commentaire de l'Etat, de la Religion & de la Republique ſous Henry II. François II. & Charles IX. diviſé en ſept Livres.* A. 1565. in 8. Putares ſane eundem hunc eſſe cum Libro *Commentariorum*, qui tamen eſt diverſus. Jacobus le Long *Biblioth. Hiſtor. Gall.* n. 1731. nos docet, Petrum Placæum ejus eſſe Auctorem.

HISTOIRE de l'Etat de l'homme dans le Peché Originel. 1714. in 8. iterumque auctior 1732. in 8.

Autor Beverlandum nequitia, fœditate, atque ſumma ſanctiſſimas res ad riſum detorquendi libidine, longe multum vincit. Conf. *Acta Eruditor.* 1733. pag. 326. ſqq. Nuperrime etiam in linguam germanicam transfuſa ſunt Cogitata hujus Autoris profana de Peccato Originis: *Philoſophiſche Unterſuchung von dem Zuſtande des Menſchen in der Erbſünde; wo man die Quelle, die Urſachen, und die Folgen dieſer Sünde in der Welt anzeiget. Nach der ſechsten verbeſſerten Franzöſiſchen Ausgabe überſetzet von M. Franckf. und Leipzig* 1746. in 8. pp. 232.

HISTORIA della Guerra d'Olanda nell' anno 1672. *In Parigi* 1682. in 12.

Eadem gallice verſa *Pariſ.* 1682. in 12. Scriptum ob rationes politicas ſuppreſſum; de quo ſequentia annotavit ex Clerici *Bibliotheca ſelecta* Jacobus le Long in *Bibliotheca Hiſtor. Galliæ* n. 9677: "Cette Hiſtoire fut ſupprimée & "miſe au pilon, parce que l'Auteur, qui ſe nommoit *Jean* "*Baptiſte* PRIMI *Viſconti*, *& Comte de Saint Majole*, "mort 1714. y avoit fait mention du Traité de Douvres. "Il n'y eut que ſoixante ſept Exemplaires Italiens, & quarre-

"vingt-

"vingt-huit François, qui furent debitez; & le Comte "de Saint Majole fut envoyé à la Bastille sur les plaintes, "que Mylord Preston, Ambassadeur des Charles II. Roi "d'Angleterre, fit à la cour de France: parce que cette "histoire découvroit les Liaisons qu'il y avoit entre les Rois "de France & d'Angleterre pour l'entreprise de cette Guer-"re.„ Anglica interpretatio huius invisi adeo Libelli reperitur Tomo primo Compilationis, quæ inscribitur: *Collectio Tractatuum Politicorum*, edita *Anglice London* 1705. fol. Conf. *Biblioth. Historica* Struvio-Buderiana p. 420.

HISTOIRE de la Vie de Messire Philip de Mornay. v. MORNAY.

HISTOIRE de la Peinture ancienne, gallice & latine. *Londini* 1725. fol.

Raritatem indicant *Catal. Biblioth.* de Marquis de S. Philippe T. I. p. 159. *Catalogus Biblioth.* L. B. de Schœnberg T. I. pag. 40. "On n'a imprimé que peu d'Exemplaires "de ce Livre, si bien qu'il n'est pas commun.„

HISTORIA Pontifical y Catholica por diverso Autores. VII. Voll. in fol.

Operis hujus mihi penitus incogniti mentio fit in præstantissimo *Catalogo Biblioth.* Marq. de S. Philippe T. I. p. 40. hac addita observatiuncula: "Cet Ouvrage a été "imprimé dans differentes années, & en differents en-"droits. Il est fort rare principalement à le trouver com-"me celuici, avec le quatriéme Volume double, & com-posé par deux differents Auteurs.„

HISTOIRE du Prince Apprius, extraite des Fastes du Monde depuis sa Creation. *à la Haye, chez Jaques van den Kieboom*, 1729. 8.

Est Liber summe Sotadicus & certe detestabilis, Aloysiæ Sigeæ haud dissimilis tam in spurcitie, quam in raritate.

HISTOIRE de la Princesse de Paphlagonie. *à Bourdeaux.* in 12.

De Libello hoc ob paucitatem Exemplarium impressorum rariori satis copiose agit Jean Renault de Segrais in Jac. le Long *Biblioth. Histor. Gall.* n. 17462. ubi inter alia hæc legas:

legas: " Mademoiselle Anne Marie Louise de Bourbon, " Princesse de Montpensier, a fait un petit Roman intitu- " lé: *Histoire de Paphlagonie*; que j'ai fait imprimer à Bour- " deaux. Mais il n'y en a eu qu'une centaine des Exem- " plaires desquelles a distribué elle même. Elle y a melez " beaucoup des choses Satyriques contre le Dames de la " cour de ce tems. „

HISTORIA Revelationum Chr. Kötteri, Chr. Poniatoviæ, Nic. Drabitii, sine loco. 1659. in 4.

V. Cl. Jo. Lud. Bunemannus in *Catalogo MStorum & Librorum rariss.* p. 107. de Libello hoc, cui pretium 3. taleror. appositit, scribit " Ferunt, Regem Galliæ omnia " fere Exemplaria coëmisse: unde rarissimus. „

L'HISTOIRE plaisante & Chronique du Petit-Jean de Saintré & de la jeune Dame des belles Cousines, sans autres Noms nommer, avec un Extrait des Chroniques de Flandres. in 4.

Liber mole quidem exiguus, sed inter rariores rarissimus. " Ce Livre est recherché des curieux, qui ont la folie d'en " donner jusqu'à 30. ecus de l'Exemplaire. C'est un petit " in 4. épais d'un doigt au plus, imprimé à deux colonnes " le 20. Juin 1523. *chez Philippe le Noir*, en lettre Go- " thique. „ His & aliis, quæ leguntur Tom. I. *Menagianorum* p. 237. addere juvabit, quæ de editionibus, argumento & Auctore rarissimi hujus Libelli habet Jac. le Long in *Biblioth. Histor. Gall.* opere egregio & laborioso, n. 13824. De editionibus nos docet plures extare, quarum prima prodiit *Parisiis* 1513. in fol. secunda *ibid. ap. Phil. le Noir*, 1523. in 4. tertia *ibid. ap. Trepperel*, 1528. in 8. quarta *ibid. ap. Pontons*, 1553. in 4. De argumento vero & Autore ita disserit: " Jean de Saintré a été Page du Roi Jean, " depuis Senechal d'Anjou, & du Maine. Cette jeune " Dame s'appelloit Jeanne d'Evreux, fille de Charles de " Maurais, Roi de Navarre, femme de Jean V. Comte " de Montfort, Duc de Bretagne, & puis d'Henri IV. Roi " d'Angleterre. Antoine de la Salle, Secretaire du Duc " de Calabre & de Lorraine, & de René Roi de Sicile, " écrivoit

"écrivoit ce Livre en 1459. à Geneppe en Brabant, envi-
"ron cent ans après les choſes dont il parle. Charries &
"Allard attribuent cet Ouvrage à Claude de Ponnat, qui
"étoit Chanoine de Gap. en 1520. Ce qui ne peut con-
"venir avec la date de la Compoſition de cet Ouvrage.
"De la Salle eſt nommé Auteur à la fin de ce volume,
"qui eſt partie Hiſtoire partie Roman. L'Auteur n'y a
"pas meme gardé toute la vraiſemblance; car il fait trouver
"à un Tournois, dont il fait le recit, des Seigneurs, qui
"étoient morts cents ans auparavant. Ce Livre eſt rare,
"& recherché quoiqu'il ne contienne de curieux que des
"Blazons & des Noms de quelques Seigneurs de ce tems-la.,,

HISTORICA Relatio de Ortu & Progreſſu Hæreſium in Germania, præſertim vero Auguſtæ Vindelicorum: ex antiquis Annalibus MS. cujusdam contemporanei fideliter deſcripta, & nunc publici Juris facta. *Ingolſtadii* 1654. in 4.

Liber hic inter rariora Rerum Auguſtanarum Scripta rariſſimus eſt, de quo Illuſtr. Paul von Stetten in *Notitia Scriptorum Rerum Auguſtanarum*, præmiſſa nuperrime editis *Geſchichten der H. R. R. Fr. Reichs-Stadt Augſpurg*, cap. II. §. 2. ſcribit: "Der Verfaſſer dieſer Relation, die ſich
"von 1518. anfänget und 1533. endiget, war, nach
"P. Khamms Bericht, der Benedictiner, Clemens Sender.
"Sie iſt mit vieler Bitterkeit wider die Evangeliſchen ge-
"ſchrieben; enthält aber viele merckwürdige Umſtände,
"und hat ſich ziemlich rar gemacht.,,

Jo. HOEFLERINI Calendarium Romanum magnum. *Oppenheym, per Jac. Röbel.* c. fig. in fol.

Liber perrarus vocatur in *Catalogo* egregio Heukelom-Akerslootiano P. I. p. 72.

Wilh. HOLDERI *de Stutgardia* Mus exenteratus. *Tubingæ* 1593. in 4.

Juvabit hic legere, quæ de Libello hoc rariori habet Jo. Fechtius in *Schediaſmatibus Sacris* pag. 865: "Erat
"Wilhel-

"Wilhelmus Holdervs Vir ingenii ut acerrimi, ita simul "perquam festivi; cujus inter alia Scripta *Mus exenteratus* "eminet, quo tanto lepore simul atque doctrinæ accuratione "& ubertate Transsubstantiationis in Romana Ecclesia παράδοξον ridendum veris & citra adfectum judicantibus rei æstimatoribus exposuit, ut nihil magis optem, quam hunc "Libellum hodie bono publico recudi, atque ab iis, qui "Romanæ Ecclesiæ mysteria non satis penetrant, cum cura "legi.„ Cum hæc scriberet B. Fechtius, jam recusus extabat hic Liber *Tubingæ, typis Mart. Rommesi*, 1688. in 8. quam editionem non satis cognitam Eruditis possidemus.

Blasii Hollerii, *Vinariensis*, Commentarius in Jusjurandum Hippocratis. *Basil. apud Jo. Oporinum*, 1558. in 8.

Rariſſimum esse hunc Libellum indicat doctiſſ. Jo. Henric. Meibomius in *Præfat. Commentarii in Jusjurandum Hippocratis* his verbis: "Quæ Henr. Monantholius in Hippocratis Jusjurandum scripsisse, *Præfat. in Mechanica Aristotelis* commeminit, aut superiori seculo Blasius Hollerius, & non ita pridem Franciscus de Franciscis commentati sunt, nec videri huc usque a me, nec investigari "potuere.„ De Franciſci Commentario in Jusjurandum Hippocratis evolve Georg. Abr. Mercklinii *Lindenium renovatum* p. 286.

Cherſoneſi Cimbricæ, quæ hodie Holsatia appellatur, Annales, ab ultima ejus Antiquitate ex Hiſtoriis fide dignis ante hæc tempora a Viro magni nominis collecti, & nunc a quodam Antiquitatis Studioſo auctiores in lucem editi. *Ex Bibliopolio Frobeniano*, A. 1606. in 4. cum fig. plagg. 22.

Liber infrequens & ſatis anxie quæſitus a Rerum Holſaticarum indagatoribus. Teſtem produco Jo. Möllerum, qui angulos Cimbriæ literatæ omnes fere excuſſit, & Bibliothecas cum publicas tum privatas ſedulo perveſtigavit, in *Iſagog. ad Hiſtor. Cimbricam* P. I. p. 119. ſcribentem: "Scriptum "hoc, cujus in variis Bibliothecarum Catalogis, & Opere "de

" de Rerum Germanicarum Scriptoribus Hertziano obser-
" vavi mentionem, anonymum est, & mihi nondum vi-
" sum. Autorem literis K. B. F, quarum Oedipum etiam-
" num vestigo, designari, Thom. Hyde in *Catalogo Bi-*
" *bliothecæ* Bodlejanæ, & Mart. Lipenius testantur.„ Incidit nuper istud Scriptum diu a nobis desideratum in manus & potestatem nostram. Primo autem intuitu deprendimus, unum idemque illud esse cum *Jonæ* Elverfeldii *Libro de Holsatia ejusque Statu atque Ordinibus;* qui ipse Libellus pertinet ad raro hodie obvios. Rubrum ejus est: *Jonæ* AB ELVERVELT *de Holsatia ejusque Statu atque Ordinibus diversis Classes III. nunc primum Elegiaco Carmine in lucem editæ; quibus Magnifici Nobilissimique D. Henrici Ranzovii, Producis Regii, singulis fere in locis, Historicus Contextus una cum typorum elegantiis accessit. Hamburgi, typis hæredum Jac. Wolfii,* 1592. in 4. Nullam inter utrumque Libellum deprehendi differentiam, Dedicatio etiam est plane eadem, præter quod nomen Jonæ ab Elvervelt mutatum in literas K. B. F. innuentes, ut suspicor, Bibliopolam Frobenium, qui minime novam nobis dedit Libri editionem, sed novum saltem Scripto Elverveltiano præfixit titulum. Id quod satis liquet vel ex Catalogo erratorum, qui in utroque Libro idem est.

HOMERI Ilias, Odyssea, Batrachomyomachia, & Hymni, græce, ex edit. Bern. Nerlii. *Florent.* 1488. fol.

Editio HOMERI omnium prima & rarissima. v. *Catal. Biblioth.* Mencken. p. 140.

Le Baron DE LA HONTAN Suite du Voyage de l'Amerique, ou Dialogues de Luy & d'un Sauvage. *à Londres* 1704. in 8.

Scriptis Atheisticis suo merito adnumerandus. Legatur Rev. Reimmannus in *Histor. Atheism.* p. 423. sq. & inprimis Cl. Bruckerus in *Histor. Crit. Philosoph.* T. V. p. 920.

Roberti HOOCKII Micrographia. *Londini* 1667. in fol.

Rarissima audit Wendlero §. XXIII. En tibi integrum titulum: *Micrographia, or some physiological descriptions of*

of minute Bodies made by magnifiſing glaſſes, with obſervations and inquiries thereupon. Recenſionem hujus Libri habes in *Journal des Sçavans*, An. 1666. pag. 768. ſqq. Conf. *Miſcell. Lipſienſia nova*, T. I. p. 361.

Andr. HOPPENRODII Gräflicher Stamm-Baum. *Straßburg, bey Joſias Rihel*, 1570. fol.

"Dieſes Buch gehöret anitzo unter die Genealogiſchen "und Hiſtoriſchen Raritäten. „ Verba ſunt Jo. Georg. Leuckfeld in *Notis ad* Lezneri *Chronic. Loccumenſe* p. 64. Recenſionem hujus Operis rarioris habes in B. G. Struvii *Biblioth. Saxonica* p. 661. ſqq.

Friderich HORTLEDERS, *Fürſtl. Sächſiſchen Raths zu Weimar*, der Römiſchen Kayſer- und Königl. Majeſtäten, auch des Heil. Römiſchen Reichs Geiſtlicher und Weltlicher Stände, Chur-Fürſten, Fürſten, Grafen, &c. Handlungen, und Ausſchreiben, Sendbriefe, Berichte &c. von den Urſachen des deutſchen Krieges Kayſer Carls des Fünften wider die Schmalkaldiſche Bundes-Obriſte, Chur- und Fürſten, Sachſen, und Heſſen &c. *Frankfurt am Mayn, im Jahr 1617. typ. Hartmanni Palthenii; proſtat apud Rulandios.* in fol.

Opus ſpiſſum, ac ſatis inter Eruditos notum; cujus altera etiam ac locupletior editio curante Genero Hortlederi, Zacharia Prüſchenckio, *Gothæ* 1645. in fol. II. Voll. prodiit. Incepta quoque eſt hujus Operis Continuatio *Motus Grumbachianos* potiſſimum exhibens; quæ tamen juſſu publico inhibita, & quæ jam prelo exierant, ſuppreſſa fuere. Prior tamen editio, quæ jam rareſcere incipit, in pretio eſt habenda, quia in repetita editione quædam ad Ordinum quorundam inſtantiam fuerint immutata; de quo teſtantur *Electa Juris Publici* Tom. V. Burch. Gotth. Struvius in *Biblioth. Saxonica* p. 981. & Jo. Jac. Moſerus in *Bibliotheca Juris Publ.* T. I. p. 314. ſqq. ubi ſatis copioſe Opus illud Hortlederianum recenſetur. Conf. Jo. Dav. Köhlers *deutſche Reichs-Hiſtor.* p. 10.

Mich. HOSPITALII, *Galliæ Cancellarii*, Epistolarum seu Sermonum Libri VI. *Paris. ap. Patisson*, 1583. fol.

Rarioribus adjungendus.

Erasmus VAN HOUWELINGEN Penningboek, inhoudende alle Figuren van Silvere ende Goude Penningen, geslagen by de Graven van Holland, van Dirk de VII. van dien Naam, tot Filippus van Bourgondien toe, met het Leven in't kort van deselve Graven. *Leiden, by Frans van Ravelengen.* in 4.

Ex Dedicatione ad Status Hollandiæ apparet hunc Librum A. 1597. fuisse excusum. Repetita editio *Roterdam.* 1627. in 4. prodiit. Sed utraque editio admodum rara est. Marc. Zuer. Boxhornius suo jam tempore in *Theatro Hollandiæ* p. 107. scribit: "De his aliisque æreis, argenteis, "aureisque Nummis ab Hollandiæ Comitibus Dordrechti "olim cusis, singularem Libellum scripsisse dicitur Erasmus "AB HOUWELINGEN, ipse Dordracenus, in quo singu- "lorum formas, figuras & circumscriptiones accurate ex- "pressit, sed quæsitum diu invenire non licuit. „ Utramque editionem hujus Libri recenset Adrian Pars in *Indice Batavico* p. 363. sq.

Samuelis HVBERI Anti-Bellarminus. *Goslariæ* 1607.

Dubitat quidem Adr. Bailetus des *Satyres personnelles* T. I. p. 82. 84. sqq. hunc Librum extare; licet fuerint, qui affirmant, se illum vidisse. Sed omnino extat, estque mihi ad manus; impressus tamen non in 8vo, ut perperam scribit Bailletus, sed in folio. En titulum: *Anti-Bellarminus, h. e. Confutatio eorum, quæ adversus Christianam Fidem pro tuenda Pontificia sua Religione Tomis disputavit quatuor Robertus Bellarminus, a Sam.* HVBERO, *D. Helvetio Bernate. Opus, in quo Libris VI. tota Romana Babylon, scortationum & abominationum mater, quam Bellarminus Pocillator & Proditor ejus in lucem produxit, ex imis evertitur fundamentis. Liber I. Methodi rationem aperiet Præfatio*

ad

ad lectorem. In fine Operis copiosus Index subjicietur. Goslariæ, ex offic. Jo. Vogdii, An. 1607. in fol. Lib. II. *ibid.* 1608. Lib. III. *ibid.* 1608. Lib. IV. *ibid.* 1608. Lib. V. *ibid.* 1608. Lib. VI. *ibid.* 1609. in fol. Interim tamen non adeo frequens est hic HVBERI Liber, & in ipsa Germania aliquanto rarior; quod vel exinde patet, quia Tomus VI. in cujus Dedicatione Historia Controversiæ Huberianæ ab ipso Hubero enarratur, Jo. Andr. Schmidio, omni adhibita diligentia, numquam fuit visus, ut ipse confitetur in *Dissertat. de Sam.* HVBERI *Vita, fatis & Doctrina* p. 86. Caussa raritatis sine dubio hæc est, quia hic Liber diversis annis, & forte propriis Auctoris sumtibus, prodiit, qui illum, narrante Schmidio in *Dissertat. cit.* p. 74. ad varias Civitates Virosque eruditos & Litterarum Fautores in subsidium ac solamen paupertatis suæ transmisit.

HVGONIS *Floriacensis* Chronicon, ex Museo & cum Notis Bernh. Rottendorfii. *Monasterii, apud Bernh. Raesfeld*, 1638. in 4.

Liber rarissimus, Lambecio numquam visus, cum in *Bibliotheca Vindobonensi* hunc inter ineditos recenseat. Vid. *Biblioth.* Hasæana p. 367.

HVMBELOT, *Doct. Sorbonnici*, Sacrorum Bibliorum Notio generalis, seu Compendium Biblicum in usum Theologiæ Candidatorum. *Paris.* 1700. in 8.

Librum hunc in Gallia fisco fuisse addictum propter doctrinas quasdam de infallibilitate Pontificis R. & Versionibus Bibliorum in linguas vulgares, de quibus Autor asserit, *esse hoc opus Satanæ transfigurantis sese in angelum lucis*, narratur in den *Monathlichen Auszügen, Hannoveræ* editis anno 1700. p. 439.

Zachariæ HVMERI *Smalandi, Historiarum in Acad. Upsaliensi Professoris*, Historia Holsatiæ.

Hic Liber, si extat, quod Bibliophilis indagandum relinquimus, rarioribus inter rarissimos adnumerandus est. Extare autem, & An. 1649. in 8. excusum esse, asserunt

Catalogus Biblioth. Steenbuchianæ Hafnienſis, & Martinus Lipenius in *Bibliotheca Philoſoph.* Verum cum nulla Opuſculi hujus mentio in Scriptorum HVMERI recenſu vel apud Schefferum in *Svecia Literata*, vel apud Wittenium in *Diario Biograph.* ad ann. 1650. reperitur; haud immerito cum aliis vereor, ne *Hiſtoria* hæc *Holſatiæ* fruſtra in omnibus vel Svecorum vel Holſatorum Bibliothecis quæratur, & per errorem quendam in locum *Operis de Arte Hiſtorica*, eodem anno, eademque forma *Upſal.* ab HVMERO editi, ſubrepſerit. Conf. Jo. Molleri *Iſagoge ad Hiſtor. Cherſon. Cimbric.* P. I. p. 127.

Wigulei HUND *von Sultzenmos* Bayriſcher Adelicher Stamm-Baum. *Ingolſtadt.* Tom. I. 1581. Tom. II. 1598. in fol.

Liber perrarus. v. Jo. Hübneri jun. *Biblioth. Genealogica* p. 429. ſqq. Tertius Tomus, qui adhuc ineditus eſt, extat in Bibliotheca perilluſtr. Dn. de Krafft. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. III. p. 58.

HVNGARICARVM Rerum Scriptores varii, Hiſtorici, Geographici: ex veteribus plerique, ſed jam fugientibus editionibus revocati; quidam nunc primum editi. *Francof. ap. hered. Wechelii*, 1600. fol.

Liber hodie perrarus; ſed recuſus nuperrime *cura Jo. Georg. Schwandtneri Viennæ.*

Aegidii HVNNII Anti-Becanum laudat Adrian. Bailletus *des Satyres perſonnelles* pag. 75. haud obſcure innuens, ſe eum & vidiſſe & legiſſe; cum tamen nemo eorum, qui Aegid. HVNNII Scripta recenſet, Anti-Becani ejus mentionem faciat. Hinc non ſine cauſſa de exiſtentia hujus Libri dubitat V. Cl. Jo. Franc. Buddeus *Iſagog. ad Theol.* p. 1251.

Jo. Hvss de Anatomia Antichriſti Liber unus. De Myſteriis iniquitatis Antichriſti &c. Item Fragmentorum Collectanea cum Othonis Brunn-

Brunnfelsii Appendice. in 4. sine loco & anno.

Libris inter rariores rarissimis adnumeratur hæc editio.

Joannis Hvss & *Hieronymi* Pragensis Historia & Monumenta. *Norimb.* 1558. in fol.

Opus perrarum in Auctione *Bibliothecæ* Bentesianæ *Amst.* 1702. divenditum pro 30. floren. Etsi enim recusum fuerit An. 1715. hæc tamen editio æstimatur & magno pretio divenditur.

Jo. Hvssi Epistolæ, cum Præf. M. Lutheri. Accessit Historia Jo. Hussi. *Vitemb. apud Jo. Luft*, 1537. in 8.

Egregium Historiæ Ecclesiasticæ cimelium, nec facile obvium. Vid. *Biblioth.* Reimmann. p. 377. Gerdes *Florileg. Librorum rarior.* p. 55.

Ulrici Hvtteni Scripta pleraque, de quibus curate & erudite agit Cl. Jac. Burkhardus in *Comment. de ejus vita & meritis*, itemque Jo. Frid. Christius in *Commentat. de moribus, Scriptis & imaginibus Ulrici* ab Hvtten, *Halæ* 1727. in 4. His adde Jo. Gerh. Meuschenii *Vitas summorum dignitate & eruditione Virorum*, in *Præf.* Tom. I. & Sam. Engel *Catal. Librorum rariss.* p. 80.

Thom. Hyde Historia Religionis veterum Persarum eorumque Magorum. *Oxon. e Theatr. Sheldon.* 1700. 4. *Ejusd.* de Ludis Orientalibus Libri II. *Oxon. e Theatr. Sheldon.* 1694. in 8.

Libri hi vix in Anglia comparari possunt; in Germania autem pauciss imorum manibus teruntur, & frustra in plerisque Bibliothecis quæruntur. Prior copiose recensetur in *Nachrichten von der Thomasischen Biblioth.* p. 211. sqq.

Andreæ Hyperii de Theologo, seu de ratione Studii Theologici Libri IV. cum gemino Rerum & Verborum, Locorumque Scripturæ

obiter explicatorum Indice. *Basileæ, ex offic. Oporini*, 1582. in 8. pp. 756.

Satis nota est Eruditis præstantia & raritas hujus Libri, cujus novam editionem quondam promisit τοῦ ἐν ἁγίοις Jo. Herm. ab Elswich in *Notis ad Concion. Jubil. Stadens.* p. 15. Jo. Frid. Mayerus in *Dissertat. de Studiorum mutat.* §. 7. scribit: "Is Liber præda habetur ejusmodi, quæ in pau-"corum cassos incidat.„ Conf. Jo. Fr. Buddeus in *Isagog. ad Theolog.* p. 14. Diversus a Libro *de ratione Studii Theologici* est alius ejusdem Hyperii Liber itidem infrequens, quique cum priori confundi a pluribus solet: *Methodi Theologiæ, sive præcipuorum Christ. Religionis Locor. Communium Libri III. jam denuo in lucem editi. Adjecta est de ejusdem Hyperii Vita & Obitu D. Wigandi Orthii Oratio. Basileæ, ex offic. Oporiniana*, 1568. in 8. *Andreæ* HYPERII *varia Opuscula Theologica, Basileæ in offic. Oporin.* 1570. 1571. in 8. excusa iterum in pauciſſimis manibus sunt. An Hyperius Reformatæ Ecclesiæ Doctoribus adnumerandus? cum Academiam Marpurgensem, in qua docuit, eo tempore nostræ Ecclesiæ sacra secutam constet, non sine causa quæritur. Vid. Buddeus *l. c.* qui etiam de plagio a Laurentio Villavicentio, Hispano, in Hyperium commisso, lectu digna annotavit.

Jo. DE HYPERIIS Reformier-Spiegel des weltlichen Pabsts und wahren Antichrists zu Rom, mit 132 magischen Figuren und 27. grausamen Wunder-Wercken. Mit Kupfern illustrirt. In II. Theilen. A. 1620. in 4.

Rariſſimis Scriptis adnumeratur a Jo. Lud. Bunemanno in *Catalogo Librorum rarior.* p. 98.

Le

I.

Le Bibliothequaire universel par le *P. Louis* Jacob. *à Paris* 1668. in 8. II. Voll.

De Libro hoc, mihi hactenus prorsus incognito, hæc leguntur in *Bibliotheca* Heukelom-Akersloot. T. II. p. 339: "On ne trouve que par hazard le premier volume, & le "second rarement.„ Est mihi ad manus *R. P. Ludovici* Jacob, *Cabilonensis Carmelitæ, Bibliographia Gallica universalis, h. e. Catalogus omnium Librorum per universum Galliæ Regnum annis* 1643. 1644. 1645. *inclusive excusorum Parisiis sumtibus Roleti le Duc* 1646. in 4. Ejusd. *Bibliographiæ Gallicæ universalis Annus* 1646. *Parisiis, sumtibus Jo. Camusat, & Petri le Petit,* 1647. in 4. Ejusd. *Bibliographia Anni* 1647. & 1648. *ibid. apud Sebast. & Gabr. Cramoisy,* 1649. in 4. Ejusd. *Bibliographia Anni* 1649. *ib.* 1651. in 4. Ejusd. *Bibliographia Anni* 1650. *ib.* 1651. in 4. Prodierunt etiam *Anni* 1651. 1652. & 1653. Opus itidem rarissimum. Biographia Ludov. Jacobi a S. Carolo legitur in *Histoire Critique des Journaux* par Mr. Camusat p. 127. sqq. Catalogum Scriptorum editorum & affectorum habes in Antonii Teisserii *Catalogo Autorum & Bibliothecarum* p. 223. sq.

Magdalii Jacobi Correctorium Biblicum difficilium quarundam dictionum luculenta interpretatione. A. 1538. in 4.

Librum hunc insigniter rarum data opera recenset doctissimus nobisque amicissimus Jo. Henricus von Seelen in *Commentatione de Magdalii* Jacobi *Gaudensis laboribus Biblic. Lubec.* 1728.

R Jacobi *Zaddick f. Justi* Descriptio Terræ sanctæ, hebraice & latine, per Tabulas. *Hamburgi* 1633. in fol.

Liber summe rarus vocatur in *Catal. Biblioth.* Schalbruch. T. I. p. 8. Conf. Jo. Chr. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. I. p. 612.

R. JACOB *Raphaël. fil. Schemuel*, Omek Halacha s. Profunditas Constitutionis, ubi exposuit Halachot Talmudis difficiliores; additis, quæ lucem affundant, figuris. *Cracoviæ* 1598. in 4.

Liber est rarissimus, quem in Bibliotheca Bodlejana, & Oxonienſibus aliis frustra quæsitum, in Cantabrigiensi tandem sibi ut cimelium singulare ostensum fuisse, scribit Theod. Dassovius in *Dissertat. de Signo Crucis* §. 10.

Thomæ JAMES Bellum Papale inter Sixtum V. & Clementem IIX. *Lond. apud Jo. Dunmore*, 1678. in 8.

Raro obvius & infrequens Liber.

Gysbert JAPIKSS Friesse Rymeleryen in trye Dielen forschaet. *Gedruckt tot Leeuwarden* 1681. in 4.

Librum hunc rarissimum esse tum alibi, tum in ipsa etiam Frisia, testatur Cl. von Seelen in *Memor. Stadeniana* p. 98. Leguntur hic quædam etiam ad Grammaticam spectantia, ad linguam Frisicam, & prima illius elementa ante centum quinquaginta & quod excurrit annos conscripta. Conf. Adr. Pars *Index Batavicus* p. 350. sq.

Pierre DU JARRIC Histoire des choses plus memorables avenuës tant en Indes Orientales, qu' autres pays de la decouverte des Portugais, en l'établissement & progrés de la Foi Chrêtienne. *à Bourdeaux* 1608. in 4. III. Voll.

Raritas hujus Libri indicatur in *Biblioth. Anonym.* T. II. p. 180. his verbis: "Cet Ouvrage est de la derniere rareté, "& ne se trouve presque jamais aussi complet que celuici.„ Possidemus latinam hujus Operis Versionem æque minus obviam: *R. P. Petri* JARRICI, *Tholosani, Soc. Jesu, Thesaurus rerum Indicarum, in quo Christianæ ac Catholicæ Religionis tam in India Orientali, quam aliis Regionibus Lusitanorum opera nuper detectis, Ortus, Progressus & Incrementa recensentur; Opus nunc primum a Matth. Martinez e gal-*

e gallico in latinum sermonem translatum. Colon. Agripp. sumtibus Petri Henningii, 1615. in 8. II. Vol.

Pierre JARRIGE les Jesuites mis sur l'Echafaut pour plusieurs crimes capitaux par eux commis dans la Province de Guienne. *Leyde* 1648. in 8.

Liber longe rarissimus, de quo uberius consuli potest Jo. Henr. Hottingeri *Hist. Eccles.* T. V. p. 504. sq. Nos possidemus: *Jesuita in ferali pegmate ob nefanda crimina in Provincia Guiennea a Petro* JARRIGIO *constitutus e Gallico Latinitate donatus, cum Judicio generali de hoc Ordine. Lugd. Batav.* 1665. in 12. pp. 264.

ICONES Principum, Ducum, & Legatorum, qui &c. vid. PACIFICATORES.

JESVS Christ sous l'Anatheme. *Amsterd.* 1731. in 8. pl. $4\frac{1}{2}$.

Scriptum exagitans Constitutionem *Unigenitus*, de quo sequentia leguntur in *Nov-Antiquis Theologicis An.* 1734. p. 1136: "Am 4. Novembr. 1734. ist zu Rom das Buch, "*Jesus Christ sous l'Anatheme*, das wir A. 1732. p. 825. "recensiret haben, durch den Scharfrichter verbrannt "worden."

Doctrinæ JESVITICÆ præcipua Capita, a doctis quibusdam Theologis, quorum Libri sequenti pagina continentur, retexta, solidis rationibus testimoniisque Sacrar. Scripturarum, & Doctorum veteris Ecclesiæ confutata. Editio altera priori emendatior, duplo auctior. *Rupellæ, apud Theoph. Regium*, 1584. sqq. in 8. VI. Tomi.

Opus non frequenter obvium, cui pretium IIX. taleror. statuit illustr. Uffenbachius in *Catalogo Biblioth.* pag. 87. Autores in quolibet Tomo comprehensos recenset Christ. Aug. Salig in *Histor. August. Confess.* T. II. p. 178. sqq.

Imago primi Seculi Societatis Jesv a Provincia Flandro-Belgica ejusdem Soc. Jes. repræsentata. *Antwerpiæ* 1641 in fol. pp. 952.

Liber admodum rarus, refertus pluribus Emblematibus affabre æri incisis. Autor est Jo. Tollenarius, prout ex P. Jo. Drews *Fastis Soc. Jes.* p. 127. referunt Collectores *Nov-Antiquor. Theolog. A.* 1729. p. 291.

Constitutiones Societatis Jesv, lingua hispanica Autore Ignatio Loyola, Fundatore illius Sectæ, conscriptæ, a Johanne autem Poloneo, Jesuita Hispano, in latinum sermonem conversæ. in 8.

Raritatem & fata hujus Libri enarrat Gerhardus a Mastricht in Placcii *Theatro Anonymor.* p. 125. & ex Mastrichtio Groschufius in *Præfat. novæ Collectionis Libror. rarior.* p. 22. Nimirum, cum Patres Ignatiani dictas *Constitutiones Antwerpiæ IX. Voluminibus* imprimi curarent, & aliis nollent arcana sua communicari, duo semper Patres prelo adsidebant, qui velut e specula prospicientes operarum manus diligenter observarunt, ne quod folium in alienas manus perveniret. Neque vero res infeliciter successit. Arcana hæc sibi erant propria, sibi hæc solum adservabant, nec cuique, sed iis tantum, qui quartæ professionis Socii, & in peregrina loca dimittuntur, credebantur. Tempore autem Cromwelli quidam Patres contra Edicta in Anglia deprehensi & carceri mancipati sunt; apud quos cum Constitutionum earum Exemplar Antwerpiense offendissent, *Amstelodamum* illico transmissum, & *Jo. Scippero* ad excudendum fuit concreditum, qui feliciter partibus suis defunctus, ad prioris editionis habitum omnia tam accurate expressit, ut parum abesset, quin similitudine exemplorum decepti Patres illud novum pro Antwerpiensi veteri & genuino agnoverint; sed in fronte Libri nonnullæ adparebant litteræ distantes aliquantulum a veteri exemplo, unde rem facile olfecerunt. Interea Jesuitæ cuncta Exemplaria a Typographo memorato redimere voluerunt, si jurejurando se obstringere vellet, se nulla retenturum. Quod ille recusavit: multa enim Exemplaria distracta

distracta fuere, quorum unum Gerhardus a Mastricht oculis ipse usurpavit; qui nihil etiam dubitat, quin convenerint inter se, & omnia pretio exsoluto coëmerint Patres. Retulit mihi nuperrime Bibliophilus, se possidere *Constitutiones S. J.* a Thoma Fritschio *Lipsiæ* ad editionis Antwerpiensis habitum accurate & feliciter expressas.

Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesv, a Petr. Ribadeneira incepta, a Phil. Alegambe & a Nath. Sotvello continuata.

Rarioribus Libris cunctæ huius Operis editiones adnumerandæ sunt. Primus Autor fuit *Petrus Ribadeneira*, qui *Catalogum Scriptorum Societatis* Jesv A. 1608. *Antwerpiæ typis Plantinianis* evulgavit. Recusus est *Lugduni apud Jo. Pillehotte* 1609. in 8. additis correctisque nonnullis, quæ de Scriptoribus Gallicanis Petro Ribadeneiræ minus fuerant explorata. Post paucos annos insigni auctario opera Andr. Schotti *typis* rursum *Plantinianis apud Viduam & Filios Jo. Moreti Antwerpiæ* 1613. in 8. pag. 380. lucem adspexit. Insecuta est A. 1643. editio nova ingenti novorum Scriptorum numero adaucta. Inscriptio est: *Bibliotheca Scriptorum Societatis* Jesv, *post excusum A.* 1608. *Catalogum R. P. Petri Ribadeneiræ, Societ. ejusdem Theologi; nunc hoc novo apparatu Librorum ad annum reparatæ salutis* 1642. *editorum concinnata, & illustrium Virorum elogiis adornata a Philippo Alegambe, Bruxellensi, ex eadem Societate Jesu. Accedit Catalogus Religiosorum Societatis Jesu, qui hactenus pro Catholica fide & pietate in variis Mundi plagis interempti sunt. Antwerpiæ, apud Jo. Meursium,* 1643. in fol. pp. 586. Carere tamen possumus recensitis hisce editionibus, postquam Nathanaël Sotvellus, ejusdem Societatis Presbyter, in editione quinta ea adjecit, quæ sibi ipsi & Phil. Alegambe per novennium, in quo post editionem Bibliothecæ suæ vixit, observata fuerant. Excusa est ista editio hoc titulo: *Bibliotheca Scriptorum Societ.* Jesv, *a Petro Ribadeneira inchoata, a Phil. Alegambe continuata, a Nathanaële Sotvello ad ann.* 1675. *producta. Romæ* 1677. fol. Ingentis autem hæc postrema editio est raritatis, & in Auctione Bibliothecæ Ittigianæ pretio XX. imperial. fuit diven-

divendita. Conf. Thom. Ittigii *Schediasm. de Autoribus, qui de Script. Eccles. egerunt*, p. 47. sqq. *Thesaurus Bibliothec.* T. IV. p. 85.

Ratio, atque Institutio Studiorum Societatis Jesv, per sex Patres jussu R. P. Præpositi Generalis deputatos conscripta. *Romæ* 1586.

Liber a Jesuitis penitus suppressus. "On pretend, qu'il "n'y en a qu'un Exemplaire en France,, verba sunt Sainjorii vel Rich. Simonii in *Biblioth. Crit.* T. III. p. 73. sqq. 83. sqq. Conf. Tom. II. p. 371. & *Lettres Choisies* Tom. I. p. 352. sqq. ubi satis copiose de hoc Libro disserit, & observat, illum adeo rarum esse, "qu'elle ne se trouve dans "aucune Bibliotheque des Jesuites de France. ,,

Teatro Jesuitico apologetico discurso con saludables y seguras dotrinas por el Dotor Francisco de la Piedad. *En Coimbra, ap. Guil. Cendrat*, 1654. in 4.

Scriptum famosissimum, atque omnium sane Librorum rarissimum, quod tribus circiter alphabetis constat, & Jesuitarum fraudes, Sodomiam, aliaque immania crimina, vivis, quod ajunt, coloribus depingit; qua de causa ab iisdem Theatri hujus Exemplaria sollicite conquisita, & suppressa sunt, adeo ut præter illud, quod in Bibliothecam Regiam Parisiensem ex Bibliotheca Telleriana translatum est, nullum aliud Librorum curiosorum sectatori se hactenus obtulerit. Vid. Cl. Aug. Bayeri *Memor. Libror. rarior.* p. 96. De Autore hujus Libri non satis constat inter Eruditos, quorum de hac re lites satis copiose exponuntur in Placcii *Theatro Pseudonymor.* p. 507. sqq. & Bayeri *Memoriis* p. 93. sqq. Unum hoc ex Symbola Mastrichtiana apud Placcium p. 509. notandum duximus, *Theatrum Jesuitarum* duabus partibus constare, in quarum prima dogmata quædam examinantur; in secunda parte, quæ etiam *Belgice* versa An. 1681. in 8. *Amstelodami*, ut creditur, prodiit, recensentur facta Jesuitarum turpiora.

Regulæ

Regulæ Societatis JESV. *Lugduni, ex typ. Jacobi Rouſſin*, 1604. *Superior. permiſſu.* in 8. pagg. 230.

Hic integer titulus eſt Libelli rarioris, qui extat in noſtra Bibliotheca. Pleraque enim Scripta Anti-Jeſuitica rara ſunt, avide coëmta, ſolliciteque ſuppreſſa.

JESVITA Sicarius. v. APOLOGIE pour Jean Chaſtel.

JESUITEN-Koſt. v. PAPEKOST.

Thomæ a JESV, *Biatienſis, Ord. Carmelitar. Diſcalc. in Belgio Superioris*, de procuranda Salute omnium Gentium, Schiſmaticorum, Hæreticorum, Judæorum, Saracenorum, cæterorumque Infidelium, Libri XII. quibus impiiſſimarum Sectarum, maxime orientalium, ritus ad Hiſtoriæ fidem narrantur, errores ad veritatis lucem confutantur. *Antwerp. ſumtibus Viduæ & Hæred. Petri Belleri*, 1613. in 4. pagg. 926.

Opus infrequens ac rariſſime occurrens, ſed laude dignum, quod copioſe recenſetur a Rich. Simon *Biblioth. Choiſ.* T. I. p. 297. ſqq. Conf. *Merkwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresd.* T. II. p. 495.

Jo. JEVERI, *Wiburgenſis*, Verzeichniſs allerhand Pietiſtiſcher Intriguen und Unordnungen in Litthauen, vielen Städten Teutſchlandes, Hungarn, und America. A. Chr. 1729. in 8. 11. plag.

Scriptum hoc Hamburgi A. 1729. d. 12. Sept. per carnificem publice fuit combuſtum.

Jo. JEZLERI de Diuturnitate Belli Euchariſtici Liber unus. *Tiguri* 1584. in 8.

Vid. *Biblioth. Bremenſ.* Cl. IV. p. 532. ſqq. D. Gerdes *Florileg. Librorum rarior.* p. 65.

IGNA-

IGNATII Epistolarum septem genuinarum, *Oxonii in Theatro Sheldoniano* An. 1708. in 8. typis exscriptarum, centum duntaxat exempla impressa sunt. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 391. sqq.

Jac. Wilh. IMHOFII Notitia S. R. G. I. Procerum, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium, Historico-Heraldico-Genealogica. Editio V. Studio & opera Jo. Dav. Kœleri. *Tubingæ, sumtibus Jo. Georg. Cotta*, 1734. fol.

Ingentem raritatem exemplorum incastratorum hujus Libri cognoscere potes ex his Cl. Kœleri verbis in *Müntz-Belustigungen* T. XV. p. 302: "Die Ungnade gegen die "Grævenitze erstreckte sich auch gar so weit, dass in der von "mir zu Tübingen A. 1734. herausgegebenen IMHOFII "*Notitia* Tomo II. Lib. IIX. Cap. IV. p. 13. *Comitatus* "*a Grævenitz* gantz musste vertilget werden; wodurch "denn alle Exemplaria sind mangelhaft gemacht worden, "bis vielleicht auf etliche wenige, welche noch vor diesem "strengen Vernichtigungs Befehl in die Welt ausgeflogen "sind. Dahero ich denjenigen, welcher ein solches noch "unverletztes und vollständiges Exemplar besitzet, hiemit "freundlich ersuche, mir von angezeigtem ausgewetzten "Capitel eine Abschrift zu grosser Gefälligkeit zukommen "zu lassen, damit ich mein solchergestalt verstümmeltes "Buch wieder ergæntzen kann.„

Jo. IMPERIALIS, *Philos. & Med. Vicentini*, Musæum Historicum & Physicum; In primo illustrium Virorum imagines ad vivum expressæ continentur, additis elogiis, eorundem vitas & mores notantibus; in secundo animorum imagines, sive ingeniorum naturæ, differentiæ, causæ ac signa physice perpenduntur, adeo ut artis exactissimæ loco possit esse dignoscendi, ad quam quisque artem ac scientiam sit habilis. *Venetiis, apud Juntas*, 1640. in 4.

Opus

Opus rarum, in quo LVI. icones satis elegantes continentur. Vid. Sigism. Jacobi Apini *Anleitung, wie Bildnisse gelehrter Mænner zu sammlen*, p. 145. *Catal. Biblioth.* Reimmann. T. II. p. 110.

Melch. INCHOFERI Annales Ecclesiastici Regni Hungariæ. Tomus I. *Romæ, typ. Lud. Grignanini*, 1644. in fol.

Liber perrarus, cujus Tomus II. nunquam prodiit. Vid. *Catalogus Biblioth.* Jo. Burch. Menckenii p. 378.

INDICES Librorum prohibitorum & expurgandorum.

Rarioribus Libris adnumerari possunt, & præcipue illæ *Indicum Expurgatoriorum* editiones, quæ ab ipsis Pontificiis curatæ sunt, quia ab iis studiose celantur. Destituimur adhuc in Republica literaria Historia Librorum prohibitorum, & Bibliotheca Historico-Critica Indicum Librorum prohibitorum, quæ exhibeat varias eorum editiones, accessiones, detractiones, vicissitudines, utilitates, errata, arcana, omissa, suppressa &c. Vid. Jo. Frid. Reimmannus in *Catal. Biblioth.* T. II. p. 744. Index quidem Indicum Librorum prohibitorum extat in Joan. Alb. Fabricii *Centifolio Lutherano* P. II. p. 549. sed imperfectus admodum, judice Reimmanno *l. c.* & tantum distans ab absolutione, ut primæ lineæ ductæ sint tantummodo. En tibi nonnullorum INDICVM rarissimorum titulum:

INDEX expurgatorius Librorum, qui hoc Seculo prodierunt, vel doctrinæ non sanæ erroribus inspersis, vel inutilis & offensivæ maledicentiæ fellibus permixtis, juxta Sacri Concilii Tridentini Decretum; Philippi II. Regis Catholici jussu & autoritate, atque Albani Ducis consilio ac Ministerio in Belgio concinnatus An. MDLXXI. Cum Signo Typographico Philippi II. Regis. *Antwerpiæ, ex offic. Christoph. Plantini, Proto-Typographi Regii*, 1571. in 8.

Editio

Editio rariſſima *Leodii impenſis Henr. Hovii* 1569. in 8. jam excuſa, ſed nobis forte penitus incognita, niſi exemplum ejus miro fato in manus Franciſci Junii incidiſſet, qui iſtud ſub prelum ire juſſit, *Lugduni* primum *apud Joann. Mareſchallum* 1586. in 12. Recuſa fuit poſtmodum hæc editio variis Acceſſionibus *a Jo. Pappo, Theologo Argentoratenſi, Argentorati impenſis Lazari Zetzneri*, An. 1599. in 12. iterumque una cum *Indice expurgatorio D. D. Caſp. Quirogæ Argentor.* 1609. in 8. & *Hanoviæ*, 1611. in 8. Conf. *Theſaur. Bibliothec.* T. I. p. 13. 14.

Salmant. 1601 8.

INDEX Librorum expurgatorum Illuſtr. ac D. D. Rev. Caſp. Quirogæ juſſu editus. *Madriti* 1584. in 4. *Salmant.* 1601. in 4.

INDEX Librorum prohibitorum cum Regulis confectis per Patres a Tridentino Synodo delectos: Auctoritate Pii IIII. primum editus, poſtea vero a Sixto V. auctus, & nunc demum S. D. N. Clementis Papæ IIX. juſſu recognitus & publicatus; Inſtructione adjecta de exequendæ prohibitionis, deque ſincere emendandi & imprimendi Libros ratione. *Venet.* 1596. in 12. *Taurini* 1597. in 12. *Coloniæ, apud Goſuinum Cholinum*, 1598. in 12. 7. plag.

INDEX Librorum prohibitorum & expurgandorum D. Bernardi de Sandoval, & Roxas, Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani autoritate & juſſu editus. *Madriti* 1612. & *Panormi* 1628. in fol.

INDEX Autorum damnatæ memoriæ, tum etiam Librorum, qui vel ſimpliciter, vel ad expurgationem usque prohibentur, vel denique jam expurgati permittuntur. In III. Partes diſtributus, editus autoritate Ferdin. Martini Maſcaregnas, Algarbiorum Epiſcopi. *Ulyſſiponæ* 1624. fol.

Novus

Novus INDEX Librorum prohibitorum & expurgatorum Antonii Zapatæ, Cardinalis, & Inquisitoris Generalis. *Hispali* 1631. in fol.

INDEX Librorum prohibitorum & expurgatorum novissimus, Antonii a Sotomajor jussu ac studiis luculentissime ac vigilantissime recognitus. *Madriti* 1662. in fol.

Hanc editionem *Genevenses* An. 1667. recuderunt. Vid. *Thesaurus Bibliothec.* T. II. p. 255.

INDEX Librorum prohibitorum, Alexandri VII. jussu editus. *Romæ* 1667.

Vid. *Hamburgische Berichte* 1736. p. 87.

INDEX expurgatorius Librorum prohibitorum, & expurgandorum pro Catholicis Hispaniarum Regnis Philippi V. Regis Catholici de Consilio supremi Senatus Inquisitionis Generalis. *Madriti* 1707. in fol.

Conf. *Act. Erudit.* 1709. p. 143.

INDEX Librorum prohibitorum usque ad ann. 1711. regnante Clemente XI. P. O. M. *Romæ* 1711. 8.

INDEX Librorum prohibitorum usque ad ann. 1717. regnante Clemente XI. P. O. M. *Romæ* 1717. in 8.

INDEX Librorum prohibitorum, Innocentii XI. Pontificis M. jussu editus. Juxta Exemplar Romanum recusus *Pragæ* 1726.

Vid. *Hamburgische Berichte* 1736. p. 87.

INEPTVS Religiosus ad Mores horum temporum descriptus. M. J. S. An. 1652. in 12. plag. 2½.

Libellus summe rarus; at malus, & impius. Exemplari, quod benevole ex instructissima sua Bibliotheca mecum communicavit S. Rev. Gœring, Superint. Mindensis, hæc erant

in limine adscripta: *Mente cares, si res tibi agitur seria. Rursus fronte cares, si sic ludis amice Faber. Hæc sunt Erasmi verba, alia occasione prolata, in hunc Libellum optime quadrantia.* Conf. *Biblioth. Mixta Hamburg.* T. III. p. 581. Adscribere libet, quæ §. 45. leguntur, & Autoris mentem produnt: "Omnes Quæstiones & Controversias "ab ovo, quod dicitur, semper incipito. Nihil suppone. "Semper quæras: An Christus fuerit in rerum natura?„

Divi Marsilii INGHEN, *Doctoris clarissimi*, in quatuor Sententiarum Libros Opus præclarum, Summi Dei munere gratioso sic reductum in lucem. *Ex offic. Martini Flach jun. Civis Argentin.* A. D. 1501. fol.

Georg. Jac. Schwindelii *Notitia Libri hujus* admodum rarissimi legitur in den *Fränckischen Actis* T. I. p. 193. sqq. ut & in elegantissimis *Nachrichten von raren Büchern*, quos idem Vir doctissimus sub larva Theoph. Sinceri latens edere cœpit T. II. p. 453. De Marsilio AB INGHEN v. Gerdes *Florileg. Libr. rar.* p. 57. sqq.

INQVISITIO & Detectio horribilis Homicidii Comitis de Essek.

Hic Liber anglice, belgice & gallice editus postea in Hollandia sub pœna 200. imperialium prohibitus est, ut docet Gerhardus a Mastricht apud Placcium in *Theatr. Anonym.* p. 224. Autor ibidem nominatur Robertus Fergusson.

INSTRVCTION du Roy de France dans l'Exercice des Troupes de Cavallerie & d' Infanterie representée en 148. planches parfaitement bien gravées.

De Opere hoc sequentia leguntur in *Biblioth. Anonym.* T. I. p. 85: "Cet Ouvrage est de la derniere rareté, aiant "été fait aux depens du Roi, qui en a les planches dans son "Cabinet, dont les Estampes n'ont jamais été rendues "publiques.„

Agostino INVEGES Annali di Palermo, III. Voll. in fol. Vol. I. titulum habet Palermo Anti-

Antico. *In Palerm.* 1649. Vol. II. Palermo Sacro. *ibid.* 1650. Vol. III. Palermo Nobile. *ibid.* 1651. cum fig.

Liber in ipsa Italia perrarus, cujus prima quidem pars latine versa legitur Tom. XIV. *Thesauri Antiquitatum & Historiarum Siciliæ*, sequentes tamen Operis Partes adhuc desiderantur.

JOACHIMI, *Abbatis Florensis*, Scripta, *Venetiis* partim, partim *Coloniæ* edita.

Rarissima sunt, ut docet Jo. Matth. Gesnerus *de Biblioth. Ducali Vinarienſ.* p. 49 Recenset hæc scripta, & Auctores de JOACHIMO *Abbate* agentes larga ut solet manu indicat doctiss. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latinit.* T. IV. p. 107. sqq.

Georg. Christiani JOANNIS Rerum Moguntinarum Scriptores, Tomi II. *Francof.* 1722. Tom. III. *ibid.* 1727. in fol.

Exemplaria hujus Libri fere omnia in nupero incendio Francofurtano periere. Vid. *neue Zeitungen von gelehrten Sachen*, An. 1726. p. 533. Hinc Liber non minoris est raritatis, quam fuit ex editione prima *Hanoviensi* 1619. fol. Vid. *Thesaur. Bibliothec.* Tom. IV. p. 214. sq. Exemplar, quod fuit in Bibliotheca Gundlingiana, divenditum fuit pro 26. taleris.

Wolfgangi JOBST kurtze Beschreibung des gantzen Chur-Fürstenthums der Marck Brandenburg. *Franckfurt an der Oder* 1572. in 4. *Ejusd.* de Antiquitate & Origine Familiarum Marchionum Brandenburgensium; it. de Vita & rebus gestis Alberti Marchionis, Teutonici Achillis. *ibid.* 1569. in 4. *Ejusd.* Genealogiæ septem insignium & antiquarum Familiarum Marchionum, & Principum Electorum inclytæ Domus Brandenburg. utriusque sexus; his additæ Marchionum Soltwedelensium in Veteri

Marchia ex Familia Aſcania & Anhaltina, & Regulorum Herulorum, Obotritorum, & Vandalorum in Marchia Brandenburgenſi & Ducatu Megapolenſi Succeſſiones & Proſapiæ. *Francof.* 1571. in 4. *Ejusd.* Genealogia der Fürſten und Hertzogen in Pommern, Stetin, der Caſſuben und Wenden, auch in Rügen und in Pomerellen. *ibid.* 1573. in 4.

Scripta hæc Jobſtii, vel ut latina lingua vocatur Juſti, vix in centeſima Bibliotheca reperiuntur.

Magiſtri JOHANNIS *Baptiſtæ* (Ex-Judæi) Liber de Confutatione Hebraicæ Sectæ. *Ex offic. Martini Flach, Civis Argentinenſis,* 1500. in fol.

Accuratiſſimam Scripti hujus rariſſimi recenſionem habes in S. Rev. Jo. Chriſtoph. Wolfii *Biblioth. Hebr.* Tom. III. p. 353. ſqq. T. IV. p. 547. ſqq.

JOHANNIS, *Epiſc. Chemenſis,* Onus Eccleſiæ. v. infra ONVS.

JOHANN *Friedrichs, Churfürſten zu Sachſen,* Verantwortung wider des verſtockten, gottloſen, vermaledeyten, verfluchten Ehrenſchänders, bosthätigen Barrabas, und hurenſüchtigen Holofernis von Braunſchweig, ſo ſich Hertzog Heinrich den jüngern nennet, unverſchämt, Calphurniſch Schand- und Lügen-Buch. *Vitemb.* 1541. in 4.

En genium iſtius ſeculi! Adnumeratur Scriptis rariſſimis in *Catalogo Biblioth.* Mencken. p. 408. quod cum aliis hujus generis Henr. Buntingius in *Chronic. Luneburg.* p. 313. *gräuliche Läſter-Bücher* vocat. Reſponſio & Refutatio hujus Scripti ejusdem eſt generis: *Herrn* HEINRICH *des jüng. Hertzogs zu Braunſchweig und Lüneburg &c. Quadruplicæ wider des Kirchenräubers Antiochi, Novatiani, Severiani,*

und

und Huren-Wirths von Sachsen, der sich Hans Friederich, Hertzog zu Sachsen, nennet, erdichtetes Læster-Buch. Wolfenbüttel 1541. in 4. Digna hinc laude est castratio, quam Hortlederus adhibuit Libris his conviciorum pleniſſimis, quos recusos dedit in Opere *de causa Belli Germanici.*

Erasmi JOHANNIS Discours, où l'on fait voir clairement, que le Regne de l' Antichriſt commença à paroitre dans l' Egliſe immediatement après la mort des Apôtres; & par conſequent que tous les Conciles, qui ſe ſont aſſemblez, & tous les Livres des Peres, qui ont été écrits depuis ce tems-la, ſont infectez de pluſieurs Erreurs Anti-Chrêtiennes, & même le fameux Concile de Nicée, qui ſe tint l' an 318.

Scriptum paradoxum, & publice ſuppreſſum, cujus ſummam ex Gerhardi Brant *Hiſtoria Reformationis Germaniæ Inferioris* exponit Michaël de la Roche apud Schelhornium T. II. *Amœnitat.* p. 356. his verbis: "Cet Ouvrage fut mal "reçu; on crut que l' Auteur doutoit de tout, qu'il vou- "loit ſ' eriger en Chef de parti, & troubler l' Egliſe Natio- "nale. Les Exemplaires de ce Livre furent ſupprimez; "& l' on fit ſemblant de vouloir arrêter l' Auteur; il ſe re- "tira ſecretement. „ Dicere nequeo, an idem ſit hic Liber cum alio hujus furfuris, cujus Petrus Bælius in *Dictionario* art. *Socin.* not. k meminit: "Les Unitaires, „ inquit, "ont fait pluſieurs tentatives pour ſ' etablir en Hollande. "La premiere eſt attribuë à *Eraſme* JEAN, Recteur du Col- "lege à Anvers, qui publia un Ouvrage l' an 1585, où il "ne mit point ſon nom, & qui a pour Titre: *Antitheſis "Doctrinæ Chriſti & Antichriſti de uno vero Deo.* „ Conf. Sandii *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 87.

Nathan. JOHNSON Sententia Sociniana de Sabbatho inimica pietati, cum vindiciis expreſſi mandati de Inſtitutione Diei Dominicæ. Anno 1659. in 4.

Scriptum sumtibus Autoris divulgatum, eaque propter perrarum, notante ex Thom. Crenii *Animadverſ.* P. XVI. p. 206. Wendlero in *Diſſertat. de Libr. rar.* §. XIX.

Jean DE JOINVILLE Hiſtoire de S. Louis Roy de France avec des nouvelles Obſervations & pluſieurs autres Pieces concernant ce Regne, tirées des Manuſcripts par Charles du Fresne. *à Paris, chez Cramoiſy*, 1668. in fol.

Rarioribus merito adnumerandus eſt Libris, in quo ſtupendum variæ eruditionis apparatum deprehendes de argumentis medii ævi utilibus & curioſis. Vid. *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buderiana p. 353.

Gaſparis JONGELINI Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis per orbem univerſum, Libris X. quibus ſingulorum Monaſteriorum Origines & incrementa, Benefactorum aliorumque illuſtrium Virorum Monumenta, Donationesque recenſentur. *Colon. Agripp. apud Jo. Henningium*, 1640. fol. maj.

Opus rariſſimum recenſetur a doctiſſ. Jo. Chriſtoph. Colero in *Antholog.* p. 9. Conf. Carolus de Viſch in *Biblioth. Scriptor. Ordinis Ciſterc.* p. 118. ſqq. qui de JONGELINO cæterisque ejus Scriptis tum affectatis, tum editis commentatur, quæ inter propter raritatem & argumenti affinitatem hic ſaltem nominamus: *Origines ac Progreſſus Ordinis Ciſtercienſis, Abbatiarum, Ordinum Equeſtrium de Calatrava, & Alcantera &c. Coloniæ, typis Birkmannicis*, 1641. fol.

Jo. Quintini, Comitis JÖRGER *de Tollet & Zagging, intimi Status Miniſtri Cæſarei*, Commentarii Hiſtorici de rebus memorabilibus ſui temporis. IIX. Voll. in 8. excuſi.

Juſſu Imperatoris, qui tot arcana in iis prodita per orbem divulgari noluit, ita penitus ſuppreſſi ſunt, ut nonniſi unicum eorum Exemplar in Bibliotheca Vindobonenſi ſupereſſe dicatur. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 341. *Act. Eruditor. German.* T. VI. p. 284.

JOUR-

JOURNAL du Regne de Roi Henry III.

Longe rariſſimum vocatur a S. R. D. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 39. Nos quidem raritatem hujus Libri non omnino negamus; attamen arbitramur illam ſaltem eſſe mediocrem, quia ſæpiſſime editus eſt. Vid. *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buderiana p. 385. Editio *Colonienſis* 1662. in 12. eſt in noſtra Bibliothecula, exhibens: 1) *Journal du &c.* 2) *L' Alcandre ou les Amours du Roy Henry;* 3) *Le Divorce Satyrique;* 4) *La Confeſſion de Mr. Sancy.*

Eraſmi IRENICI Bibliotheca Gallo-Svecica, ſ. Syllabus Operum ſelectorum, quibus Gallorum, Svecorumque hac tempeſtate belli proferendi, pacis evertendæ ſtudia publico exhibentur. Acceſſit Prologus ad Concordiam Germanicam adhortatio. *Utopiæ, apud Udonem Neminem, Vico ubique, ad inſigne veritatis hoc anno.* in 4. pp. 53.

De Auctore & fatis hujus Scripti Fr. Graverolius, & ex eo *Journal des Sçavans* 1685. d. 19. Mart. refert, quod ſit Iſaacus Wolmar, quodque ad Arreſtum, Parlamenti Typographus ad flagellum fuerit condemnatus. Vid. Vinc. Placcii *Theatr. Pſeudonym.* f. 396.

Matthæi JUDICIS de Typographiæ Inventione, & de prelorum legitima inſpectione, Libellus brevis & utilis. *Copenhag. excud. Jo. Zimmermannus,* 1566. in 8.

Librum hunc inventu hodie difficillimum recenſent Cl. Aug. Bayerus in *Memor. Hiſtorico-Critic. Libror. rarior.* p. 152. ſq. & *Theſaurus Bibliothecalis* Tom. I. p. 172. ſqq. Recuſum autem dedit Cl. Jo. Chriſtianus Wolfius Tom. I. *Monumentorum Typographic.* a pag. 72-170.

Joachimi JUNGII, *Lubecenſis,* Schedarum Faſciculus inſcriptus Germania Superior com-

plexus ex Annalibus aliisque minus obviis Libris enotatas ad Geographiam, & Hiſtoriam ditionum minorum Geographis ſolo fere nomine deſignatarum pertinentes Obſervationes, recenſente Jo. Vagetio, Gymnaſ. Hamb. Profeſſore, cujus ſubitaneæ quædam adjectæ ſunt Annotationes. *Hamburgi, typis Arnoldi Lichtenſteinii*, 1685. in 4. pp. 217.

Rariorem, imo rariſſimum eſſe hunc Librum arbitror. Ejus non meminit Jo. H. a Seelen *Athen. Lubec.* Tom. III. p. 444. in Vita JVNGII. Cauſa raritatis duplex eſt. Vagetius illum ſuis ſumtibus edidit, vid. *Præf.* & ſine dubio combuſta fuerunt cuncta Exemplaria. v. Seelen *l. c.*

Joach. JVNGII Geometriæ Empiricæ Verſio Germanica.

Unicum tantummodo Exemplar hujus Libri extare putat Placcius, reliquis omnibus, neſciens quo fato, abolitis. vid. *Theatr. Anonymor.* f. 330.

Hadriani JVNII Cornu Copiæ. *Baſil.* 1558. in fol.

Inter Libros præſtantiſſimos pariter atque rariſſimos connumerari, pluribus docet Gerdes in *Florileg. Libror. rarior.* p. 65. 66.

Wolfgang. JVSTVS, v. *Wolfg.* JOBST.

JVVENCI Vita Attilæ, Hunnorum Ducis. *Ingolſtadii* 1604. in 4.

Liber admodum rarus, & tam ignotus, ut Principes Eruditorum illum pro inedito habeant. Certe illuſtris Leibnitius non aliam hujus Libri notitiam habuit, quam ex Pigna, qui in *Hiſtoria Eſtenſi* illum excitat; alii autem, quos inter etiam eſt Joach. Fridericus Fellerus, de JVVENCI Libro tanquam inedito loquuntur. Vid. *Leibnitiana* p. 417. quod & facit Joan. Hallervordius *de Hiſtoricis Latinis* pag. 122.

item-

itemque illuſtris de Ludewig in *Præfat. zur rechtlichen Erläuterung der Reichs-Hiſtorie* pag. 77. Adde his Virum doctiſſ. Matthiam Belium, cujus in *Prodromo Hungariæ Antiquæ & Novæ, Norimb.* 1723. in fol. in *Præfat.* §. 7. hæc ſunt verba: " Juvencus Cælius Calanus Dalmata, Vi-"tam Attilæ ſcripſiſſe perhibetur, ſed qui ineditus adhuc "in Bibliothecis latet, aut certe tineas paſcit. Utinam "edidiſſet eum, ſicuti ſpem fecerat Peireſcius, ac nuper-"rime nonnemo; tunc enim ferri potuiſſet judicium, ge-"nuinusne ille Autoris, an ſuppoſititius fœtus fuerit, quem-"admodum Leibnitius alicubi judicavit. Equidem per "omnia Muſarum Sacra rogo atque obteſtor Bibliotheca-"rum Præfectos, ne Scriptorem illum latere diutius, aut "prorſus interire patiantur; ſed vel ipſi publici tandem "juris faciant, vel e carceribus dimiſſum noſtris curis per-"mittant, quam quidem beneficii magnitudinem una me-"cum prædicabunt, quotquot de gentis ſuæ ornamentis "ſolliciti ſunt. ,, At vero falluntur, qui Juvencum cum Cl. Belio habent pro inedito. Editionem *Ingolſtadienſem* quam indicavimus extare patet ex Jo. Dav. Kœleri *Hiſtoriſchen Müntz-Beluſtigungen*, P. II. p. 320. ex *Catalogo Bibliothecæ* Cordeſianæ, & ex Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. mediæ & infimæ Latinit.* T. IV. p. 628. ſqq. Ipſe etiam Belius de editione Juvenci tam *Venetæ* A. 1502. quam *Ingolſtadienſi* edoctus, illum recuſum dedit *Poſonii* 1736. fol. Vid. *Acta Eruditor.* 1737. p. 152. ſqq.

K.

KABBALA denudata, seu Doctrina Hebræorum transcendentalis, & Metaphysica, atque Theologica. Opus antiquissimæ Philosophiæ Barbaricæ variis Speciminibus refertissimum. Tomus I. *Sulzbaci, typis Abr. Lichtenthaleri,* 1677. Tomus II. *Francof. sumtibus Jo. Dav. Zunneri,* 1684. in 4.

Autor Operis, quod rarum & infrequens fieri incipit, est Christianus Knorrius a Rosenroth, Consiliarius in Aula Solisbacensi. Copiose recensetur a Jo. Franc. Buddeo in *Introduct. ad Philos. Hebræor.* p. 280. sqq. & a Jac. Bruckero in toties laudata *Historia Critic. Philos.* T. IV. p. 637. sqq.

Leonis KARMI de Charitate & Benevolentia erga Judæos habenda, ab Evangelica Lege, extractus Libellus unus. *Amstelod.* 1643. in 8. pagg. 116.

Scriptum eximiæ raritatis, a Judæo, ut suadere videntur verba quædam Præfationis, confectum; cujus etiam editionem repetitam ob raritatem & præstantiam pollicetur Cl. Hermannus von der Hardt in *Paræneſi ad Doctores Judæos, Helmstadii* 1715. in 8. excusa. Absolvitur XX. Capitibus, quorum argumentum habes in Jo. Christoph. Wolfii *Bibliothec. Hebr.* T. II. p. 1132. sqq.

Andreæ KEMPII Israëls erfreuliche Botschaft. A. 1688.

Liber suppressus & fisco addictus; hinc rarissimus. Prolixe rem exponit David Scultetus in *Innocentia Theologorum Hamburgens.* pag. 99. sq. nos docens, Andream Kempium pessimum & execrandum hunc Librum, in quo maximas in Sanctissimum nostrum Salvatorem Christum eructaverat blasphemias, Hamburgi edidisse, istumque notissimo Judæo Texeræ inscripsisse. Quam primum autem prodibat Liber, provida

provida Senatus cura effectum est, ut statim in ortu supprimeretur, nec distraheretur. Autor carceri famosiori mancipabatur, atque ut saniorem indueret mentem, mittebantur ad illum ex Sacerdotum ordine quidam. Quia autem Kempius blasphemias semel prolatas repetebat, publico Senatus Decreto urbe ejectus fuit.

Hermanni KERSSENBROEK Belli Monasterienſis, contra Anabaptistica monstra gesti, brevis atque succincta Descriptio, nunc primum & impressa, & edita. *Colon. Martin. Gymnicus excudebat*, A. 1545. in 8. plag. 4½.

Scriptum mole parvum, at maxime rarum, & Jo. Burch. Menckenio plane incognitum. Quam enim Tom. III. *Scriptorum Rerum Germanic.* a pag. 1503. ad p. 1617. ex MSto edidit *Hermanni* A KERSSENBROCH *Narrationem de Obsidione Monasterienſi, seu de Bello Anabaptistico*, non eadem est cum *Belli Monasterienſis Descriptione* Carmine Heroico confecta, ut scribit V. Cl. Dan. Gerdes in *Florileg. Histor. Critico Librorum rarior.* pag. 67. sed plane diversa, multo amplior & soluta scripta Oratione. De Vita & satis *Hermanni* KERSSENBROCK, cujus etiam extat, sed difficulter admodum reperitur, *Catalogus Episcoporum Padibornenſium, eorumque Acta, quatenus haberi potuerunt, M. Hermann.* A KERSSENBROCH *consarcinatore, Lemgoviæ, excudebat Barthol. Schlottenius*, 1578. in 8. plag. 9. Plurima, quæ Menckenius non habuit comperta, leguntur in Jo. Dieter. von Steinen *Quellen der Westphæl. Historie*, p. 64. sqq.

Jo. Geileri KEYSERSBERGII Conciones in Sebast. Brantii navem stultorum, *Argentinæ* 1498. habitæ, & germanico idiomate *Basileæ* 1574. excusæ.

Liber rarissime occurrens, ex quo, qui fuerit mos concionandi ante tempora Reformationis, discitur. Vid. Christoph. Sontagii Ἀξιόγνωστα *præcipuorum quorundam Sec. XVI. & XVII. Theologorum* p. 103.

Henr.

Henr. KHVNRATH, *Lipſienſis*, Amphitheatrum Sapientiæ æternæ, ſolius, veræ; Chriſtiano Kabbaliſticum, Divino-Magicum, Phyſico-Chymicum, Tertrinum Catholicum. *Hanoviæ, excudebat Guil. Antonius*, 1609. in fol. cum fig. æn.

Liber longe rariſſimus, & paucis viſus nominatur a S.R. Bruckero in *Hiſtor. Crit. Phil.* T.V. pag. 928. Nunquam enim fuit recuſus. Meum quidem quod poſſideo exemplum in titulo habet: *Francof. apud Tobiam Gundermannum, Bibliopol. Hamburg.* 1653. Ex calce Libri autem apparet Gundermannum more Bibliopolarum editionem Hanovienſem novo exornaviſſe titulo.

Cornelii KILIANI, *Dufflæi*, Etymologicum Teutonicæ Linguæ, ſive Dictionarium Teutonico-Latinum, præcipuas Teutonicæ Linguæ dictiones & phraſes latine interpretatas, & cum nonnullis aliis linguis obiter collatas complectens. *Antverp. apud Plantinum*, 1598. in 8. & aliquoties recuſum.

Editiones Plantinianas hujus Libri rariſſimas eſſe & infrequentiſſimas, teſtatur Diet. von Staden in *Erlæuterung und Erklærung der deutſchen Wörter der Bibel*, in *Præfat.* p. 38. Dubito autem, an etiam meliores ſint. Poſſideo quartam editionem *Alcmariæ ex Typographeio Jac. Meiſteri* A. 1606. in 8. *cui Auctarium eſt additum, continens propriorum nominum Germanicæ originis Etyma &c. opera D. Ludolphi Potteri, Græningenſis.*

KIRCHEN-ORDNUNG unſer von Gottes Gnaden Ernſts, Grafen zu Holſtein-Schaumburg und Sternberg, worin zu ſehen, wie es mit Lehr und Ceremonien in unſern Graffchaften und Landen hinfüro mit göttlicher Hülfe gehalten werden ſoll. 1 Cor. XIV. Laſſet alles in der Gemeine ehrlich und ordentlich zugehen.

hen. *Gedruckt zu Stadthagen im Jahr* 1614. in 4. pp. 270.

Hanc Ordinationem valde raram esse etiam in ipso Comitatu Schauenburgico docet Celeberr. Bunemannus in *Catal. Biblioth.* p. 101. Idem generatim de plerisque aliis *Ordinationibus Ecclesiasticis*, ac imprimis de vetustioribus, pronuntiandum est, illas esse rarissimas & admodum difficulter parabiles; hinc magna sollicitudine conquiri ab Eruditis solent. Notitia rariorum *Ordinationum Ecclesiasticarum* haurienda est ex V. Cl. Hermanni Casp. Königii *Bibliotheca Agendorum, Cellis* 1726. in 4. edita, ut & ex *Nov Antiquis Theologicis, s. fortgesetzten Sammlungen von alten und neuen Theolog. Sachen*, A. 1724. p. 342. sqq. A. 1727. p. 946. sqq. An. 1728. p. 1263. sqq. Omnium rarissimis adnumerandæ sunt: *Ordinatio Eccles. Bremensis, gedruckt tho Magdeborg durch Michel Lotther*, 1534. in 8. *Agenda Eccles. Frisiæ Orientalis*, An. 1535. typis expressa. v. *Nov. Act. Eruditor. Suppl.* T. IV. p. 254. 255. *Wolfenbuttelensis, Vitemb.* 1543. in 4. *Hildesheimensis, Hannov.* 1544. in 8. *Brunsvicensis Vitemb.* 1528. & plures aliæ.

KIRCHEN-ORDNUNG, Däniſche, Lingua Danica, quæ inscribitur: *En Ordinantz hworledis Kirketienſten ſkal holdes vdi Dannemarks oc Norges Riger, oc de Hertugdome til Sleſwig oc Holſten. Aar efter Gudz Byrd* 1537. in 8. Sub finem annus & locus impressionis ita adduntur: *Trycht wdi den Kongelige Stadt Roſchyld aff meg Hans Barth*, 1539. Ignota fere hodie est, & paucis admodum, imo nec ipsis subinde rariorum Librorum indagatoribus visa. Recensetillam doctiss. Ad. Henr. Lackmannus in *Historia Ordinationis Ecclesiast. Regnorum Daniæ & Holsatiæ* p. 82. sqq. cui illustrissimus Jo. Ludov. de Holstein, Ordinis Dannebrogici Eques, & Sacræ Majestatis Daniæ & Norweg. intimus Status Minister, copiam fecerat rarissimi hujus Scripti, quod in ipsa etiam Dania ita evanuit, ut fere a nemine unquam fuerit conspectum.

Athanasii KIRCHERI, *e Soc. Jes.* Oedipus Aegyptiacus, h. e. universalis hieroglyphicæ Veterum doctrinæ, temporum injuria abolitæ, Instau-

Instauratio. Opus ex omni Orientalium doctrina & sapientia conditum, nec non viginti diversarum linguarum autoritate stabilitum. *Romæ* 1652. in fol. IV. Voll.

Liber a Batavis quidem, ut perhibetur, recusus; nihilo tamen secius insigniter rarus, ut cætera Kircheri Scripta fere omnia. De raritate testantur Tenzelius in *Dialog. Menstr.* 1689. p. 20. & *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Menckenian. p. 78. Copiosam & satis prolixam recensionem habes in Serpilii *Nachrichten von raren Büchern* p. 186-237.

Conradi KIRCHERI, *Augustani*, Concordantiæ Veteris Testam. Græcæ, Hebræis vocibus respondentes. *Francof.* 1607. II. Voll. in 4.

De præstantia & raritate hujus Libri differit Rich. Simon in *Biblioth. Choisi.* T. I. p. 256-258. & Jo. Gagnier in *Vindiciis Kircherianis*, *Oxon.* 1718. in fol. contra Abrahamum Trommium, Autorem Concordantiæ Græcæ Versionis LXX. Interpretum.

Vespasiani a Kochow KOCHOWSKY Annalium Polonorum Climacteres tres. *Cracoviæ.* Tom. I. 1683. Tom. II. 1688. Tom. III. 1698.

Liber egregius, at infrequens: de quo scribit Illustr. Dn. ab Ludewig *in Præf. zur rechtlichen Erläuterung der Reichs-Historie* p. 49: " er habe es ganz gerne mit Geld aufgewogen.„ Culpatur tamen ab aliis Kochovius, qui illum inter summos Historicos collocare nolunt, locum ipsi medium assignantes inter summos & imos. Evolve, si lubet, Dav. Braunium *de Scriptoribus Poloniæ & Prussiæ* p. 83. sqq.

Fratris Conradi KOELLIN, *Ulmensis, Sacræ Theologiæ Professoris studii Colon. Ordinis Prædicatorum Regentis, ac per Moguntinam, Trevirensem, ac Colonienses Provincias hæreticæ pravitatis Apostolica autoritate Inquisitoris*, adversus Caninas Martini Lutheri Nuptias, adversusque

que alia ejusdem vel gentilibus abominabilia paradoxa, Opus novum. *Tubingæ* 1530. in 8. Scriptum oppido rarum. vid. Schelhornii *Amœnit.* T. III. p. 169. sqq.

Adrian KOERBAGH Woordenboek der Baſtaard-Woorden.

Integer titulus ita habet: *Een Bloemhof van allerley Lieflykheid, ſonder Verdriet, geplant door* Vreederik Waarmond, *Onderſoeker der Waarheyd, tot Nut en Dienſt van al die geen, dee der Nut en Dienſt uyttreken wil. Of een Vertaaling en Uytlegging van al de Hebreuſche, Griekſche Latynſe, Franſe, en andere vremde Baſtaard-Woorden en Wyſen van ſpreken, die ('t welk to beklagen is) ſoo in de Goodsgeleertheyd, Regtsgeleertheid, Geneeskonſt, als in andere Konſten en Weetenſchappen, en ook in het dagelyks Gebruyk van ſpreeken, in de Nederduytſe taal gebruykt worden; gedaan door M. Adrian* KOERBAGH, *Regtsgel. en Genees-Mr. t' Amſterdam, gedrukt voor den Schryver; in't Jaar* 1668. in 8. Scriptum peſſimum, blaſphemum, atheiſticum, propter quod Auctor perpetuo carceri incluſus fuit; at ſumme rarum, divenditum in Bibliotheca Lampiana p. 66. pro X. Marcis Lubecenſ. cuique in Catalogo Biblioth. Uffenbach. T. I. p. 769. pretium V. taleror. ſtatuitur. Recenſetur in *Nov-Antiquis Theolog.* 1714. pag. 231-253. in Theoph. Sinceri *Nachrichten* T. I. p. 80. ſqq. ut & in V. Cl. Mich. Lilienthals *Theologiſcher Biblioth.* p. 1130. qui Autoris Indifferentiſmum, Libertiniſmum, Socinianiſmum, &c. pluribus exemplis probat.

Adrian KOERBAGH Light ſchynende in duyſtere Plaatſen.

Scriptum admodum rarum, & pauciſſimis viſum, multoque rarius, quam præcedens ejusdem Autoris Scriptum rariſſimum ac peſtilentiſſimum *Bloemhof* dictum, vel *Algemeen Woordenboek der Baſtaard-Woorden.* Integer titulus ita habet: *Een Ligt ſchynende in duyſtere Plaatſen, om te verligten de voornaamſten Saaken der Godsgeleertheit en Godsdienſt, ontſteeken door Vreederyk* WAARMOND, *Onderſoeker der Waarheyd. Anders Mr. Adr.* KOERBAGH, *Regtsgel. en*

en Genees-Mr. t' Amsterdam, gedrukt voor den Schryver; in't Jaar 1668. in 8. Notitiam hujus Libri nobis suppeditat doctiss. Autor *Thesauri Bibliothecalis* Tom. I. p. 208. qui de raritate istius ita disserit: "Es ist dieses Scriptum "ungemein rar, so dass dessen fast nirgends gedacht wird; "allein es ist mit grosser Behutsamkeit, wegen des gottlosen "Autoris bekannter Heterodoxie, zu lesen.„

P. Alberti Wüuk KOJALOWICZ Historiæ Lituanæ Pars prior: de Rebus Lituanorum ante susceptam Christianam Religionem, Conjunctionemque magni Lituaniæ Ducatus cum Regno Poloniæ, Libri IX. *Dantisci, sumtibus Georgii Porsteri*, 1650. in 4. maj. pagg. 399. Pars posterior, *Antwerp.* 1669. in 4.

Liber egregius, at infrequens, quia nec uno loco nec eodem tempore prodiit; hinc *Pars posterior* rarissime conspicitur. De præstantia Operis scribit Illustris de Ludewig in *Præfat. zur rechtlichen Erläuterung der Reichs-Historie*, p. 57: "Der Lithauer vornehmster Geschichts- und Staats-"Schreiber ist der Jesuit Alb. Wüuk KOJALOWICZ, der "des Canonici Strykowsky Historiam Lithuaniæ, die er "Polnisch geschrieben, in einem so netten und sinnreichen "Latein reden lassen, dass man denselben auch nur der "blossen Sprache wegen lesen mögte.„

Theodor. KOORNHERT. v. *Theod.* COORNHERT.

Jo. Georg. KORBII, *Secret. Ablegat. Cæsar.* Diarium Itineris in Moscoviam, Ignatii Christophori, Nobilis Domini de Guarient & Rall, ab Imp. Leopoldo ad Tzarum Petrum Alexiowicium anno 1698. Ablegati Extraordinarii. *Viennæ Austriæ, typis Leopoldi Voigt*, in fol. 2. Alph. 18. pl. cum fig. æn.

Suppressum esse hunc Librum, & sedulo a Russorum Monarcha propter quædam contumeliosius in gentem Moscoviticam dicta conquisitum; imo & Viennæ publicam ejus venditionem

ditionem fuisse prohibitam, docet *Catalogus Historicorum* Fresnoio-Menckenian. p. 164. Conf. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 343. Hinc rarior omnino est hic Liber, lectu cætera dignus ob meritissimas laudes Petro I. tributas, & singularia multa, quæ ad Historiam Russicam sub Petro M. faciunt. Sunt qui Patres quosdam Missionarios genuinos Autores hujus Operis habent. Quæ contumeliosius in illo scripta sunt in gentem Russicam, leguntur p. 64. 91. 92. 140. 204. in ipsumque Tzarum Petrum I. p. 95. 98. 101. Vid. *Bibliotheca Historica selecta* Struvio-Buderiana p. 1633. Copiose recensetur in *Actis Eruditor.* 1708. p. 215. sqq.

Christoph. KRAUTHOFS Abdruck der an die Königl. Majestät zu Dännemark - Norwegen d. 14. Maji 1647. abgefertigten Schutz-Schrift, worinn der Autor darzuthun sich bemühet, daſs er die auf des teutschen Canzlers, Herrn Detlef R- - - Getrieb ausgelaſſene schimpfliche Cassation seiner Rathsstellung nicht verdienet. 1648. in 4. *Ejusd.* Abgenöthigter gründlicher Bericht und Beweis, wie Ihro Durchlaucht. Herzog Friderich, durch falschen Bericht eigennütziger Leute, sich bewegen laſſen, den Land-Syndicum, wegen einer nomine der Ritterschaft ihrer Privilegien halber verfertigten Schrift, ihn den Land-Syndicum inhaftiren zu laſſen. 1651. in 4. Unterthänigste Relation der Fürstlichen Commissarien, wie, auf gnädigsten Befehl, der Prälaten und Ritterschaft Land-Syndicus Krauthof nacher Gottorf gefänglich eingehohlet, und wie mit ihm in Carcere, Verhör, und sonsten, verfahren; sub dato d. 10. Febr. 1642.

Scripta hæc rarissima esse testatur Autor *des Historischen Berichts von dem vormahligen und gegenwärtigen Zustande*

der Schleſwig-Holſteiniſchen Ritterſchaft, p. 42. his verbis: "Es werden dieſe Scripta als eine ſonderbare Curioſität "beybehalten, und, da ſie längſtens vergriffen, auch "nirgends wieder aufgeleget ſind, von manchem Lieb-"haber mit Golde aufgewogen. Das lezte iſt niemahls "anders, als in MSto, vorhanden geweſen, und folglich "das rareſte unter allen, ob es gleich nur in wenig Bogen "beſtehet. Die übrigen beyde befinden ſich im Druck, und "iſt unter denenſelben die mittelſte Schrift die ausführ-"lichſte und principaleſte; daher ſie auch meiſtens pfle-"get geſucht zu werden.„

Holofernis KRIGSOEDERI, *Landspergenſis Bavari*, Reſponſio ad Epiſtolam Iſaaci Cazoboni, Regii in Anglia Archipædagogi, pro Viro Clariſſ. Caſp. Scioppio. *Ingolſtadii*, *ex Typographeo Ederiano*, 1615. in 8. 5½ pl.

Truculenta eſt Satyra, quam ſatis curate recenſet Groſchufius in *Collect. I. Librorum rarior.* p. 126-135.

Nicolai KRVMPACH, *der Heil. Schrifft Licentiaten, und Pfarrherrn zu Quernfurth*, Evangelium Johannis, des Göttlichen Cantzlers und geliebten Jüngers unſers Herrn Jeſu Chriſti; yns Deutſch gebracht. *Leipzig*, *gedruckt durch Wolfgang Stœckel*, 1522. in 4. *Ejusd.* Zwey Epiſteln oder Sendbriefe des Fürſten der zwölf Boten St. Peters, in welchen er vermahnet alle Chriſtglaubige, gedultig zu leyden all Ubel und Widerwertigkeit; yns Deutſch gebracht. *Leipzig* 1522. *per Valent. Schuman.* in 8. *Ejusd.* die Epiſtel zu den Galatern, neu vordeutſchet. *Leipzig*, *per Valentin Schuman*, 1522. in 8.

Admo-

Admodum rariſſimæ ſunt hæ KRVMPACHII Verſiones ad Verſionem latinam Deſiderii Eraſmi utplurimum expreſſæ. Cuilibet Capiti argumenta, & ad marginem etiam gloſſemata adjecta ſunt. Quod autem ad Verſionem Germanicam, certe Lutheri Verſio & perſpicuitate & puritate longe multumque huic Krumpachianæ antecedit. Conſulendi ſunt S. R. Jo. Georg. Palmius *de Codd. Vet. & N. Teſt. quibus B. Lutherus uſus eſt*, p. XXXIIX. & 113. ſq. Cl. Aug. Bayerus in *Arcanis Sacr. Bibliothecarum Dreſdenſ.* p. 90. ſqq. & B. Guſt. Georg. Zeltnerus *de nov. Verſion.* p. 113. qui inter rariores KRVMPACHII Verſiones *Johannis Evangelium* omnium rariſſimum eſſe pronuntiat.

Abrah. Jo. KVFFELER, v. CVFFELER.

Quirin KVHLMANNS Neubegeiſterter Böhme, begreiffend 150. Weiſſagungen, mit der fünften Monarchie, oder dem Jeſus-Reiche des Holländiſchen Propheten Johann Rothens übereinſtimmend, und mehr als 1000000000. Theoſophiſche Fragen allen Theologen und Gelehrten zur Beantwortung vorgeleget; wiewohl nicht eine eintzige ihnen zu beantworten, wo ſie heutige Schul-Manier ſonder GOttes Geiſt folgen: darin zugleich der ſo lange verborgene Lutheriſche Antichriſt abgebildet wird. Zum algemeinen Beſten der hochverwirreten Chriſtenheit, in einem freundlich-ſanften und eifrig-feurigen Liebes-Geiſte ausgefertiget an des Lutherthums Könige, Chur-Fürſten, Printzen, und Herren; wie auch allen Hoh-Schulen und Kirchen-Gemeinen Europens. *Zu Leiden in Holland gedruckt vor den Autor, und iſt zu bekommen bey Loth de Haes, 1674.* in 8. pp. 415. & Præfat. pp. 60.

Adſcripſimus integrum titulum hujus Libri, quem inſigniter rarum, & ſemel tantum ſibi oculis uſurpatum vocat B. Gottl. Wernsdorfius in *Diſſertat. de Fanaticis Sileſiorum*, *& ſpeciatim Quir. Kuhlmanno*, §. XXVI. Cauſſa raritatis exinde derivanda, quia ipſe Kuhlmannus Libelli hujus Exemplaria omnia paulo poſt editionem redemit, ut indicat V. C. Jo. Chriſtophorus Harenbergius in *Diſſertat. de Quir. Kuhlmanno*, quæ legitur in *Muſeo Hiſtorico-Philolog-Theolog. Bremenſi* Tom. II. pag. 667. Recenſionem hujus Libri lege apud Wernsdorfium in *Diſſert. cit.* & Theophilum Sincerum in *Nachrichten de Libris rarior.* T. II. pag. 128. ſqq.

Guilielmi KYRIANDRI, *JCti*, *& Syndici Trevirenſis*, Auguſtæ Trevirorum Annales, & Commentarii Hiſtorici, quibus Urbis in univerſo terrarum orbe antiquiſſimæ Origo & Status, ab anno Mundi 1966. usque ad hanc noſtram ætatem, ex ipſis Archivis conſcripti. *Biponti* 1603. in fol.

Digna ſunt, ut hic legantur, quæ de hiſtoria & fatis Operis hujus rariſſimi & publica autoritate ſuppreſſi adnotavit Jacobus le Long in *Biblioth. Hiſtoric Galliæ* n. 15537: "Ce Syndic de Treves, inquit, voulant ſoutenir le peu-"ple de cette ville dans les démelez, qu'il avoit alors "avec ſon Archeveque, entreprit d'écrire ces Annales, "où il fait à la verité l'hiſtoire des Prelats; mais il l'écrit "de maniere, qu'il ſe declare toujours contre eux en fa-"veur du peuple, & fait ſurtout paroitre ſa haine contre "la Religion Catholique. Il fit imprimer en ſecret ſon hi-"ſtoire *à Cologne* en 1576; mais l'Imprimeur ajant été "decouvert, tous les Exemplaires furent ſupprimez par "l'ordre de l'Archeveque Jacques de Eltz. Il s'en fit "une ſeconde edition en 1603. & en 1609. & 1625. "Ce n'eſt ſans doute, que la même edition, dont on "a changé la date. L'Auteur donne trop aux Droits "de la Ville de Treves; c'eſt pourquoi ſon Livre fut "confiſqué de la part de l'Electeur de Treves." Iisdem fere

fere verbis historiam hujus Operis enarrat *Bibliotheca Historica selecta* Struvio-Buderiana pag. 992. 993. *Guilielmus* KYRIANDER, Syndicus Trevirensis, ex ipsis, ut scribit, Archivis descriptos dedit *Annales, sive Commentarios de Origine & Statu antiquissimæ Civitatis Augustæ Trevirorum*, quos *Coloniæ* An. 1576. secreto impressos, Maximiliano II. eodem anno in Comitiis Ratisbonensibus exhibuit, ut Civitatis causam, quæ ipsi de Superioritate cum Archiepiscopo Trevirensi intercedebat, defenderet, qui postea iterum *Biponti* 1603. in fol. alia exempla habent 1609. & 1625. titulo forte mutato, editi fuerunt, cum fisco esset addicta prior editio, satagente Jacobo Archiepiscopo. Hunc autem Librum non solum prohibuit Trevirensis Elector; sed etiam eidem oppposuit *Antiquitatum & Annalium Trevirensium Libros XXV.* duobus Tomis comprehensos Autoribus Christophoro Browero & Jacobo Masenio.

L.

Philippi LABBE, *Biturici, Soc. Jesu Theologi,* de Scriptoribus Ecclesiasticis, quos attigit Eminentissimus S. R. E. Card. *Robertus Bellarminus,* Philologica & Historica Dissertatio, in qua plurima cum ad Historiam, Chronologiam Criticenque Ecclesiasticam spectantia explicantur, tum aliorum præsertim Hæreticorum, *Riveti, Coci, Perkinsii, Tossani, Gerhardi, Aubertini, Hottingeri, Maresii &c.* errata castigantur. II. Tomis. *Parisiis, ap. Sebast. Cramoisy, Regis & Reginæ Architypographum,* 1660. *Cum Privil. Regis.* in 8. Tom. I. pagg. 1006. Tom. II. pagg. 982.

Opus istud *de Scriptoribus Ecclesiasticis,* quod judice Petro Bælio *Nouvelles de la Republ. des Lettres* Janv. 1686. p. 106. optimum est inter Scripta Philippi LABBEI, nunquam fuit recusum. Hinc ejus raritas & caritas: solet enim plerumque septem vel octo, imo pluribus etiam florenis divendi. Laudes autem, quas hac sibi Dissertatione Labbeus peperit, immoderata adversus quosvis, & maxime adversus Theologos a Romana Ecclesia alienos maledicentia, non mediocriter corrupit. Hinc non immerito castigatus fuit ab Jo. Henr. Hottingero in *Enneade Dissertationum,* Diss. 8. p. 174. & in *Bibliothecario Quadripart.* pag. 11. & aliis, imprimis a Thoma Ittigio in *Schediasm. de Autoribus agent. de Scriptor. Eccles.* p. 16. sq. qui pluribus exemplis ostendit, non fuisse cur aliorum errores tam acerbe perstringeret Labbeus, cum & ipse non semel lapsus fuerit.

Jean le LABOVREVR Histoire & Relation du Voyage de la Reine de Pologne Marie de Gonzague, de son Mariage avec le Roy Ladislas IV. en 1646. & du Retour de Madame Mare-

Marechal de Guebriant, Ambaſſadrice Extraordinaire; avec un Diſcours Hiſtorique de tous les Etats par où elle a paſſé, & un Traité particulier du Royaume de Pologne. *à Paris* 1648. in 4.

"Es wird viel auf dis Buch gehalten, „ ſcribit *Catalogus* Fresnoio - Menckenianus *Hiſtoric.* p. 461. "und iſt "nicht wohl zu haben. „

LACTANTII *Firmiani* Inſtitutiones.

In calce legitur: *Sub anno Domini MCCCCLXV. Pontificatus Pauli Papæ II. anno ejus ſecundo, Indictione XIII. die vero antepenultimæ menſis Octobr. in venerabili Monaſterio Sublacenſi. Deo Gratias.* in fol. Inter rariora Typographiæ incunabula rariſſimum, & vix alicubi in Bibliothecis publicis, multo minus privatorum, reperiundum. Opus profecto ea artis pompa ad amuſſim excuſum, ut nemo, qui viderit, nomen Typographi abeſſe non indignetur. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* Tom. I. pag. 8. 9. *edit. recentiſſ.*

Johannis DE LAET Novus Orbis, ſive Americæ utriusque Deſcriptio, Libri XIIX. *Lugd. Batavor.* 1633. in fol. cum Mappis Geograph. & Fig. æn.

Opus egregium, in quo non ſolum Situs generalis, ſed etiam ſpecialium Provinciarum ratio, Incolarum Mores, Naturalia aliaque elegantiſſime deſcribuntur, & Iconibus illuſtrantur; at maxime rarum, & infrequens. Raritatem teſtificantur Chriſtianus Gryphius *de Scriptoribus Hiſtoriam Sec. XVII. illuſtrantibus* p. 594. & Nicol. Hieron. Gundlingius in *Collegio Hiſtorico - Literario* p. 474. Poſſideo hunc Librum lingua Belgica *apud Elzevirios* An. 1630. editum: *Beſchryvinge van Weſt - Indien door Jo.* DE LAET. *Twede Druck. In ontallycke Plaetſen verbetert, vermeerdet; met eenige nieuwe Carten, Beelden van verſcheyden Dieren ende Planten verciert.* in fol.

Joannis LALEMANDET, *Burgundo-Sequani*, Deciſiones Philoſophicæ, tribus Partibus comprehenſæ. *Monachii* 1645. & 1646.

Hic Liber a Morhofio laudatus, tam rarus eſt, ut inter ipſos Pontificios eum hactenus omni licet adhibita induſtria reperire non potuerim. Hæc S. R. Bruckerus in *Theſauro Epiſtolico-Lacrozian.* T. I. p. 70. qui ex iſta Libri etiam in natali ſolo raritate conjicit eum eviluiſſe propter defenſas Nominalium partes. Vid. *Hiſtoria Critica Philoſoph.* T. IV. p. 129. & 789.

Petri LAMBECII Commentarii de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi. *Viennæ* 1665. & ſqq. IIX. Voll. in fol.

Admodum rarum eſt Opus hoc Lambecianum, ac imprimis Volumen ſecundum. Hæres LAMBECII, „ inquit Cl. Gerhardus von Maſtricht in *Catalogo Biblioth.* pag. 539. "tardæ venditionis impatiens operoſos hos Commentarios "officinis ſeplaſiariis vendidit; inde iſta raritas Exempla- "rium & caritas, forte ſine ſpe reſtitutionis hujus laboris.„ Pretium Operis, cum copia ejus eſſet, fuit XXIV. circiter imperialium. Nunc, cum rarius factum ſit, nec unicum completum Exemplar in officinis librariis proſtet, vix vendi minoris, quam thaleris LXXX, ii ſciunt, qui ſolent ad Librorum pretia attendere. Vid. *Miſcellanea Lipſienſia Nova*, Tom. I. p. 346. Utiliter interim, judice Cl. Jo. Chriſtoph. Colero in *Analectis ad Struvii Introduct. in Hiſtor. Literar.* pag. 76. adhiberi poteſt Cl. Jac. Frid. Reimmanni ſic dicta *Bibliotheca Acroamatica*, quæ Compendium eſt Lambeciani Operis, prodiitque *Hannoveræ apud Förſterum* 1712. in 8.

Franciſci LAMBERTI, *Avenionenſis, Theologiæ in Academia Marpurg. Profeſſ. olim primar.* Scripta

Rariſſima ſunt. Catalogum illorum habes in *Nov-Antiquis Theologicis* An. 1709. p. 17-25. in V. Cl. Tilemanni *Vitis Profeſſorum Theologiæ Acad. Marpurgenſis*, in *Hiſtoria der vormahligen und gegenwärtigen Gelehrtheit der Heſſen, Trimeſtr. I.* p. 24-31. in Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitt. Litera-*

Literariis T. IV. p. 374. sqq. & in Dan. Gerdes *Miscellaneis Duisburgens.* T. II. p. 554. sqq. Inter rariora LAMBERTI præcipue sunt numeranda:

Franc. LAMBERTI, *Avenionensis*, Libri VII. in Apocalypsin. 1528. in 8.

Extat hic Liber in *Catalogo Biblioth.* Hasæanæ p. 117. hac addita notula: "Tam rarus est, ut de ejus existentia "quidam dubitaverint.,, Ex Bibliotheca Hasæana transiit in Bibliothecam locupletissimam Sum. Rev. D. Dan. Gerdes. Vid. Dan. Gerdes *Florilegium Histor. Critic. Librar. rarior.* pag. 69.

Franc. LAMBERTI Farrago fere omnium Rerum Theologicar. Ad Sebastianum de Montfalcone, Principem Lausanensem. An. 1525. in 8.

Vid. *Historie der Gelehrheit der Hessen l. c.* p. 30.

Franc. LAMBERTI Commentarius in Divi Lucæ Evangelium. *Norimb. apud Petrejum*, 1524. in 8. *Argentor. apud Jo. Herwagium*, 1525. in 8.

Extat in *Nov-Antiquis Theolog.* An. 1731. p. 864. sqq. peculiaris Observatio, qua ex collatione utriusque editionis probatur, editionem *Argentoratensem* ad Cap. XXII. Lucæ fuisse a Calvinianis castratam, ac corruptam, verbaque Lamberti de Sacramento Eucharistiæ ibidem extantia plane ad Zwinglii mentem immutata. Sed fortasse ipse Lambertus An. 1525. Argentorati degens hujus variationis est Autor, & jam tunc temporis in Articulo de S. Cœna Lutheri partes, quibus addictus erat, deseruit, qui postea, ut volunt, anno 1529. plenissime Reformatorum doctrinam adoptavit. Vid. Cl. Gerdes in *Florilegio Librorum rarior.* pag. 69. 70. Utut non desint, qui cum Theologis Darmstadiensibus Lambertum ad mortem usque Lutheri doctrinam adhæsisse, affirment. Vid. Schelhorn. *l. c.* p. 372. V. E. Loescheri *Historia Motuum* P. III. p. 123.

Secundi LANCELLOTTI Scripta.

Rariſſima eſſe & pauciſſimis viſa docent J. B. v. E. *Freymüthige Gedancken* p. 108. itemque Theoph. Sinceri *Bibliotheca Hiſtorico-Critica Librorum rarior.* p. 413. ſqq. Extant apud me: *L'Hoggidi overo il mondo non peggiore ne più calamitoſo del paſſato del Patre D. Secondo* LANCELLOTTI *da Perugia, Abbate Olivetano, Academico inſenſato, Affidato, & Humoriſta.* Parte prima. *Alla Santita di N.S. Papa Urbano IIX. In Venetia appreſſo le Guerigli* 1675. in 8. pp. 592. *L'Hoggidi overo gl' ingegni non inferiori a paſſati.* Parte ſeconda. *Con alcuni diſcorſi intitolati Sfoghi di Mente. All' eminentiſſ. e reverendiſſ. Cardinale Borgheſi. Venetia* 1662. *appreſſo li Guerigli.* in 8. pp. 472. *Farfalloni de gli Antichi Hiſtorici, notati dall' Abbate D. Secondo* LANCELLOTTI. Parte terza. *Dal Signor D. Ottavio Lancellotti ſuo Fratello Mandati in Luce. Venetia appreſſo li Guerigli* 1662. in 8. pp. 392. *Chi l'indovina e Savio, overo la prudenza humana fallaciſſima. Libri otto, dell' Abbate D. Secondo* LANCELLOTTI. Parte quarta. *Venetia appreſſo le Guerigli* 1662. in. 8. pp. 815.

Hippolithi A LAPIDE Diſſertatio de ratione Status in Imperio noſtro Romano-Germanico, in qua tum qualisnam revera in eo Status ſit, tum quæ ratio Status obſervanda quidem, ſed magno cum Patriæ libertatis detrimento neglecta huc usque fuerit; tum denique, quibusnam mediis antiquus Status reſtaurari ac firmari poſſit, dilucide explicatur. *Freiſtadii* 1647. in 12. pagg. 583.

Scriptum ſatis quidem notum, attamen paulo infrequens & rarum. *Editio prima* Originalis, quæ ſine mentione loci 1640. in 4. prodiit, rarior eſt quam rariſſima, & in maximo a Bibliophilis pretio habetur. Diverſa autem de Autore hujus Libri ſunt judicia. Tribuitur enim ab aliis Jac. Philippo a Steinberg; ab aliis Joachimo Dranſe, Suecici Regni Legato, in Aula Brandenburgica Reſidenti; ab aliis Jo. Joachimo a Rusdorf; a quibusdam Balthaſ. Henckelio, vel

vel Joan. Adlero Salvio. At vero neminem alium famosi hujus Scripti Autorem esse, quam Bogislaum Phil. Chemnitium, Nepotem magni illius Martini Chemnitii, post Christoph. Augusti. Heumannum in *Conspect. R. L.* p. 345. sqq. edit. nov. Christ. Godofr. Hofmannum in *Bibliotheca Juris Publ.* p. 624. & alios, Cl. Jo. Sam. Müllerus, Rect. Johannei Hamburgensis meritissimus, nuper *pecul. Programmate* probatum dedit ex ejusdem Bogisl. Phil. Chemnitii alio Libello itidem rarissimo: *Senatus Deorum de præsentibus afflictissimæ & periclitantis Germaniæ miseriis, & reducenda Pace. Holmiæ* 1650. in 12. Conf. *Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen A.* 1739. p. 733. sqq. & J. C. M. Cogitata de vera Nominis Hippolithi a Lapide Origine, in *Tom. I. Supplem. ad Nov. Acta Erudit.* p. 239. sqq. *Biblioth. Mixta Hamburg.* T. III. p. 784. sqq.

LASCARIS Grammatica græca, græce, ex recognitione Demetrii Cretis. *Mediolani, per Dionys. Paravisinum,* 1476. in 4.

Liber inter rariores primi ordinis; quia omnium primus est eorum, qui typis græcis fuerunt expressi. V. Cl. Michaël Maittaire in *Annalibus Typograph.* T. I. p. 34. *ed. nov.* præstantiam & raritatem hujus Operis magnifice commendat: "Librum integrum, ait, græce excusum, hoc antiquiorem non novi. Character est venustus, mediocri inter majorem & minorem forma; quali postea An. 1499. Suidæ Lexicon ibidem impressum prodiit. Quæcunque fere hactenus græcis typis donata lucem viderunt, ἀποσπασματια tantum quædam fuerunt a latinis Scriptoribus allegata, & ipsorum Operibus insperſa, ac adeo deformes sunt typi isti, ut legi non possint."

Johannis LASITII Historia de origine & rebus gestis Fratrum Bohemicorum.

Liber rarus, quem editores recentissimæ editionis Lexici Bæliani, quovis licet studio adhibito, invenire haud potuerunt. v. Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitates Litterar.* T. II. p. 436. quemque Jo. Alb. Fabricius, Vir, qui scibile discutit omne, nec dum editum esse scribit, vid. *Biblioth. Græc.* T. XII. p. 199. Id quod & asserit V. Cl. Christ. Aug. Saligius

gius in *Hiſtor. Auguſt. Confeſſ.* T. II. p. 723: "Er iſt, „ inquit, "unter den Böhmiſchen Brüdern ſehr berühmt "wegen ſeines Buches: *De origine & rebus geſtis Fratrum "Bohemicorum, inſtinctu & cura Simeonis Theoph. Turno-"vii, Senioris Eccleſiar. Maj. Poloniæ Confeſſionis Bohem. "Libri IIX.* welche dem Carolo Zerotimo A. 1599. dedi-"ciret, aber meines Wiſſens noch nicht gedruckt ſind. "Ich ſehe, daſs ſie noch immer aus dem MSto allegiret "werden, und müſſen ſehr ſchöne Nachrichten, welche "die Polniſche Reformations-Hiſtorie ungemein erläutern "könnten, darinnen ſtehen; daſs alſo zu wünſchen wäre, "daſs ſie, da ſie in vieler Händen ſeyn mag, in Druck "gegeben würde.„ Excuſum vero fuiſſe hunc Librum An. 1649. in 8. docuit me per litteras Amicus, qui illum poſſidet. Idem docent Jo. Andr. Schmidius in *Introduct. Sagittariana ad Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 355. & *Catalogus Bibliothecæ* Haſæanæ pag. 425. Hæc interim Controverſia, utrum LASITII Hiſtoria typis fuerit excuſa, nec ne? componi poterit facillime. Scripſerat Laſitius, Vir Helveticæ Confeſſionis, a Rege Stephano Legationibus obeundis admotus, *de origine, progreſſu, & rebus proſperis vel adverſis Fratrum Bohemorum Libros octo.* Sed Libri ſeptem priores plane deperditi ſunt. Octavus autem *de Diſciplina, Moribus & inſtitutis Fratrum* agens, editus eſt cura Jo. Amos Comenii, primo A. 1649. ſine loci expreſſione, & iterum *Amſtelodami* 1660. in 8. Huic argumenta brevia ſingulorum ſeptem Librorum adjecta ſunt. Plenius hæc ediſſerit Petrus Bælius in *Dictionn. Hiſtor.* Art. *Laſitius*, lit. B. ſcribens: "Laſitius trouvant que l'on n'avoit guere écrit ſur "ce ſujet des Freres Bohemiens, il en entreprit l'Hiſtoire; "qu'il y travailla pluſieurs années & qu'il dreſſa un Ouvra-"ge diviſé en huit parties, & intitulé: *Origo, progreſſus, "resque tam proſperæ quam adverſæ, nec non mores, inſti-"tuta conſuetudinesque Fratrum Bohemicorum;* qu'environ "l'an 1585. il l'envoia aux Egliſes de Boheme, & les pria "de le publier, auprès qu'elles y auroient fait les change-"mens, & les ſupplemens qu'elles jugeroient neceſſaires; "que ne voiant point venir l'objet de ſes eſperances, il en-"voia une copie plus correcte de ſon Ouvrage l'an 1599.

"au

‘au Baron Charles de Zerotin, le suppliant très-humblement d'emploier son autorité & sa bourse à l'impression de ce Manuscrît; mais que tout cela ne servit rien. Enfin l'un des Freres de Boheme publia le VIII. Livre de cette Histoire de Lasitius l'an 1694. avec des Extraits des sept autres. Voici le Titre de cette Edition: *Jo.* LASITII, *nobilis Poloni, Historiæ de origine & rebus gestis Fratrum Bohemorum Liber octavus, qui est de moribus & institutis eorum, ob præsentem rerum statum seorsim editus. Addun-tur tamen reliquorum septem Librorum argumenta, & particularia quædam excerpta.*„ Hactenus Bælius. Ejusdem Lasitii extat alius Liber, qui recensetur a Christ. Aug. Saligio in *Histor. August. Confess.* T.II. p.722. cuique titulus: *De Russorum, Muscovitarum & Tartarorum Religione, Sacrificiis, Nuptiarum & Funerum Ritu, e diversis Scriptoribus, quorum nomina versa pagina indicat. His in fine quædam sunt adjecta de Livonia, Pacisque Conditionibus, & Pace confecta hoc anno inter Ser. Regem Poloniæ & Magnum Ducem Muscoviæ. Spieræ, libera Civitate Veterum Nemetum excudebat Bernardus d'Albinus*, 1582. in 4. Uterque horum satis est infrequens.

Joannes DE LASKO, *Præpositus Posnanienſis & Regni Poloniæ Cancellarius*, sub titulo: Commune inclyti Poloniæ Regni Privilegium Constitutionum, & Indultuum, publicitus decretorum approbatorumque &c. *Cracov. ex offic. Joan. Haller*, A. 1506. in fol. typis rudibus Gothicis edidit primus Statuta, Leges, & Privilegia publica a Regibus Casimiro M. Ludovico, Uladislao Jagellone, Uladisl. III. Casimiro III. Jo. Alberto, & Alexandro condita & indulta Reipublicæ Polonicæ, quæ vigore Diplomatis Regii, ante & post annexi, consensu Senatorum, Baronum & Nuntiorum terrarum atque Civitatum, ex quibus Corpus universi Regni constat, ex Aerario & Thesauro Regni protracta, & diligenter collata, tanquam Originalia ipsa, Regio nomine ad notitiam omnium Regni incolarum publicavit. Opus hoc LASKII propter eximiam raritatem magni faciendum est. Vid. Dav. Braunius *de Scriptoribus Polon. & Prussiæ* p. 1. sqq.

Johannis

Johannis A LASKO, *Theologi, & Ecclesiarum Ost-Frisicarum, cumprimis vero Emdanæ, Superattendentis*, Scripta omnia.

Rarissima sunt, seseque oculis & manibus Eruditorum quam maxime subduxerunt. Accuratam Scriptorum Joh. A LASKO juxta ordinem temporis enumerationem habes in V.S.R. Dan. Gerdes *Florilegio Historico-Crit. Libror. rarior.* p. 81. sqq. Cui addatur Jo. Frid. Bertrami *Historia Critica Johannis* A LASCO, *Auric.* 1733. in 4. excusa.

Vincencio Ivan DE LASTANOSA, *Sennor de Figaruelas*, Museo de las Medallas Desconnocidas Espagnolas; illustrado, con tres discursos, del Padre Paulo de Rajas de la Compagnia de Jesus, del Doctor Don Francisco Ximenez de Urrea, i del D. Ivan Franc. Andres de Ustarroz. *En Huesca, Ivan Nogues*, 1645. in 4.

Liber inter rariores rarissimus, quo continentur æri incisæ Numismatum Icones CLXXV, quas communis velut rerum antiquarum naufragii reliquias collegerat Lastanosa. Intermiscentur passim Nummi Arabici & Gothici. Satis copiosam hujus Scripti notitiam habes in Gust. Peringer Lilienblad *Ecloga s. Catalogo Librorum, quos Sparfwenfeldt dedit Bibliothecæ Regiæ*, p. 41-45. Cui jungas velim Aug. Bayeri *Memorias Libror. rarior.* p. 67. ex quibus discimus, Hispanum nostrum scripsisse Tractatum æque rarum: *Tratado de la Moneda Jaquesa. Zaragoça* 1681. in 4. cum fig. æn. in quo exponuntur Nummi Jaccæ Arragoniæ Civitate cusi; & alium multo adhuc rariorem sub titulo: *Descripcion de las Antiquidades i jardines de Don Vincencio Ivan* DE LASTANOSA, *hyo, Ciudadano de Huesca Ciudad en el Reino de Aragon. escriviala el solitario al Don Francisco Filhol, lustre ornamento i Elogio de Ciudad de Tolosa. Caragoça, Diego Dormer*, 1647. in 4.

Brunetto LATINI Tesoro. *In Venezia presso Marchio Sessa*, 1533. in 8. *Ejusd.* Etica d'Aristotele

ſtotele ridotto in Compendio. *In Lione, per Giovanni Tournes*, 1568. in 4. pp. 186.

Libri hi in ipſa Italia ſunt rariſſimi. v. Nic. Franc. Haym *Notizia de Libri rari* p. 181. 188.

Latini LATINII Epiſtolæ, curante Dom. Macro. Tom. I. *Romæ* 1659. in 4. Tom. II. *Viterbi* 1667. in 4.

Rarioribus omnino adnumerandus.

LATITVDINARIVS Orthodoxus: I. in genere, de Fide in Religione naturali, Moſaica, & Chriſtiana; II. in particulari, de Chriſtianæ Religionis Myſteriis, Sancta Trinitate, Chriſti Incarnatione, Corporis Reſurrectione, Cœna Dominica. Acceſſ. Vindiciæ Eccleſiæ Anglicanæ, & Arthuri Bury S. T. P. contra ineptias & calumnias P. Jurieu. *Londini* 1697. in 8.

Servat hunc Librum in ſua Bibliotheca S. R. Jo. Bernh. Haſſelius per litteras me docens: "Es iſt ſo rar, daſs ich "glaube, es ſey nicht zwanzigmahl in ganz Teutſchland "anzutreffen." Juſtus Chriſtoph. Bœhmerus habuit *Diſputat. inaugur. de Myſterio Trinitatis contra* LATITVDINARII *Orthodoxi Autorem.*

Caroli Godofredi LAV Diſſertatio juridica, ſiſtens Theſes ex univerſo Jure depromtas. *Regiomonti* 1727. in 4.

Hæ Theſes publica autoritate ſuppreſſæ fuerunt. v. T. IV. *Bibliothecæ Uffenbach. univerſ. p.* 175.

Theodor. Ludov. LAV. v. MEDITATIONES Philoſophicæ.

Antoine DE LAVAL, *Capitaine du Chaſteau de Moulins*, Deſſeins des Profeſſions nobles & publiques. *à Paris, chez Langelier*, 1612. 4.

Rarioribus imo rariſſimis adnumerandus ex indicio Bibliophili cujusdam in notitia Librorum verſatiſſimi.

Comte

Comte DE LAVARO Memoires Politiques, Amusans, & Satiriques. *Venet.* 1716. Tomi III. in 12.

Liber rarus, ex indicio *Catalogi Bibliothecæ* Hübnerianæ pag. 154.

LAVENBVRGISCHE Succeſſions-Sache.

In *Cauſa* LAVENBVRGICA non tam multa Scripta ſunt impreſſa, atque in aliis hujusmodi controverſiis imprimi ſolent; & quæ fuerunt typis data, lucem fere, eo ipſo momento quo viderunt, iterum ſpectare deſierunt, in Archivis condita. Cenſeo hic imprimis magnum in folio Opus *Deductionis Hanoveranæ*, cujus reliqua omnia præter titulum impreſſa ſunt. Deprehenditur id rariſſime, & certas ob cauſas hic Cancellarii HVGONIS labor tenebris iterum fuit datus. Vid. Henr. Chriſtiani Senckenberg *Selecta Juris & Hiſtoriarum*, Tom. VI. in *Præfat.* p. 51. 52.

Pierre DE LAVNAY Paraphraſe & Expoſition ſur les Epiſtres S. Paul &c. Premiere & ſeconde Partie. *Se vend à Charenton par Louis Vendosme*, 1650. in 4.

Opus hoc uti longe eſt rariſſimum, ita quoque præſtantiſſimum; uti reliqua Petri LAVNÆI Scripta, quem inter optimos Scripturarum Interpretes enumerat Steph. Gauſſenius docente Viro S. R. Dan. Gerdes in *Florilegio Hiſtor. Crit. Librorum rarior.* p. 84. 85.

Jo. LAVNOJI Scripta pleraque.

De quibus ita David Ancillonius in *Litteris ad Balthaſ. Bebelium:* "Sorboniſta Launojus vix ullum curat edendum "Librum, quin omnia Exemplaria ſtatim atque extant, "occupent, & abſtrahant Lojolitæ, celeritate, ut & ra- "rius deinde & carius proſtent.„ v. Jo. Herm. ab Elswich *Epiſtolæ* p. 190. Indicem Scriptorum a Jo. Launojo confectorum habes apud Jo. Alb. Fabricium in *Præfat. Mabillonii Itinerar. German. & Launoji Scholis à Carolo M. inſtauratis præmiſſa.* Laudandum hinc conſilium Serpilii, qui Opuſcula Jo. LAVNOJI junctim edere voluit. v. *Nov-Antiqua Theolog.* 1720. p. 631. ſqq. Id quod nuper præſtitit

ſtitit Gallus Anonymus, qui *Jo.* LAVNOJI, *Conſtantienſis, Pariſienſis-Theologi, Socii Navarræi, Opera omnia, in quinque Tomos & decem Volumina diſtributa, Coloniæ Allobrogum, ſumtibus Fabri & Barrillot, Sociorum, & Marci Michaëlis Bousquet & Sociorum*, A. 1731. ſqq. in fol. recuſa dedit. Recenſionem uniuscujusque Scriptionis, quæ in his Tomis deprehenditur, invenies in *Actis Eruditorum Lipſiæ publicatis.*

Jac. LAVRENTII Hugo Grotius Papizans.

De raritate hujus Libri Cl. Hermannus Henr. Engelbrecht in doctiſſima *Præfat. de Religione & Papiſmo Hug. Grotii*, præmiſſa Jo. Seyfferti *Claſſico Belli Sacri adverſus Hug. Grotium*, p. 12. ſcribit: "Adjunxiſſem libenter LAVRENTII *Grotium Papizantem*, ſi in illius notitiam venire "mihi licuiſſet. Editum eſt Scriptum illud *Amſtelod.* 1642. in 8. In *Catalogo Bibliothecæ* Jo. Frid. Mayeri p. 293. editio *Amſtelodamenſis* 1662. in 8. memoratur: ſed latet ſine dubio vitium in numeris, & fortaſſe nunquam fuit recuſus hic Tractatus, quem ſatis diu quæſitum tandem ex inſtructiſſima ſua Bibliotheca nobiscum communicavit illuſtr. Everardus Otto. En titulum: *Hugo Grotius Papizans. Hoc eſt: Notæ ad quædam loca in Hug. Grotii Appendice de Antichriſto, Papam Romanum, & Doctrinam ac Religionem Papiſticam ſpectantia, & in quibus via ſternitur ad Papiſmum Antichriſtianum. Authore Jac.* LAVRENTIO, *Amſtelodamenſi, & in Eccleſia Amſtelodamenſi Verbi Dei Adminiſtro. Amſtelodami, typ. Nicolai Raveſteinii; ſumtibus Henr. Laurentii Bibliopolæ Amſtelodam.* 1642. in 8. pp. 206. Mr. Bruzen la Martiniere in *Notis ad Richard. Simonii Epiſtolas ſelectas* T. I. p. 20. de Papiſmo Hug. Grotii ita judicat: "Si nous "en croions le P. Petav, Mr. Arnaud, & quelques autres "ſavans hommes, de nôtre communion, Grotius avoit eu "deſſein de faire profeſſion publique de la Religion Catho- "lique. Quelques Proteſtans mêmes ont dit, de lui: *Gro- "tius Papizans.* Mais il me paroit, tant par ſes ouvrages, "que par ce que j'en ai pû apprendre de ſes amis, que "ſa Catholicité étoit fort vague. Il avoit fait une Religion "à ſa maniere, & il lui donnoit le nom de croiance veri- "tablement Apoſtolique. "

Wolfgangi LAZII, *Cæsarei Historici*, Scripta pleraque rariora sunt; præprimis: *Fragmenta quædam Caroli M. Imper. Rom. aliorumque incerti nominis de Veteris Ecclesiæ Ritibus ac Ceremoniis a Wolfg.* LAZIO *Cæs. Historico erута a tineis. Adjectum est perelegans Opus Rabani Mauri, Archiepisc. Moguntini, de Virtutibus, Vitiis, ac Ceremoniis ejusdem antiquæ Ecclesiæ, ab eodem repertum. Antverpiæ, apud Jo. Bellerum, sub insigni Falconis*, 1560. in 8 pagg. 316.

Wolfg. LAZII Vienna Austriæ, sive Rerum Viennensium Commentarii in quatuor Libros distincti, in quibus Celeberrimæ illius Austriæ Civitatis exordia, vetustas, Magistratus, Familiæque ad plenum illustrantur. *Basileæ, apud Joannem Oporinum*, 1546. in fol.

Quod Opus *M. Henr. Abermannus* additis variis Notis Lazium supplentibus germanice edidit sub titulo: *Historische Beschreibung der weitberühmten Kayserl. Hauptstadt Wien in Oesterreich, darin derselben Ursprung, Adel, Obrigkeit und Geschlechter ausführlich erkläret werden. Wien* 1619. in fol.

Wolfg. LAZII Chorographia Austriæ. *Viennæ* 1561. in fol.

Ob Exemplarium impressorum paucitatem tam rarus fuit hic Liber, ut in una tantum atque altera Patriæ Bibliotheca extaret, & a Viris peritissimis pro inedito haberetur. Nuper illum Raymundus Duellius recusum dedit *Francofurti & Lipsi.* 1730. fol. qui tria impressa Exemplaria inter se contulit, & diversitates quasdam (quod mireris) annotavit. Conf. *Acta Eruditor.* 1730. p. 368.

Wolfg. LAZII Commentariorum Reipublicæ Romanæ illius in exteris Provinciis bello acquisitis constitutæ Libri XII. *Basil. ap. Jo. Oporinum*, 1551. in fol. recus. *Francof.* 1598. fol. cum fig.

Wolfg.

Wolfg. LAZII, *Medici & Hiſtorici Cæſarei*, Hiſtoricarum Commemorationum Rerum Græcarum Libri II. conſecrati Divo Ferdinando, Romano Imperatori Maximo, & Maximiliano, Bohemorum Regi Sereniſſimo: in quibus tam Helladis quam Peloponneſi, quæ in lucem antea non venerunt, explicantur. *Viennæ* 1558. in fol. recuſ. *Hanoviæ* 1605. in fol. cum fig.

Editio *Viennenſis* ab ipſo LAZIO adornata, ac Helladis primum, deinde etiam Peloponneſi Numiſmata, quæ in univerſo Opere explicantur, item utriusque tractus Chorographiam, nummorum averſis partibus intertextam, Autorisque non conſilio ſolum, ſed manu etiam deſcriptam, quatuor buxeis tabulis comprehenſa exhibet. In *Hanovienſi* autem nummi omnes in ſua quique loca diſtributi ſunt.

Ad LEGEM & Teſtimonium. Sive Erotematica Propoſitio & Deductio quorundam Conſcientiæ Caſuum; præcipue de publico Novi Teſtam. Cultu, aliisque Chriſtianiſmo vel neceſſariis, vel utilibus: exhibita Chriſtianorum Eccleſiis & Cœtibus illis, qui ſolam Veteris & Novi Teſtam. Scripturam pro unico Fidei & morum Canone profitentur. An. 1645. in 8. pagg. 72.

Libellus rarus & infrequens, qui a Ven. Reimmanno in *Hiſtor. Univerſ. Atheor.* p. 477. ſqq. ſcriptis atheiſticis adnumeratur. Autorem habet Adamum Boreel, Zeelandum. Vid. Chr. Sandius *de Origine Animæ* p. 151. & in *Biblioth. Anti-Trinitaria* pag. 144. Godofr. Arnoldus in *Hiſtoria Eccleſiaſtico-Hæreſiolog.* T. I. p. 540. & *Nov-Antiqua Theolog.* 1701. p. 189. ſqq. Iterata vice prodiit una cum aliis Opuſculis poſthumis ejusdem Borelii. Titulus ita habet: *Scripta Adami* BORELII *poſthuma, quibus præfixus ejusdem Tractatus*: Ad Legem & Teſtimonium; *olim editus, cum annexis in fine nonnullis aliis ad hæc ſpectantibus.*

Cosmopoli, typis Impressoris, 1683. pagg. 260. Rarior est haec repetita editio priori. Adservo etiam inter reculas meas: *Johannis* Hoornbeck *Apologiam pro Ecclesia Christiana hodierna, non Apostatica; opposita Libello, cui tit.* Ad Legem & Testimonium &c. *Amstelod. apud Lud. Elzevirium*, 1647. in 8. pp. 135.

Godofr. Guil. LEIBNITII Methodus Juris, An. 1666. conscripta, & Jo. Philippo Electori Moguntino inscripta, a multis jam annis rara est, & fere nullibi obvia. Prodiit hac inscriptione: G. G. L. L. *nova Methodus discendæ docendæque Jurisprudentiæ, cum subjuncto Catalogo Desideratorum in Jurisprudentia. Francof. ad Mœn.* 1668. in 12. De raritate hujus Libelli magno applausu excepti haec leguntur in *Actis Eruditor.* An. 1693. pag. 372. sq. "Hortatu Christiani Woldenbergii in Rostochiensi Academia "Antecessoris celeberrimi, Cl. Zinzerlingius JCtus ibidem "doctissimus novam ejus editionem moliebatur, confecto "diligenter Indice, Additionibus etiam affectis, quæ im"matura ejus morte fuere interceptæ. Hoc ideo memo"ravimus, ut Libelli a multis laudati, dudumque distra"cti, atque in paucorum manibus nunc versantis, memo"riam renovaremus, quæ forte ad recensionem ejus, atque "amplificationem e republica futuram, excitare eruditum "aliquem JCtum posset.„ Conf. Caroli Guntheri Ludovici *Historie der Leibnitzischen Philosophie* p. 320. sqq.

John LELANDS Itinerary of Great Britain, publish'd by Thom. Hearne. IX. Tomi. *Lond.* 1710. sqq. in 8. cum fig.

De insigni raritate Itinerarii Lelandiani, cujus non nisi CXX. Exemplaria impressa sunt, ipse editor Th. Hearne testatur. Vid. *Acta Eruditor.* 1729. pag. 185. Huic junge *Catalogum Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 427: "Ob es "wol, inquit, nur neun schmale Bändgen seyn, kostet es "doch schon über 30. Rthal.„ Conf. Kuchelbeckers *Beschreibung von London*, in *Præfat.* b. 5.

Johannis LELANDI de Rebus Britannicis Collectanea, ex edit. Thom. Hearne. Tomi

mi III. Cum Append. *Oxon.* 1715. VI. Voll. in 8.

"Es iſt dieſes Werck, „ ſcribit *Catalogus* Fresnoio-Mencken. p. 334. "zur alten Hiſtorie ſehr dienlich; aber "wegen der geringen Auflage faſt eben ſo koſtbar, als "LELANDI Itinerarium.„ Conf. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 390.

Simonis LEMNII Epigrammatum Libri II. *Vitemb.* 1538. in 8.

Continet hic Liber verſus injurioſos tum in Lutherum aliosque Profeſſores Vitembergenſes, tum in ipſum Saxoniæ Electorem cæterosque omnium Ordinum Viros. Vid. illuſtr. Seckendorfii *Hiſt. Lutheraniſm.* p. 1703. ſqq. *edit. Frick.* Autor, qui Vitemberga clam diſceſſerat, a Senatu Academico publice repetita vice citatus, & in perpetuum cum infamia relegatus eſt; omnia quoque Opuſculi, quæ haberi potuerunt, exempla in cineres redacta ſunt. Jo. Erh. Kappius V. Cl. Tomo III. *Nachleſe nützlicher Reformations-Urkunden* p. 376. ſqq. Vitembergenſium citationes & relegationem inſeruit, in quibus *Epigrammatum Libelli* vocantur "maledici verſus pleni mendaciorum & calumniarum, "in quibus partim eos, qui præſunt, ſeditioſe & falſo cri-"minatur, partim alios intolerabili afficit injuria.„ Lemnius itaque hac ignominia ſibi illata ſummopere exacerbatus vindictæ ſtudio primum *Epigrammata, adjecto tertio Libro, Baſileæ* 1538. in 8. recudenda curavit; deinde *Apologiam adverſus Decretum Vitembergenſe* edidit. Quam virulenta inque B. Lutherum, Juſtumque Jonam injuria ſit hæc Apologia, vel ſola ejus docet Inſcriptio, quæ hæc eſt: *Apologia Simonis* LEMNII, *Poëtæ Vitebergenſis, contra Decretum, quod imperio & tyrannide M. Lutheri, & Juſti Jonæ Vitemberg. Univerſitas coacta iniquiſſime & mendaciſſime evulgavit. Coloniæ, ap. Jo. Gymnicum,* in 8. De ſumma raritate hujus Libelli legatur Jo. Georg. Schelhornius in *Amœnitat. Hiſtoriæ Eccleſ. & Litterar.* p. 850. ſqq. de raritate autem utriusque editionis Epigrammatum Cl. Kappius *l. c.* T. III. p. 376. T. IV. p. 624. ſqq. De Lemnio noſtro ſcribit B. Matheſius in *Vita Lutheri Conc. XI.* pag. 126. *edit.*

Norimb. 1580: "Wie er denn hernach eine Rifianiſche "und grauliche Läſter-Schrift, die er den *Huren-Krieg* "nennet, dem heiligen Eheſtande, und der Kirchen-"Diener Ehe, und viel ehrbaren Frauen zu Unehren, lieſs "ausgehen." Hanc autem Lemnii πορνομαχίαν Libris omnium rariſſimis pariter accenſendam eſſe judicat doctiſſ. Schelhorn. *l. c.* p. 864. Conf. J. C. Gœrtzen *Merkwürdigk. der Dresd. Biblioth.* T. I. p. 284. ſqq.

Huberti Thomæ Leodii Stemma Leoſtenianum. *Francof.* 1634. in 4.

De Scripti hujus raritate in Jo. Jac. Moſeri *Bibliotheca Scriptorum de Rebus Suevicis* ſequentia annotantur: "Iſt "klein; aber ſehr rar. Es ſind unterſchiedliche Grafen "nebſt ihren Stamm-Vätern darinnen in Kupfer geſtochen. "Herr Prof. Eſtor hat es nunmehro in ſeinen vermiſchten "Schriften wieder auflegen laſſen." At in Eſtoriana editione deſunt, ni fallor, Icones. Addere hic potuiſſet Cl. Moſetus *Genealogicum Stemma Leoſtenium ſ. Comitum in Löwenſtein Wertheim &c.* adjectum etiam eſſe *Huberti Thomæ* Leodii *Annalibus Palatinis, Libris XIV. quibus Vita & res geſtæ Friderici II. exponuntur. Francof. apud Jo. Ammonium*, 1624. in 4. iterumque *ibid. apud Caſp. Wæchtlerum*, 1665. in 4. cum fig. æn.

Leone *Medico, di natione Hebreo*, Dialogi di Amore. *Venet.* 1541. in 8.

Libris rarioribus Sotadicis adnumeratur in *Catal. Biblioth.* Uffenbach. T. I. p. 971. Editionem *Venet.* 1531. afferri video in *Catalogo Biblioth.* Saurin. p. 209. & editionem *Venet. per i Figlivoli di Aldo*, 1552. in 8. in Haymii *Notizia de Libri rari* p. 180. De cæteris hujus Libri editionibus & Verſionibus in varias linguas copioſe commentatur S. R. Jo. Chriſt. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* T. I. p. 434. ſqq. T. III. p. 317. ſqq. T. IV. p. 833. Hiſpanicam Dialogorum Verſionem *in Venezia* 1568. in 4. pagg. 127. ſine nota Typographi excuſam poſſideo. Titulus Libri rariſſimi eſt: *Los Dialogos de Amor de Meſtre* Leon *Abarbanel, Medico y Filoſofo Excellente. De nuevo traduzidos en Lengua Caſtellana,*

lana, y deregidos ala Majestad del Rey Filippo. Con Privilegio della Illustrissima Signoria.

LEO *Mutinensis*, v. MVTINENSIS.

Casp. A LERCH, *de & in Dürnstein*, de Ordine Equestri Germanico - Cæsareo, bellico, politico. *Moguntiæ* 1625. in fol.

Commendatissimum est Scriptum, immediatæ Nobilitatis Antiquitatem & Statum multa industria describens; sed maxime rarum. Altera pars hujus Libri, comprehendens Libertatem & Jura Nobilitatis immediatæ, cum Autoris Bibliotheca per incendium penitus interiit. Testes raritatis & præstantiæ sunt: Reimmannus *de Libris Genealog. rar.* P. II. p. 196. Tenzelius *Biblioth. Curios.* 1705. p. 231. Struvius in *Biblioth. Juris* curante Budero. p. 814.

Marc. LESCARBOT, *Advocat en Parlement*, Tableau de la Suisse, & autres alliez de la France & hautes Allemagnes, auquels sont descrites les singularités des Alpes, & raportés les diverses Alliances des Suisses, particuliereement celles, qu'ils ont avec la France. *à Paris* 1618.

Librum hunc rarissimum esse, & frustra a se non sine maximo studio tum Lipsiæ, tum alibi in Bibliothecis quæsitum, indicat *Christ. Sigism.* Liebe in *Historia Nummi Ludovici XII. cum Epigr.* Perdam Babylonis nomen, p. 21.

Jacques LESCHASSIER Observation de la Renunciation au Vellejan. *à Paris* 1598. in 8. de la Representation. *ibid.* 1598. in 8. de la Digamie. *ibid.* 1601.

De eximia horum Scriptorum raritate vid. Vinc. Placcius in *Theatr. Anonym.* f. 103. & Jo. Georg. Schelhornius *Amœnit. Litterar.* T. V. p. 288.

Gregor. LETI Theatri Britannici duo priores Tomi, Italico sermone A. 1682. *Londini* in 4. editi, perraro conspiciuntur. Septingenta enim eorum exempla a Carolo II. Rege Britanniæ suppressa sunt. Integrum

Opus deinde tamen *Amſtelodami* V. Voluminibus in 12. An. 1684. prodiit. Vid. Schelhornii *Amœnit.* T. II. p. 344. Recenſetur hic Liber in *Biblioth. Hiſtor. Hamburg.* Cent. VI. p. 213. ſqq.

Johannis LETZNERI Scripta Hiſtorica.

Rariſſimis juſte adnumerantur, præcipue: *Daſſelſche und Einbeckiſche Chronica, d. i. Hiſtoriſche Beſchreibung der uralten Grafen zu Daſſel, derſelben Graf- und Herrſchaft in Sachſen, zwiſchen der Weſer und Leine, dem Lande Göttingen, und den Graf- und Herrſchaften Eberſtein und Homburg gelegen: desgleichen auch des Söllinger-Waldes, und der daraus fließenden Quell-Brunnen und Waſſer-Flüſſen, der beiden Städte Daſſel und Einbeck; der fürnehmſten Klöſter, Stift, Kirchen, Pfarren, Dörfer und Schlöſſer; der alten Adel-Geſchlechter, ſo vor Alters in dieſer Grafſchaft gewohnet; und wie von bemeldter Grafſchaft ein Theil, nemlich die Stadt Einbeck, an das Haus Braunſchweig, und nach Abſterben der Grafen von Daſſel, der andere Theil mit der gantzen Herrſchaft an das Biſchöfl. Stift Hildesheim, und darnach von demſelben an die Fürſten zu Braunſchweig und Lüneburg, Göttingiſcher und Wolfenbüttelſcher Linien, kommen ſeyn. Erfurt* 1596. in fol. Raritatem hujus Operis atteſtantur Jac. Frid. Reimmannus *de Libris Genealogic. rarior.* P. II. p. 187. *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buderiana 1221. Philipp. Jul. Rehtmeier in *Præfat. ad Chronicon Brunſvico-Luneburg.* p. 30. Jo. Chriſtoph. Harenbergius in *Hiſtoria Gandersheimenſi Diplomatica* p. 1394. & alii.

Johannis LETZNERI, *Hardeſiani*, kurtze, einfältige und ordentliche Hiſtoriſche Beſchreibung des Kloſters Heina in Heſſen gelegen. *Mühlhauſen* 1587. in 4. plag. 6½. *Ejusd.* Corbeiſche Chronica, von Ankunft, Zunehmung, Gelagenheit, zuſampt den gedenckwürdigſten Geſchichten des Keyſerl. freyen Stifts Corbey, aus welchem vorzeiten viele Hochgelahrte Chriſtliche Biſchoffe, Prediger und Lehrer beru-

berufen, und genannt, die das Evangelium in Sachſen, Weſtphalen, Holſtein, Frieſland, Dithmarſen, Dennemark, Schweden, Rügen &c. gepflantzet; aus allerhand alten Verzeichniſſen und Urkunden ordentlich beſchrieben. Aufs neue überſehen, und verbeſſert; auch mit einem Regiſter vermehret. *Gedruckt zu Hamburg durch Jac. Wulf*, A. 1590. in 4. plag. 26.

D. Benjamin LEVBERI Scripta. Gründlicher und Hiſtorien-mäſsiger Diſcours über etzlichen der Stadt Magdeburg in Sachſen gerühmten alten Privilegien, ſowohl was von den dreyen bekannten Büchern, dem Sachſen-Spiegel oder Land-Rechten, dem Weichbild und deſſen Chronica, ſamt deſſen Lehn-Rechten, zu halten, und wie weit in ſolchen die alten und wahren Sächſiſchen Geſetze, Ordnungen und Rechte zu befinden: aufgeſetzet durch D. Benjamin LEVBERN zu Dresden, menſe Martio, An. 1648. *Gedruckt zu Freyberg bey Georg Beuthern*, in 4. plag. 14.

Opuſculum rarenter obvium, cujus pauciſſima ſaltem Exemplaria fuere excuſa, quorum unum nuperrime IX. taleris in Auctione quadam publica eſt divenditum; teſte ill. Jo. Dan. Grubero in *Præfat. ad Tom. I. Hiſtoriæ Gottingenſis*, p. 43. Ingens hæc raritas Cl. Hertium eo adduxit, ut dubitaverit, an Libellus hic unquam fuerit excuſus. vid. Jo. Nicolai Hertii *Opuſcula* T. II. p. 598. Hinc Scriptum Leuberianum optimo conſilio recudi fecit illuſtr. Jo. Gottfried von Mejern in limine Tom. III. *Actorum Pacis Weſtphalicæ*. De alio ejusdem LEVBERI Opere longe rariſſimo, quod meditatus eſt ſub *Quartæ Monarchiæ* titulo, cujus etiam *Librum I.* typis ſubjicere cœpit hac inſcriptione: *Quartæ Monarchiæ Liber primus. Catalogus Imperatorum, Regum,*

Principumque Romanorum; Autore Benjam. LEVBERO, *J. U. D. Advocato. Cum Privil. Seren. Dn. Elect. Saxon. Dresdæ* 1643. in fol. Qui tamen publici juris nunquam factus est, legatur Jo. Burch. Mencke in *Præfat. Tomi III. Scriptorum Rerum Germanic. Num.* 26. itemque in *Præfat. ad Valentini Königes Genealog. Adels-Historie*, T. I. Cæterum immortalem LEVBERVS adeptus est memoriam ex Libro incomparabili *de Stapula Saxonica, ab Impp. Carolo M. Ottone M. Friderico III. reliquisque Cæs. A. A. constituta &c. Dresden, bey Andr. Læstern*, 1661. vel potius, uti in calce legitur, *Budissin, bey Christoph Baumann*, 1658. in 4. plag. 146. qui pariter rarescere videtur.

Henr. LEVCHTERI, *D. Hof-Pred. zu Darmstadt*, Antiqua Hessorum Fides Christiana & vera, das ist, Historischer Bericht vom alten und wahren Christlichen Glauben oder Religion der Hessen. Itzund zum erstenmahl in Druck gegeben. *Darmstadt durch Balth. Hofmann*, 1607. in 4. pp. 324.

In repetita editione titulus habet: *Evangelisches Chronicon, daß im Hessischen die Zwinglischen niemahls geduldet worden. Darmst.* 1620. in 4. Utraque editio rarissima est, teste Cl. Henr. Christiano Senckenberg in *Præfat. Tomi III. Selectorum Juris & Historiarum* p. 81.

Nicolai LEVTHINGERI Commentarii de Marchia Brandenburgensi. *Vitemb.* 1587. sqq. in 8.

Liber inter rariores quondam rarissimus, cujus uberiorem enarrationem habes in *Catalogo Bibliothecæ* Plarrianæ p. 236. Possidebat Ern. Martinus Plarrius, Regis Prussorum Consiliarius, LEVTHINGERVM partibus suis absolutum omnibus, ac meditabatur novam ejus editionem, quæ ipsi jussu Superiorum interdicta fuit, uti pluribus docetur in *Histoire des Ouvrag. des Sçavans* 1706. Sept. p. 426. sqq. De eximia LEVTHINGERI raritate illustr. Ludewigius ap. Reimmannum *de Libris Genealog. rar.* P. II. p. 180. sq. scribit: "Ego omnia Autoris Volumina simul non vidi, quæ etiam

"in

„ in Principum Bibliothecis frustra quæsivi.„ In *Praefat.* autem *Catalogo Biblioth.* Plarrianæ præmissa hæc leguntur: „ De LEVTHINGERI *Operum* præstantia, varietate & rari- „ tate, supervacaneum est inter Eruditos multis disputare. „ Fallimur? aut dicimus quod res est, contendentes, Lapi- „ dem Philosophorum, facilius felicisusque in Chymicorum „ ergastulis inveniri; ac LEVTHINGERVM in Historico- „ rum Sacrariis. „ Nuperrime vero A. 1729. Leuthingerianos Commentarios repetitis vicibus tum a Jo. Gottl. Krausio, tum a Georg. God. Küstero recusos fuisse, omnibus notum est. De utraque editione consulatur Georg. God. Küsteri *Bibliotheca Histor. Brandenburg.* p. 358. sqq.

Fortunii LICETI, *Genuensis*, Scripta pleraque rariora; hæc inter illa autem rarissima sunt, quæ nunquam fuere recusa. Præprimis in hunc censum veniunt: *De quæsitis per Epistolas a claris Viris Responsa. Bononiæ* 1640. in 4. *De secundo-quæsitis per Epistolas. Utini* 1646. in 4. *De tertio-quæsitis per Epistolas. ibid.* 1646. *De quarto-quæsitis. ibid.* 1647. *De quinto-quæsitis. ibid.* 1648. *De sexto-quæsitis. ibid.* 1648. *De septimo-quæsitis. ib.* 1650. Ingentem horum Voluminum raritatem deprædicat doctiss. Autor der *Hamburgischen vermischten Biblioth.* in *Præfat.* Tomi I. p. 27.

Fortunii LICETI, *Genuensis*, de his, qui diu vivunt sine alimentis, Libri IV. item de alimento, alendi functione, nutriendo corpore, fame, siti, calore nativo, humido radicali, temperamento, excrementorum usu, colliquamentis; de metalli, veneni &c. habitudine ad alendum; de ecstasi; de siderum, dæmonum, & consuetudinis viribus in inedia &c. *Patavii, apud Petr. Bertellium*, 1612. in fol.

Rarissimus, ex indicio Jo. Ludolphi Bunemanni in *Catal. Librorum rariss.* p. 66.

Fortunii LICETI, *Genuensis*, de spontaneo viventium ortu Libri IV. in quibus de generatione

tione animantium, quæ vulgo ex putri exoriri dicuntur, accurate aliorum opiniones omnes primum examinantur; cauſſæ ſingulæ propoſiti deinde cum generatim, tum etiam ſpeciatim ex rei natura deteguntur &c. *Vicetiæ, ex Typographia Dominici Amadei; apud Franciſcum Bolzetum, Bibliopol. Patavinum*, 1618. in fol. pagg. 323.

Fortunii LICETI de propriorum operum Hiſtoria Libri II. *Patavii, apud Paulum Frambottum*, 1634. in 4.

Catalogum Scriptorum ejus leget, cui volupe fuerit, in *Theſauro Biblioth.* T. II. p. 360. ſqq. & in Georg. Abr. Mercklini *Lindenio renovato de Scriptis Medicis* p. 275. ſqq.

Johannis LICHTENBERGERI Poſtilla. *Vitembergæ* 1512.

Quantæ de hoc Libro ſunt controverſiæ? Sunt, qui extare putant hæc rariora Sibyllina folia; ſed nec exiguo habemus numero, qui contrariam tuentur ſententiam. Vid. Groſchufii *Præfat. de Libris rarior.* p. 17. Tenzelius in *Colloq. Menſtr.* 1689. p. 844.

Camillo LILLI Storie di Camerino, Parti II. *Venezia*, in 4.

Catalog. Fresnoio-Menckenianus *Hiſtoricor.* p. 363. de hoc Libro obſervat: "Man findet es nicht anders, als ſehr "mangelhaft; ſo daſs insgemein viele Bogen, und inſon-"derheit alle Kupfer, fehlen.,,

Philippi A LIMBORCH Vita Simonis Epiſcopii. *Amſtelod. apud Galletum*, 1701. in 8.

Vita hæc a Phil. LIMBORCHIO, S. S. Theol. inter Remonſtrantes Profeſſore, belgice conſcripta, & An. 1693. Concionibus quibusdam Epiſcopii præfixa, in linguam latinam translata, & *Amſtelodami* in lucem emiſſa eſt. At rariſſime Exemplaria hujus editionis latinæ in ipſa Hollandia reperiuntur. Certe Gerh. Brantius, Paſtor Eccleſiæ Remonſtrantium

ſtrantium Amſtelodamenſis, nullum Exemplar nanciſci potuit. In *Præfat. ad Hiſtoriam Vitæ Jac. Arminii* ſcribit: Illud "monendum reſtat, quo magis de hujus Operis utilitate "Lectoribus conſtet, fuiſſe Cl. *Simonis Epiſcopii Vitam adhil.* "LIMBORCHIO, digniſſimo Remonſtrantium Theologiæ "Profeſſore, olim Concionibus ejus præfixam, in exteros "rum gratiam a literarum humaniorum amantiſſimo in la"tinum ſermonem haud infeliciter verſam, & in eadem, qua "hanc exhibemus, forma, in hac urbe *ap. Galletum* An. 1701. "vulgatam; ſed neſcio, quo fato hujus editionis Exempla"ria tam rara eſſe, ut vix unum inſpiciendi nobis copia fa"cta fuerit. Quod ſi reliqua e carceribus, quibus detineri "dicuntur, liberari contingat, eaque *Epiſcopii Vita* hisce de "Arminio Commentariis ſubjungatur, duobus illis Volu"minibus quadraginta annorum ſerie Remonſtrantium re"rum incunabula & fata agnoſcere licebit."

Gründliche Ausführung der Reichs-Stadt LINDAU, die ohnverſehens abgelöſte, und der Ertz-Hertzogin Claudiæ Fürſtl. Durchl. pendente lite cedirte Reichs-Pfandſchaft betreffend; mit vielen zu Ende angehängten Beylagen und Documenten. *Nürnberg, gedruckt und verlegt bey Wolfgang Endter*, 1643. fol. circiter 12. Alphab.

Opus egregium, quod merito Theſaurum dixeris antiquiſſimi Juris Germanici: at rarum & infrequens.

Petri LINDENBERGII Chronicon Roſtochienſe. *Roſtoch.* 1596. in 4. 23. pl.

Liber parum obvius, de quo in *Biblioth. Hiſtor. Hamb.* Cent. III. p. 207.: "Dieſes wehrte Buch iſt nur einmahl "gedruckt; daher es faſt zu einer Rarität worden." Etiam "inſpicere juvabit *Bibliothecam Hiſtoricam* Struvio-Buderian. quæ de præſtantia & raritate Libri Lindenbergiani ita judicat: "De Roſtochio habemus puro nitidoque ſtilo "conſcriptum *Petri* LINDENBERGII *Chronicon Roſtochienſe* poſthumum Libris V. ſummo ſtudio abſolutum, hodie "inventu rarum & plane egregium."

Frid.

Frid. LINDENBROGII Codex Legum Antiquarum variarum Germaniæ Gentium. *Francofurti* 1613. in fol.

Collectio hæc Legum Veterum curatissime adornata, magnoque intelligentium plausu excepta, hodie in tabernis librariis eximiæ est raritatis, digna sane, quæ recudatur. Inspice sodes *Bibliothecam Historicam* Struvio-Buderianam, p. 717. 718.

LIPSANA, oder Reliquiæ urbis Hallensis, im Bisthum Magdeburg; welche alle Jahr, des Sonntags nach dem Fest der Jungfrauen Marien, dem Volcke sind gezeiget worden, zum Ablass und Vergebung der Sünden. In fine leguntur hæc verba: *Gedruckt in der löblichen Stadt Halle, nach Christi unsers Herrn Geburt* 1520. in 4.

De Libro hoc rarissimo legatur *Catal. Biblioth.* Hafæanæ pag. 335.

Justi LIPSII Orationes octo, Jenæ habitæ. *Francof.* 1608. in 8.

Libellus olim rarus; non enim extant hæ Orationes in *Operibus* LIPSII. Vid. *Catalog. Biblioth.* Schalbruchianæ P. II. p. 111. Recusæ sunt *Francofurti* 1608. & 1625. in 8. iterumque *Jenæ* 1726. curante Kromayero. Idem pronuntiandum de prioribus *Epistolarum* LIPSII editionibus, quæ rarissimis sunt adnumerandæ. Nam in *Antwerpiensi* A. 1592. & posterioribus abesse jussit quaternas illas in Westphalos injurias Epistolas, substitutis in harum locis quatuor aliis. vid. *Miscellanea Lipsiensia nova* T. I. p. 655. sqq.

Petri LIZETII, *Alverni Montigenæ utroque Jure Consulti, primi, dum hos Libros componeret, officium Præsidis in Supremo Regio Francorum Consistorio exercentis; nunc, cum in lucem edit, Abbatis Commendatarii S. Victoris,* adversus Pseudo-Evangelicam Hæresim Libri s. Commentarii novem, duobus Voluminibus excusi.

Lute-

Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1551. in 4. iterumque *Lugduni, ap. Sebast. Gryphium*, in 4.

Utraque editio Libris rarissimis adnumeranda est; continetque Volumen I. *Tractatum contra præcipuum Pseudo-Evangelicæ Sectæ fundamentum, Libris V. Tractatum de Catholicæ Ecclesiæ, & suorum Judiciorum ac Decretorum authoritate. Tractatum de supremi Ecclesiæ verticis suorumque Decretorum authoritate. Exhortationem ad supremos, aliosque Regni Christianissimi Regios Judices, ut pro virili Pseudo-Evangelicum toxicum e Christianissima Republica extrudere satagant. Quæstionem: An Evangelicæ libertati adversetur, Hæreticos Lutheranos a Judicibus sæcularibus ignis pœna plecti?* In II. Volumine comprehenduntur: *Tractatus de nobilium Ecclesiæ præceptionum utilitate, quinimo & necessitate, illarumque astrictorio vinculo, VI. Libros continens. Dialogus de Sacrorum Librorum e Latino in vernaculum minime probanda versione inter Pantarcheum & Neoterum. Tractatus de auriculari versione, quam Prisci Exomologesin dicebant. Tractatus de Monastico Instituto. Dialogus de hujusce Sæculi cæcitate, & circumventione inter spiritualem & mundanum.* Lizetiani sermonis stylus a latinitate pura longe abest, Bezæque scommata merentur; cujus extat: *Epistola Magistri Benedicti Passavantii Responsiva ad Commissionem sibi datam a Venerabili D. Petro Lyseto, nuper Curiæ Parisiensis Præsidente, nunc vero Abbate Sancti Victoris prope muros. Adjunctis quibusdam Pertinentiis.* Plura de Lizeto, & Bezæ Passavantio contra Lizetum scripto suppeditabunt *Dictionnaire* de Bayle, *Memoires de Litterat.* par Mr. Sallengre T. I. p. 320. sqq. & Michaël Maittaire *Annal. Typograph.* T. III. p. 598.

Jo. Caramuelis a Lobkowitz Theologia Moralis. *Lovan.* 1643. in fol.

Refertur hic Liber non sine causa inter impios paradoxologicos & atheisticos a Jac. Frid. Reimmanno in *Historia Universali Atheism.* p. 434. In ea enim Probabilissimi Jesuitici strenuus defensor de mollitie & Sodomia docet: Si Deus eam non interdixisset, nunquam fore malam, sæpe bonam, & aliquando sub peccato mortali obligatoriam. Quam hypothesin

theſin Antonius Reiſerus in *Diſſertat. de Atheiſmo* pag. 62. non immerito dixit atheiſticam. Quod ad reliqua Caramuelis Scripta, iſta, licet pleraque ſæpius recuſa ſint, omnia tamen ſunt rara, indice Reimmanno in *Catalogo Bibliothecæ* T. II. p. 77.

Hermanni LOEMMELII Spongia contra cenſuram Facultatis Pariſienſis, & Eccleſiæ Anglicanæ Querela apologetica de cenſura Epiſcoporum Galliæ in duos Libros Anglicanos. *Andomoropoli* 1631. in 8.

Scriptum manu carnificis publice combuſtum, docente ap. Placcium in *Theatr. Pſeudonym.* f. 421. Cl. Normanno.

Lud. Henr. LOMENII, *Briennæ Comitis, Regi a Conſiliis, Actibus, & Epiſtolis*, Itinerarium. *Pariſiis, typis Cramoſianis*, 1660. 12. pp. 39.

Editio altera, curante Carolo Patino, auctior & ſplendidior prodiit A. 1661. in 8. omiſſa tamen ſunt in illa quædam & caſtrata, imprimis locus quidam valde obſcœnus de populis Weſtrogothicis. Vid. Aug. Bayeri *Memoriæ Libror. rarior.* p. 99. 100. Chriſt. Junkers *Ehren-Gedächtn. Lutheri.* pag. 460.

Mr. l'Abbé DE LONGERUE Deſcription Hiſtorique & Géographique de la France ancienne & moderne. *à Paris* 1719. in fol. II. Voll.

Laudatur hoc Opus & inſigniter commendatur. Quum vero cordatus Autor de Juribus Imperii Rom. Germanici in quasdam Regni Burgundici ſive Arelatenſis Provincias liberius & candidius judicaſſet, folia quædam hujus Operis juſſu Aulæ Ducisque Regentis reciſa, aliaque ſubſtituta ſunt. Magni itaque æſtimantur illa Exemplaria, quæ nondum fuere caſtrata. Vid. *Biblioth. Hiſtorica ſelecta* Struvio-Buderiana p. 301.

R. Menachem LONZANO, v. R MENACHEN.

Petri LOTICHII Carmina in unum corpus congeſta ſunt e Joach. Camerario, ac puerorum manibus teruntur; ſed rariſſime proſtat editio *Lutetiæ* An. 1551. *ex offic. Vaſco-*

Vaſcoſani in 8. emiſſa. Vid. Groſchuſius *de Libris rarior.* pag. 32.

Les glorieuſes Conqueſtes de Louis le Grand, Roy de France & de Navarre. Dediées au Roy. *Se vendent à Paris chez l' Auteur*, 1694. fol. maj. II. Voll.

Opus ſplendidum, pretioſum, ac rariſſime obvium. "Der Autor von dieſem koſtbaren und raren Buche, das "bis 500. Rthal. verkaufet wird, iſt Sebaſtian de Pontant, "Herr von Beaulieu, &c.„ Hæc & alia de raritate hujus Libri leguntur in *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 46. ſqq.

Der Keyſerliken Stadt Lübeck Chriſtlike Ordeninge, tho Denſte dem hilgen Evangelio, Chriſtliker Leve, Tucht, Frede und Enicheyt, vor de Yöget yn ener guden Scholen tō lerende, unde de Kerkendenere und rechten Armen Chriſtlik tho vorſorgende. Dorch Johan Bugenhagen Pom. beſchreven. in 8. In calce legitur: *Gedruket yn der Keyſerliken Stadt Lübeck dorch Johan Balhorn*, 1531. Van mennigerleie Chriſtliken Saken troſtlike Lere, genamen uth der Lübecker, Hamborger, unde der Brunſwiker Ordeninge. Dorch Jo. Bugenhagen, Pom. in 8. In calce: *In der Keyſerl. Stadt Lübeck by Jo. Balhorn, by der Ahtekenn wanende, gedrucket im Jar na Chriſti unſes Heilandes Gebort* 1531. Ordeninge der Lübiſchen butenn der Stadt in erem Gebede. in 8. In calce: *Dorch Johan Balhorn gedruckt*, 1531.

De ingenti raritate iſtorum Librorum inſpicere juvabit Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Hiſtoria der Lübeckiſchen Buchdruckerey*, p. 53. 54.

Stanislai LVBIENICII Hiſtoria Reformationis Polonicæ. *Freiſtadii* 1685. in 8.

Liber perrarus, judice S. Rev. Mosheimio in *Hiſtoria Serveti* p. 131. Idem ille ſcripſit magnum *Theatri Cometici* Opus, quod Regi Daniæ An. 1667. obtulit; tandemque Hamburgi veneno, neſcitur a quo cibo ejus aſperſo, una cum binis filiabus A. 1675. periit.

Stanislai LVBIENSKII, *Epiſc. Plocenſ.* Opera poſthuma. *Antwerpiæ, apud Jo. Meurſium*, 1643. in fol.

Apprime faciunt ad Hiſtoriam Sigismundi III. Polon. & Suec. Regis; ſed in nonnullis & quidem rarioribus Exemplaribus aliqua occurrunt, quæ in aliis caſtratis Exemplaribus non reperiuntur. Vid. Sam. Joach. Hoppius *de Scriptoribus Hiſtoriæ Polon.* §. XVII. Operum horum uberiori enarratione defungitur David Braun in *Catalogo Scriptorum Polon. & Pruſſiæ* pag. 68. ſq. De raritate juverit conſulere Nic. Hieron. Gundlingii *Collegium Hiſtorico-Literar.* T. I. p. 454.

Stanisl. LVBOMIRSCII Conſultationes XXV. ſive de vanitate conſiliorum Liber unus, in quo vanitas & veritas rerum humanarum politicis & moralibus rationibus clare demonſtratur, & dialogice exhibetur. *Varſaviæ* 1700. in 4. & *Lipſiæ* in 12.

Scriptum in Poloniæ Regem Auguſtum admodum acerbum, ſed mandato regio ſeveriſſime prohibitum; hinc in pauciſſimorum manibus. Vid. Wendleri *Diſſertat. de Libris rariör.* §. XIII. & Ludov. Mart. Kahlii *Biblioth. Philoſophic.* Struvianam T. II. p. 277. De iſto & reliquis Principis hujus Scriptis lege etiam Chriſt. Gryphium *de Scriptor. Hiſtoric.* p. 516. Dav. Braunium *de Scriptor. Polon. & Pruſſ.* p. 224. ſq. & *Theſaurum Biblioth.* T. I. p. 263. Poſſideo germanicam Opuſculi verſionem: *Der Politiſche Staats-Rath, d. i. eine Unterredung von der Eitelkeit der Rathſchläge, darinnen &c. Cöln, bey Martin Gruber*, in 12. pp. 189.

Fran-

Franciſci LVCÆ, *Brugenſis*, Commentarii in quatuor Evangelia, cum duplici Libello variarum lectionum, & Tractatu de Paraphraſi Chaldaica. *Antwerp.* 1606. in fol.

Librum rarum eſſe, indicat ill. a Maſtricht in *Catalogo Biblioth.* p. 15.

Jo. Laur. LVCCHESINII, *Lucenſis*, *S. J.* demonſtrata impiorum inſania, contra Atheos, Theiſtas, Judæos, Mahometanos, Ethnicos. *Romæ* 1688. in 4.

Libris rariſſimis accenſetur in *Catalogo Biblioth.* Haſæan. p. 78. Conf. *Act. Eruditor.* Tom. I. *Supplem.* p. 227. ſqq. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Reg. Dresd.* T. II. p. 496.

Johannis LVCII, *Tragurienſis*, de Regno Dalmatiæ & Croatiæ Libri VI. *Amſtelod.* 1666. in fol.

Memorant quidem editiones *Francofurtenſem* A. 1666. fol. & *Amſtelodam.* 1668. & 1688. fol. ſed tituli ſaltem a Bibliopolis mutati ſunt. Neque enim tam raro proſtaret Liber, ſi tot vicibus fuiſſet recuſus. Legatur *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buderiana, in quâ uberiorem etiam hujus Libri enarrationem reperies, p. 1496. 1497.

Jo. Jacobi LVCKII, *Argentoratenſis*, Sylloge Numiſmatum elegantiorum, quæ diverſi Impp. Reges, Principes, Comites, Respublicæ, diverſas ob cauſas ab anno 1500. ad annum usque 1600. cudi fecerunt, concinnata, & hiſtorica, ſed brevi narratione illuſtrata. *Cum gratia & Privil. Sacræ Cæſar. Majeſt. Argentinæ, typis Reppianis*, 1620. *Sumtibus ipſius Autoris.* fol. Alph. 4. pl. 6½.

Nondum liquet, an altera editio *Francofurti ad Mœn.* 1650. in fol. fuerit edita, ut quidam tradiderunt. Hoc interim certum eſt, editiones A. 1620. procuratas inter ſe differre. Differentias enumeravit Jo. David Kœlerus in no-

titia hujus Libri præmissa Tom. I. der *Historischen Müntz-Belustigung.* LVCKIVS sumtibus suis Librum excudendum curavit, ac ex eo sese ad paupertatem fere præcipitavit. Hinc Libri raritas; quam etiam agnoscit Cl. Dan. Gerdes in *Florilegio Librorum rarior.* p. 85.

Matthæi LVDECI Historia von der Erfindung, Wunderwercken, und Zerstörung des vermeinten heiligen Blutes zu Wilsnagk, samt den hierüber und dawider ergangenen Schreiben. *Wittenberg* 1586. 4. pl. 27.

Liber oppido rarus & non ubivis obvius, multa tamen singularia exhibens, quæ uberius indicantur in Georg. God. Küsteri *Biblioth. Historic. Brandenburg.* p. 171. sqq. Ejusdem LVDECI *Opus Missale, Vitemb.* 1598. in fol. Libris rarioribus merito adnumeratum recensetur *l. c.* p. 120. sqq.

Raymundi LVLLII Opera ea, quæ ad adinventam ab ipso artem universalem, scientiarum artiumque omnium brevi compendio firmaque memoria apprehendendarum, locupletissimaque vel oratione ex tempore pertractandarum, pertinent; ut & in eandem quorundam interpretum scripti Commentarii: quæ omnia sequens indicabit pagina. *Argentinæ, sumtibus Lazari Zetzneri,* 1598. in 8.

Comprehenduntur in hoc Libro: OPERA *Lulliana.* 1) *Ars brevis.* 2) *De Auditu Kabbalistico, seu Kabbala.* 3) *Duodecim Principia Philosophiæ Lullianæ.* 4) *Dialectica, seu Logica.* 5) *Rhetorica.* 6) *Ars magna.* INTERPRETES. 7) Jordanus Brunus *de Specierum scrutinio.* 8) Idem *de Lampade Combinatoria.* 9) Idem *de Progressu & Lampade Venatoria Logicorum.* 10) Agrippæ *Commentaria in artem Lullian.* 11) *Articuli fidei.*

Jo. Frid. LVMNII de extremo Dei Judicio & Indorum vocatione Libri. *Venetiis, apud Dominicum de Farris,* 1569. in 4.

Inter

Inter cætera LVMNII Scripta hunc Libellum propter raritatem eminere, docent Cl. Struvius in *Biblioth. Ant.* A. 1706. p. 255. & Cl. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 86. Prima Libri editio prodiit *Antwerpiæ* 1567. in 8.

Stephani LVSIGNANI, *de regio Cypri semine, Rectoris S. Theol. Ord. Prædicat.* Catalogus Virorum illustrium Veteris & Novi Testamenti, nec non omnium primitivæ Ecclesiæ cum Successoribus Pontificum in Ecclesia Romana, Constantinopolitana, Antiochena, Alexandrina & Hierosolymitana, in Ecclesia pariter Aquilejæ, Ravennæ, Mediolani, Parisiorum, ac in aliis antiquioribus Galliarum Ecclesiis, cum causis dissensionis Ecclesiæ Romanæ & Orientalis. *Parisiis, apud Guil. Niger*, 1580. in 8.

Recenset hunc Librum incognitum Cl. Aug. Bayerus in *Memor. Librorum rarior.* p. 101. sq. ex cujus judicio, præter nomina chronologice disposita, nihil habet, quod prodesse vel delectare possit.

Martini LVTHERI Postilla in Slavonicum idioma translata.

Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 401. & Christ. Aug. Saligii *Histor. August. Confess.* Tom. I. p. 719. qui posterior dubitare videtur, an extet hic Liber in lingua Slavonica, qui in linguam *Venedorum* s. *Wendicam* translatus prodiit *Utibingi* 1595. in fol.

Mart. LVTHERI Commentarius in S. Pauli Epistolam ad Galatas in linguam Gallicam translatus.

Omnium rarissimis Libris adnumeratur a Cl. Jo. Henr. von Seelen, qui uberiore ejus enarratione defungitur in *Eclogis Lutheranis* p. 9. sqq. "Ad Cimelia mea literaria,„ inquit, "jure refero Librum longe rarissimum, cujus hæc "est inscriptio: *Declaration entiere des fondemens de la "Doctrine Chrêtienne, faite par Martin* LVTHER *sur "l' Epistre de S. Paul aux Galatiens; en laquelle est con-*

"*tenuë une vraye & parfaite Expoſition de la Juſtification,* "*qui eſt par la Foy en Jeſus Chriſt. Nouvellement revuë,* "*curieuſement corrigée & augmentée* (*ſuivant le Latin*) "*de ce qui eſté obmis en l'Impreſſion Françoiſe auparavant* "*miſe en Lumiere. à Anvers, chez Arnoult Conink,* 1583. "in 4. maj. Documentum eſt Fidei Lutheranæ apud Ant- "werpienſes olim etiam agnitæ atque aſſertæ. Autorem "Verſionis hujus Gallicæ eo minus inveſtigare licuit, quo "certius, quod nullam hujus Libri notitiam invenire potue- "rim; prima quoque ejusdem editio, quod ingenue fateor, "conſpectum meum adhuc non ſubierit. Secunda hæc ea- "demque melior luculentis non modo typis expreſſa, ſed "Indice quoque rerum præcipuarum eſt inſtructa .„

Mart. LVTHERI Epiſtolarum Farrago, pietatis & eruditionis plena, cum Pſalmorum aliquot interpretatione, in quibus multa chriſtianæ vitæ ſaluberrima Præcepta ceu Symbola quædam indicantur. *Haganoæ, excud. Jo. Secer,* 1525. in 8.

Recenſetur hæc Collectio *Epiſtolarum* LVTHERI a Theophilo Sincero in *Bibliotheca Hiſtorico-Crit. Librorum rarior.* p. 219. ſqq.

Mart. LVTHERI Epiſtolæ, Tom. I. cura Jo. Aurifabri. *Jenæ* 1556. in 4. Tom. II. *Isleb iæ* 1565. in 4. iterumque curante Georg. Cœleſtino *Berolini* 1579. in 4. II. Voll.

Infrequentes ſunt & parce obviæ. Vid. *Catalog. Biblioth.* Haſæanæ p. 569. Inſpicere juvabit Jo. Henr. à Seelen *Philocaliam Epiſtolicam* in *Præfat.* & Dan. Gerdes *Florilegium Librorum rarior.* p. 87. Cauſa raritatis eſt, quod Cœleſtinus editionem Berolinenſem ſuis ſumtibus excudi curavit. Aeque rarus eſt *Syllabus Epiſtolarum D. Mart.* LVTHERI, *ab anno* 1528. *ad* 1546. *ſcriptarum,* quæ Tomum III. Epiſtolarum conſtituere poſſunt, editus a Chr. Sagittario *Altenburgi* 1663. in 4.

LVX

Lvx in tenebris, hoc est, Prophetiæ donum Christoph. Cotteri, Christinæ Poniatoviæ, & Nic. Drabicii. An. inchoandæ Libertatis 1657. in 4. Lvx e tenebris, novis radiis aucta, de iisdem, cum fig. 1665. in 4.

Opus rarissimum. Priori in *Bibliotheca* Bunemanniana p. 107. pretium VI. taleror. constituitur; posterius divenditum fuit pro XV. floren. Conf. Ven. Jac. Bruckeri *Historiæ Critica Philosophiæ* T. IV. p. 631. *Biblioth. Mixta Hamb.* T. III. p. 584. Sam. Engel *Catalogus Librorum rarissimor.* pag. 94.

R. Simeon Lvzati Discursus de Statu Hebræorum, & speciatim eorum, qui Venetiis commorantur. *Venetiis* 1638. in 4.

Notitiam Libri hujus rarissimi habes in S. Rev. Jo. Christoph. Wolfii *Biblioth. Hebr.* Tom. I. p. 1146. Tom. III. p. 1151. sqq.

Conradi Lycosthenis, *Rubeaquensis*, Prodigiorum ac Ostentorum Chronicon, quæ præter Naturæ ordinem, motum & operationem, & in superioribus, & in his inferioribus Mundi Regionibus, ab exordio Mundi usque ad hæc nostra tempora, acciderunt. Quod portentorum genus non temere evenire solet, sed humano generi exhibitum, severitatem iramque Dei adversus scelera, atque magnas in Mundo vicissitudines portendet. Partim ex probatis fideque dignis Autoribus græcis atque latinis; partim etiam ex multorum annorum propria observatione, summa fide, studio ac sedulitate, adjectis etiam rerum omnium veris imaginibus, conscriptum. *Cum Cæsareæ Majest. gratia & Privil. Basileæ, per Henricum Petri.* in fol.

Annus impressionis in fine Libri legitur: *Mense Augusto Anno* 1557. in fol. pp. 670. Epistolam nuncupatoriam inscriptam Amplissimo Senatui Reipublicæ Basilienſis, sequitur Præfatiuncula perbrevis: deinde Catalogus Autorum, ex quorum Scriptis Prodigia, Portenta, atque Ostenta desumta sunt; postea Catalogus doctorum Virorum atque Amicorum, qui ad absolvendam Prodigiorum Historiam, liberalissime communicatis rerum imaginibus, Autorem juvarunt. Opus ipsum refertissimum figuris Buxo incisis, quarum quælibet pagina duas, tres, vel quatuor continet, perrarum est, & admodum infrequens. Jo. Nicol. Frobesius V. Cl. in *Præfat. ad nova & antiqua Luminis atque Auroræ borealis Spectacula, Helmst.* 1739. in 4. edita, scribit: "Lycosthenis *de Prodigiis Librum* valde rarum hodie esse, "atque anno Seculi hujus quinto propter singularem ra- "tionem 100. florenis conquisitum Liebknechtius & recte "quidem notavit; sed in eo tamen falsus, quod a *Prodigio-* "*rum Chronico* isto, quod in prohibitis est, ipsum distinxit." Innuit procul dubio doctiss. Frobesius Liebknechtii *Dissertationem de Prodigiis ignis cœlestis*, quæ jam non est ad manus.

Thom. Lydiat Prælectio Astronomica de natura Cœli, & conditionibus Elementorum; item de origine fontium perennium frigidorum & calidorum &c. *Lond.* 1605. in 8.

Rarissimus, ex indicio *Bibliothecæ Anonymianæ* P. III. pag. 325.

Balthas. Lydii, *M. F. Palatini, Eccleſiastæ apud Dordrechtanos*, Waldensia, id est, Conservatio veræ Ecclesiæ, demonstrata ex Confessionibus, cum Taboritarum ante CC. fere annos, tum Bohemorum circa tempora Reformationis, scriptis. *Roterodami, ap. Johannem Leonardi Berewout*, 1616. 8. Tomus II. *Dordraci* 1617. in 8.

Nicolai

Nicolai LYRAE Tractatus de Differentia noſtræ Translationis ab Hebraica litera in Veteri Teſtamento.

Scriptus An. 1333. editusque *Rothomagi* in 8. in ipſis fere Typographiæ incunabulis. De illo rarius obvio Libro videndus Richardus Simon in *Cenſura Biblioth. Eccleſ. Dupinianæ* Tom. I. p. 354. ſqq. & Jo. Albertus Fabricius in *Bibliotheca mediæ & infimæ Latinitatis* T. V. p. 358.

Joannis LYSERI Polygamia Triumphatrix. vid. *Theoph.* ALETHEVS.

Promiſimus ſupra hic quædam de Jo. Lyſero Polygamiæ Patrono addere. Tragica ejus fata, miſeramque mortem enarrant Petr. Bayle *Dictionn.* Sam. Frider. Lauterbach in *Hiſtoria Socinianiſm.* pag. 174. ſqq. *Lettre de Mr.* Maſius, *Miniſtre de l' Envoyé de Dannemarc à la Cour de France, écrite de Paris à Mr.* Allix *le* 31. *Octobr. ſur la mort du Docteur Lyſerus célebre Defenſeur de la Polygamie*, quæ legitur in ejusd. Bælii *Nouvelles de la Republique des Lettres*, A. 1685. p. 370. ſqq. S. Rev. Bruckerus in *Hiſtor. Critic. Phil.* Tom. V. pag. 768. Gottlieb Wernsdorfius in *Summa ſanæ doctrinæ de Polygamia*, T. I. *Diſputatt. Academicar.* p. 289. Legitur ibidem Sententia definitiva in Curia Holmenſi lata publicataque contra Joann. Lyſerum. Danicum autem Edictum, quo Rex Chriſtianus V. impium Lyſeri Libellum manu carnificis comburi, ipſum vero Autorem ſolum vertere, nec unquam reverti ſub comminatione pœnæ capitalis, imperavit, ſequentis eſt tenoris:

NOS CHRISTIANVS V. Dei gratia, Daniæ & Norwegiæ Rex, &c. &c. quemlibet certiorem facimus ſequentium: Nempe quum acceperimus, quendam, Johannem Lyſerum, ſcandali plenum conſcripſiſſe Librum, cum titulo: *Das Königliche Marck aller Länder*; eumque in Germania typis deſcriptum in Noſtra Regna importaſſe; Nos ſevere hoc

Noſtro Edicto prohibitum velle, ne illud Scriptum in terris Noſtræ ditionis vendatur, neve penes ullum ex Noſtris dilectiſſimis civibus toleretur celeturve. Itaque omnibus ſerio præcipimus, ut non tantum ab eo legendo abſtineant, ſed &, ſi quæ habeant exempla, illa in civitatibus Noſtris ad Conſules deferant & Senatores; in agro autem ad Præfectos Noſtros, qui ad Cancellariam omnia transmittent, unde poſtmodo depromta carnifici tradentur publicitus comburenda. Si quis reperiatur ejusmodi quoddam exemplar abdere, mulctabitur mille Imperialibus: quorum alterum dimidium in Noſtri publici Valetudinarii; alterum illorum in pauperum cedet uſum, qui eo verſantur loco, ubi delictum committitur. Idem ſi opibus ita haud valeat, ut reſolvere hanc poſſit mulctam, corpore luet. Præterea eundem, quem diximus Lyſerum, protinus Noſtræ ditionis terris cedere jubemus, in illisque nunquam amplius apparere, niſi capitis plecti velit ſupplicio. Datum in arce Hafnienſi d. 15. Martii 1677.

(L.S.)

CHRISTIANVS.

Joſ.

M.

Joſ. MAALER, vid. *Joſ.* PICTORIVS.

Nicolo MACHIAVELLI, *Cittadino e Secretario Fiorentino*, tutte le Opere, diviſe in V. Parti, e di nuovo con ſomma accuratezza riſtampate 1550. in 4.

Operum MACHIAVELLI primæ & vetuſtiſſimæ editiones in pretio ſunt, & rariores habentur. Vid. Jo. Frid. Chriſtius, qui *de Nicol. Machiavello Libros III. Lipſiæ & Halæ* 1731. in 4. edidit varia ac jucunda eruditione abundantes. Libr. I. Cap. XI. editiones Operum percenſentur. Conf. Th. Sinceri *Nachrichten von alten und raren Büchern*, T. I. p. 270. ſqq. Digna ſunt etiam, quæ legantur de MACHIAVELLI editionibus verba Nic. Franc. Haym *de Libris rarior. Ital.* p. 249: "Alcuni vogliono che ſiano ſtampate di Francoforte, altri di Ginevera il 1550. e poi copiate in Ginevera nel anno iſteſſo in carta molto vile. Le dette *Opere tutte* aſſieme ſe trovano di Stampa *d'Aldo di Venezia* 1540 in III. Voll. in 8. per *il Giolito* 1550. e per *il Giglio* 1554. III. Voll. in 12. In queſte edizione mancano le Operette Poetiche in terza rime, cioe *l'Aſino d'oro*: dell' occaſione della *Fortuna*, dell' *Ingratitudine*, dell' *Ambizione*, e i *due Decennali*; & in proſa *la Novella di Belfegor*, e le due belliſſime Comedie cioe *la Madragola*, e *la Clizia*, le quali ſi trovano anche ſeparatamente ſtampate."

Nicol. MACHIAVELLI de re militari Liber.

Rarior inventu eſt, a paucis certe pretio ſuo æſtimatur, judice Herm. Conringio. vid. Conringiana *Epiſtolica* p. 62. Omnium vero rariſſimis Libris adnumerandus eſt MACHIAVELLI *Princeps* ex editione 1515. ſi maxime id genus exemplum tunc temporis typis fuerit excuſum. Petrus quidem Bælius contendit, Librum *de Principe* anno 1515. primum luci fuiſſe expoſitum: ſed contradicit Bælio Varchius, qui A. 1527. iſtum Librum typis nondum fuiſſe mandatum ait; & Cl. Chriſtius *l. c.* p. 23. ſcribit, ſe non vidiſſe adeo vetuſtum exemplum.

MACHIA-

MACHIAVELLIZATIO, qua Unitorum animos dissociare nitentibus respondetur; in gratiam Dn. Archiepiscopi castissimæ vitæ Petri Pazman succincte excerpta. Oratio parresiastica, qua auxilia a Rege & Ordinibus Ung. petuntur; habita Neo-Solii in Comitiis. Epistola Eucharii Martini, Budissino-Lusatii, ad celebrem Theologum D. Matthiam Hoë ab Hoheneg &c. Comitem Luteranensem &c. Addita est Epistola Casp. Scioppii, in qua Hæreticos jure infelicibus lignis cremari concludit. *Saragossæ, excud. Didacus Ibarra*, 1621. in 4.

Liber hic revera alicubi in Germania excusus est; at valde rarus: de quo vid. *Collection of several Pieces of Mr. John* Toland, T. I. p. 305. sqq. Christ. Aug. Saligs *Historie der Augspurg. Confess.* T. I. p. 777. Jac. Bruckeri *Histor. Crit. Phil.* T. V. p. 13.

Thomæ MADOH Formulare Anglicanum, or a Collection of ancient Charters and Instruments from the Norman conquest to the End of the Reign of K. Henry IIX. *London* 1702. in fol.

Laudatur tum a præstantia, tum præcipue a raritate, in *Biblioth. Historica* Struvio-Buderiana p. 579.

Scipionis MAFFEJI Commentatio de Fabula Equestris Ordinis Constantiniani. *Paris.* 1724. in 4.

Scriptum summe rarum, & jussu Superiorum suppressum, in quo vanissimum esse illorum Commentum evincitur, qui Ordinem Equestrem a Constantino M. institutum, & ab ejus Successoribus dispensatum fuisse tradiderunt; cum Ordo Constantinianus anno demum 1190. ab Imp. Isaaco Angelo Comneno sit institutus. Vid. Jaq Basnage *Dissertat. Histor. sur les Duëls, & les Ordres de Chevalerie;* nec non *Acta Eruditor.* A. 1722. p. 214. & A. 1728. p. 538.

Jo.

Jo. Chryſoſthomi MAGNENI, *Burgundi, in Ticinenſi Univerſitate Regii Medicinæ Profeſſoris,* Democritus reviviſcens, ſive Vita & Philoſophia Democriti. *Lugd. Batav. ex offic. Adrian. Wyngaerden,* 1648. in 12. pp. 458.

Liber iterata editione *Hagæ Com.* 1658. in 12. recuſus; nihilo tamen ſecius rarus, ex indicio Lud. Mart. Kahlii in *Biblioth. Philoſoph. Struv.* T. I. p. 235. Cl. Stollii in *Hiſtor. Erudit.* T. II. p. 363. & Jac. Bruckeri in *Hiſtor. Crit. Philoſoph.* T. IV. p. 504. *Ticini* A. 1646. prodiit prima editio hujus Libri: quam rariorem fecit vel neglectus, cum Gaſſendiana longe præſtantiora & luculentiora ſuppeterent; vel paucitas eorum, qui his literis librisque delectantur.

Hiſtoria *Johannis* MAGNI, *Gothi, Sedis Apoſtolicæ Legati, Suetiæ & Gothiæ Primatis, ac Archiepiſc. Upſalienſis,* de omnibus Gothorum, Sueonumque Regibus, qui unquam ab initio Nationis exſtitere, eorumque memorabilibus Bellis, late varieque per Orbem geſtis; opera Olai Magni, Gothi, Fratris ejusdem Autoris, ac etiam Archiepiſcopi Upſalienſis, in lucem edita. Suſcipient montes Pacem Populo. *Cum gratia & Privileg. Julii III. Pontif. Max. Romæ* 1554. *impreſſ. apud Jo. Mariam de Viottis Parmenſem.* in fol. pp. 778.

Editio hæc ex omnium conſenſu rara eſt. Vid. Theoph. Sinceri *Sammlung von alten und raren Büchern* p. 131. ſqq. Recuſa prodiit *Baſil.* 1558. in 8. *Argentorati* 1607. in 8. Verſio germanica autem *Helmiæ* 1621. in fol. lucem vidit. Conf. *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buderian. p. 1606.

Johannis MAGNI Hiſtoria Metropolitana, ſeu Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Upſalienſium, edita per Olaum Magnum. *Romæ, ex offic. Vincentii Luchini* 1560. in fol.

Liber

Liber summe infrequens, qui uno saltem alphabeto foliorum constat, divenditus tamen nuper fuit XXIV. talerorum pretio. Vid. *Bibliotheca Hamburg. Histor. Cent. VII.* p. 76. Conf. *Thesauri Bibliothecalis* Tom. II. p. 15. sq.

Olai MAGNI Historia Gentium Septentrionalium. *Romæ* 1555. fol.

Hæc editio insignis est raritatis, recusa cura *Adami Henr. Petri Basileæ* 1564. fol. & in *Epitomen & Breviarium* redacta pluribus vicibus prodiit. Vid. *Bibliotheca Historic.* Struvio-Buder. p. 1607.

Marco MAIER Regno di Napoli e di Calabria, descritto con Medaglie, arrichito d'una Descrittione compendiosa di quel famoso Regno; ed illustrato d'una succinta Dichiaratione intorno alle sue Medaglie, cavata da i piu celebri ed approvati scrittori si antichi come moderni. *In Lione* 1717. in fol.

Hunc Librum adjungere solent Bibliopolæ alteri, anno proxime antecedente, pariter Lugduni hoc titulo edito: *Monete del Regno di Napoli da Roggiero primo Re fino all' Augustissimo Regnante Carlo VI. Imperadore, e III. Re Catolico, raccolte, e spiegate da D. Cæsare Antonio* VERGERA, *Dottore dell' una e l' altra Legge. In Roma* 1716. fol. Uterque Liber, etsi exiguæ molis, figuris tamen haud paucis decoratus, & vix ultra centum, ut fertur, exemplis excusus, satis magno pretio venditur. Vid. *Acta Eruditorum* 1735. p. 290. 291.

Michaëlis MAIERI Scripta.

Pleraque rarissima sunt, nimirum: *Symbola aureæ mensæ duodecim Nationum, h. e. Hermæa, seu Mercurii Festa, ab Heroibus duodenis selectis, artis chymicæ usu, sapientiæ, & autoritate paribus celebrata, ad Pyrgopolynicen, seu adversarium illum tot annis jactabundum, Virgini Chemiæ injuriam argumentis tam vitiosis quam convitiis argutis inferentem, confundendum, & exarmandum, Artifices vero optime de ea meritos suo honori & famæ restituendum; ubi & artis continuatio, & veritas invicta triginta sex rationibus,*

nibus, & experientia Librisque Autorum plusquam trecentis demonstratur. Opus ut Chymiæ, sic omnibus aliis Antiquitatis & rerum scitu dignissimarum percupidis utilissimum, XII. Libris explicatum, & traditum, figuris cupro inscisis passim adjectis. Francof. ap. Anton. Hummium, 1617. in 4. iterumque 1620.

Mich. MAIERI Septimana Philosophica, qua Aenigmata aureola de omni Naturæ genere a Salomone Israëlitarum sapientissimo Rege, & Arabiæ Regina Saba, nec non Hyramo, Tyri Principe, sibi invicem, in modum Colloquii, proponuntur, & enodantur: ubi passim novæ, at veræ, cum ratione & experientia convenientes, rerum naturalium causæ exponuntur, & demonstrantur; figuris cupro incisis singulis diebus adjectis. *Francof. apud Hartm. Palthenium,* 1620. in 4.

Mich. MAIERI de Circulo Physico quadrato, h. e. Auro, ejusque virtute medicinali, sub duro cortice instar nuclei latente, an & qualis inde petenda sit, Tractatus haud inutilis. *Oppenheimii, apud Hier. Gallerum,* 1616. in 4.

Mich. MAIERI Arcana arcanissima, hoc est, Hieroglyphica Aegyptio-Græca, vulgo necdum cognita, ad demonstrandam falsorum apud Antiquos Deorum, Dearum, Heroum, animantium, & institutorum pro sacris receptorum, originem, ex uno Aegyptiorum artificio, quod aureum animi & corporis medicamentum peregit, deductam: Unde tot Poëtarum allegoriæ, Scriptorum narrationes fabulosæ, & per totam Encyclopædiam errores sparsi clarissima veritatis luce manifestantur, suæque

ſuæque tribui ſingula reſtituuntur. VI. Libris expoſita. Sine nota loci & temporis. in 4.

Mich. MAIERI Luſus ſerius, quo Hermes ſive Mercurius Rex mundanorum omnium ſub homine exiſtentium, poſt longam diſceptationem in Concilio Octovirali habitam, homine rationali arbitro, judicatus & conſtitutus eſt. *Oppenh. apud Hieron. Gallerum*, 1619. in 4.

Mich. MAIERI Jocus ſeverus, h. e. Tribunal æquum, quo Noctua Regina avium, Phœnice arbitro, poſt varias diſceptationes & querelas volucrum eam inſectantium pronuntiatur, & ob ſapientiam ſingularem Palladi ſacrata agnoſcitur. *Francof. apud Nicol. Hofmannum*, 1617. in 4.

Mich. MAIERI Atalanta fugiens, h. e. Emblemata nova de Secretis Naturæ, Chymica. Accommodata partim oculis & intellectui, figuris cupro inciſis, adjectisque Sententiis, Epigrammatis & Notis; partim auribus & recreationi animi plus minus quinquaginta Fugis Muſicalibus trium vocum, quarum duæ ad unam ſimplicem melodiam Diſtichis canendis peraptam correſpondeant. Non absque ſingulari jucunditate videnda, legenda, meditanda, intelligenda, dijudicanda, canenda, & audienda. *Oppenheimii, ap. Hieron. Gallerum*, 1617. in 4.

Mich. MAIERI Tractatus de Volucri arborea, absque patre & matre, in Inſulis Orcadum forma anſerculorum proveniente, ſeu de ortu miraculoſo potius, quam naturali, Vegetabilium, Animalium, Hominum, & Supranaturalium quo-

quorundam: quo cauſſæ illius & horum demonſtrantur. *Francofurti, ap. Nic. Hofmannum,* 1619. in 8.

Mich. MAIERI Tripus aureus, h. e. tres Tractatus Chymici ſelectiſſimi, nempe: 1. Baſilii Valentini Practica, una cum XII. Clavibus, & Appendice ex Germanico. 2. Thom. Noſtoni, Angli Philoſophi, Crede mihi, ſeu Ordinale, ante annos 140. ab Autore ſcriptum; nunc ex Anglicano MSto in Latinum translatum, phraſi cujusque Autoris ut & ſententia retenta. 3. Cremeri cujusdam, Angli Abbatis Weſtmonaſterienſis, Teſtamentum. *Francof.* 1618. in 4.

Mich. MAIERI Viatorium, h. e. de montibus Planetarum ſeptem ſeu Metallorum Tractatus, tam utilis quam perſpicuus, quo ut indice Mercuriali in triviis, vel Ariadneo filo in Labyrintho, ſeu Cynoſura in Oceano Chymicorum errorum immenſo, quilibet rationalis, veritatis amans, ad illum, qui in montibus ſeſe abdidit, de Rubeapetra Alexiacum omnibus Medicis deſideratum inveſtigandum uti poterit. *Oppenheimii, apud Jo. Th. de Bry,* 1618. in 8. *Rothomag.* 1651. in 8.

Mich. MAIERI Themis aurea, h. e. de Legibus Fraternitatis Roſeæ Crucis Tractatus, quo earum cum rei veritate convenientia, utilitas publica & privata, nec non cauſſæ neceſſariæ, evolvuntur & demonſtrantur. *Francof. apud Lucam Jenniſium & Nic. Hofmannum,* 1618. in 8.

Mich. MAIERI Silentium poſt Clamores, ſ. Tractatus Apologeticus: quo cauſæ non ſolum Clamorum, ſive Revelationum Fratrum Germanorum de Roſea Cruce, ſed & Silentii, ſeu non redditæ ad ſingulorum Vota Reſponſionis traduntur. *Francof.* 1624. in 4.

Jo. Heinr. MAJI brevis & accurata Animalium in ſacro cumprimis Codice memoratorum Hiſtoria. *Francof. & Spiræ, imp. Chriſtoph. Olfen,* 1686. in 8. pp. 960.

Raritatis & infrequentiæ teſtis eſt Cl. Mich. Lilienthal in *Catal. Biblioth. exeget.* p. 454.

M. Ant. MAJORAGII de Senatu Romano. *Mediolani* 1561. 4.

Liber tantæ raritatis, ut Jo. Petr. Kohlius in *Commentatione* exaſciatiſſima *de Vita & Scriptis* MAJORAGII p. 195. dubitet, an unquam typis fuerit excuſa. Verum Jo. Erh. Kappius, Vir eximius & rariorum Librorum ſingulari præditus notitia, illum omnino *Mediolani* prodiiſſe probat in *Præfat.* Jo. Petri Kohlii *Deliciis Epiſtolicis* præmiſſa, p. XXI.

Jo. Dan. MAJORS Seefahrt nach der neuen Welt ohne Schiff und Segel; An. 1670. zuerſt, und nun wiederum, der gelehrten Welt vorgeſtellet. *Hamburg, ap. Georg. Wolf.* 1682. in 12. pagg. 258.

Utraque editio eſt ſatis rara. Prior, quæ in forma quarto partita prodiit, recenſetur a Theoph. Sincero in *Biblioth. Hiſtorico-Critica Librorum rarior.* p. 23. ſqq.

Michaël MAITTAIRE Stephanorum Hiſtoria, Vitas ipſorum ac Libros complectens. Tom. II. *Lond.* 1708. in 8. maj.

Libris rarioribus adnumeratur a Wendlero §. XXIII. Recenſetur in *Act. Eruditor. Supplem.* T. V. p. 504. ſqq.

Jo.

Jo. MALDERI, *Epiſc. Antverpienſis*, Anti-Synodica, ſive Animadverſiones in Decreta Conventus Dordraceni, quem vocant Synodum nationalem, de quinque Doctrinæ Capitibus inter Remonſtrantes & Contra-Remonſtrantes controverſis. *Antverp. ex offic. Plant.* 1620. in 8. pl. 22.

Liber longe rariſſimus, & non paucis quidem notus, at perpaucis viſus, indicante Jo. H. von Seelen, qui data opera recenſet in *Selector. Literarior. Spec. XXIV.* p. 759. ſqq.

Jacobi MALEBRANQVE, *Audomarenſis Soc. Jeſ.* de Morinis & Morinorum Rebus, Sylvis, Paludibus, Oppidis, Regum & Comitum Proſapia ac Territoriis, Tomi III. *Tornaci Neviorum* 1639. 1647. & 1654. in 4.

Ingens raritas vel exinde dijudicari poterit, quod exemplar hujus Operis, cui tamen bina defuere folia, in Auctione Bibliothecæ Gundlingianæ divenditum fuerit pretio XXX. talerorum.

MALLEVS Maleficarum.

Primas hujus Libri editiones rariſſimas eſſe experientia edocti ſumus, qui in illas haud facile in inſtructiſſimis etiam Bibliothecis incidimus. Pluribus hoc etiam docet doctiſſimus Eberh. David Hauberus in *Biblioth. Magica* Tom. I. p. 39. ſq. qui ſequentes editiones recenſet: 1) *Colonienſem*, A. 1489. in 4. 2) *Colonienſem*, A. 1494. in fol. 3) *Norimbergenſem*, A. 1494. *per Anton. Koberger*, *Nurnberg. Civ.* in 4. 4) *Norimbergenſem*, An. 1496. 5) *Colonienſem*, A. 1511. *per Henricum de Nuſſia impreſſum*, in 8. 6) *Colonienſem*, An. 1520. in 8. 7) *Francofurtenſem*, quam *Nicol. Baſſæus*, qui de maxima *Mallei Maleficarum* raritate in Dedicatione teſtatur, una cum aliis hujus generis Scriptis ex officina ſua nobis dedit, hac inſcriptione: *Malleus Maleficarum, in tres diviſus partes, in quibus: Concurrentia ad Maleficia, Maleficiorum Effectus, Remedia adverſus Maleficia, ac Modus denique procedendi ac puniendi Maleficos*

abunde continetur, præcipue autem omnibus Inquisitoribus & Divini Verbi Concionatoribus utilis ac necessarius, Auctore Jac. Sprengero, *Ordinis Prædicatorum, olim Inquisitore. His nunc primum adjecimus:* M. Bernh. Basin *Opusculum de Artibus Magicis, ac Magorum Maleficiis. It.* D. Ulrici Molitoris *Constantiensis de Lamiis & Pythonicis Mulieribus Dialogum. Item* D. Jo. Gerson *de Probatione Spirituum Libellum. Item* D. Thomæ Murner, *Ordinis Minoris, Libellum de Pythonico Contractu. Omnia summo studio illustrata, & a multis mendis recens vindicata; cum Indice Quæstionum & Rerum memorabilium copioso. Francofurti ad Mœnum, apud Nicol. Bassæum,* 1580. in 8. His editionibus a Cl. Haubero recensitis addimus editionem *Parisiensem* in Bibliotheca nostra extantem, a nemine, quod scio, memoratam: *Malleus Maleficarum Maleficas & earum hæresim ut phramea potentissima conterens;* in forma octava minori. Signum typographicum quod in titulo extat, habet binos Leones scutum literis J. P. cum lilio inscriptum sustinentes, adjecto subtus nomine *Jehan Petit.* Character ut in cæteris celeberrimi hujus Typographi Libris est Gothicus exilis & incultus. Annus nullibi apparet. Imprimebat autem Johann. Parvus vel Petit Parisiis ab anno 1497. usque ad ann. 1539. Ultra hoc tempus se nihil ab illo excusum vidisse scribit Cl. Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. II. pag. 86.

Joannis DE MANDEVILLA Itinerarium perrarum esse, at nullo literati Orbis incommodo, cum fabulis sit refertissimum, ex Niceronio annotant *Nova Acta Eruditor.* 1726. pag. 135. Magni hujus Peregrinatoris Leodii An. 1372. demortui *Itinerarium* latine prodiit *charactere typorum Gothico* in 4. sine loco & anno; iterumque *Venetiis* sine anno in 4. & *Zwollis* 1483. in 4. Plura dabit Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infimæ Latinitatis* Tom. IV. p. 289. 290.

Jo. MANELPHI *a monte rotundo Sabina,* Tractatus de Fletu & Lacrymis. *Romæ* 1618. in 8.

Libris rarissimis adnumeratur in *Biblioth.* Mencken. p. 847.

Jo.

Jo. MANELPHI Mensa Romana, sive urbana victus ratio. *Romæ* 1650. in 4.

Vid. *Catalog. Bibliothecæ* Schalbruch. T. I. p. 204.

Ciprian. MANENTE *da Orvieto* Storie della Citta di Orvieto, Tomo I. dall' anno 970. sino al 1400. *In Venezia, per Giolito,* 1561. 4. Tom. II. dall' anno 1400. sino al 1563. *In Venezia* 1566. in 4.

Liber in Italia admodum rarus, judice Nic. Franc. Haym pag. 46.

Baptistæ MANTVANI Opera junctim edita rarius obvia; præcipue tamen editio *Antwerpiensis, IV. Tomis,* An. 1576. in 8. cujus maxima pars fatali incendio periit. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 396.

MANVELIS *Moscopuli* Grammaticæ Artis Methodus, græce. *Basil. apud Jo. Wolderum,* 1540. in 4. περὶ χρεῶν de examinanda oratione. *Parisiis, apud Rob. Stephanum,* 1545. in 4.

Libros hosce rarissimos esse, Christ. Ravius testatur in *Catalogo Græcorum MStorum.* Vid. Jo. Henr. a Seelen *Philologalia Epistol.* p. 193. sqq.

Hippolyti MARACCII Bibliotheca Mariana, alphabetico ordine digesta, & in duas Partes divisa, qua Autores, qui de Maria Deiparente Virgine scripsere, cum Recensione Operum, continentur; adjecto quintuplici Indice, scil. Cognominum, Dignitatum, Religionum, Nationum, & Sæculorum, Scriptorum Marianorum. *Romæ* 1648. in 8. Pars I. pagg. 848. P. II. pagg. 694.

Copiose & accurate hunc Librum, quem longe rarissimis adnumerat, recenset Vir eximius & singulari Librorum notitia præditus Jo. Henr. von Seelen *Selector. Litter. Spec. X.* P. 354-397.

Chriſtoph. MARCELLI, *Protho. Apoſt. Patritii Veneti*, Univerſalis de Anima traditionis Opus. *Impreſſum Venetiis per Gregorium de Gregoriis*, A. D. 1508. xv. Kal. Februar. in fol. pp. 297.

Scriptum rariſſimum, & fere incognitum, recenſetur in *Merkwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 67.

Chriſtoph. MARCELLI Sacrarum Ceremoniarum ſive Rituum Eccleſiaſticorum S. Rom. Eccleſiæ Libri III.

Plures hujus Operis admodum rari Chriſtophorum Marcellum, Archiepiſcopum Corcyrenſem, Virum ſuo tempore doctiſſimum, non tam Autorem quam Editorem habens, proſtant editiones. *Prima* omnium eſt, quæ *Romæ typis Valerii Dorici cum Privilegio* 1516. in fol. exſcripta eſt, quam recenſet Vir illuſtris Jo. Petr. de Ludewig Tom. VI. *Reliq. medii Aevi* pag. 368. & *Unſchuld. Nachricht.* 1728. p. 438. *Altera* eſt, quæ eodem anno *Venetiis* prodiit hac inſcriptione: *Sacrarum Ceremoniarum S. S. Romanæ Eccleſiæ Libri III. non ante impreſſi*, in fol. Subſcriptio habet: *Gregorii de Gregoriis excuſere Leonardo Lauretano, Principe optimo. Venetiis 1516. menſis Novembris.* Munita eſt hæc editio, quam recenſet Chr. Godofr. Hofmannus *Nova Scriptor. ac Monumentor. rariſſimor. Collectione* T. I. p. 376. ſq. Privilegiis Leonis X. nec non ſereniſſimæ Reipubl. Venetæ, quæ in poſterioribus editionibus omiſſa ſunt. *Tertiam* iſtam nuncupo, quæ paulo poſt prodiit, & a Cl. Hofmanno *l. c.* p. 382. his verbis deſcribitur: "Præter primam illam *Ve-*"*netam* aliam paulo poſt excuſam in Bibliotheca Paulina in-"ter pretioſos Antiquitatis librariæ theſauros, qui illo loco "deprehenduntur, obſervavimus. Excedit tamen memoria "annus & locus, quo illa editio in publicum emiſſa. „ *Quarta* eſt *Colonienſis*, *apud Hæredes Arnoldi Birckmanni* A. 1557. in 8. emiſſa; quam *quinta* inſecuta eſt, *Coloniæ Agripp. ab iisdem Hæred. Birckmannianis* A. 1572. in 8. procurata, quæ bis occurrit in *Catalogo Biblioth.* Jo. Frid. Mayeri p. 577. *Sexto* idem Opus prodiit *Venetiis ad ſignum Pavonis apud Aegidium Regozolam* 1573. in 8. Recenſet iſtam editionem Theoph. Sincerus in *Nachrichten von alten*

und

und raren Büch. T. I. p. 276. sqq. *Septima* editio *Venetiis* iterum excusa est *apud Juntas*, sub titulo: *Sacrarum Ceremoniarum sive Rituum Ecclesiasticorum S. Rom. Ecclesiæ Libri III. hac postrema editione magno studio ac vigilantia recogniti, aucti & locupletati; universis Ecclesiasticis non tam jucundi, quam utiles & necessarii. Venetiis, apud Juntas*, 1582. in 4. pagg. 452. Possidemus hanc editionem multis figuris & rubris literis exornatam, omnesque reliquas splendore ac typorum elegantia vincentem; cui etiam nonnulla accesserunt, quæ in aliis editionibus frustra quæruntur. Num aliæ adhuc hujus Operis exstent editiones, ignoro. Repetitæ interim editiones impedire non potuerunt raritatem Operis; de qua scribit Vir illustris Jo. Petr. de Ludewig in *Nov-Antiq. Theolog.* An. 1728. p. 438: "Ich habe solches, "weil ich es umsonst durch ganz Deutschland und Italien "aufsuchen lassen, aus des Steph. Baluzii Bibliotheque er- "standen, als ich für jeden Bogen einen Rthlr. bieten las- "sen. „ Raritatem etiam testantur Christ. Godofr. Hofmannus *l. c.* T. I. p. 381. T. II. p. 30. & Jo. Gerh. Meuschen mox citandus. Raritatis rationem vix reddere possumus. Asserunt quidem nonnulli, inter quos illustr. de Ludewig, Opus Ceremoniarum fuisse suppressum; ast repetitæ & frequentiores editiones obstant, quominus credamus, Librum istum Decreto aliquo fuisse suppressum. Operæ pretium erit ipsum Opus paucissimis recensere. Divisit istud Autor in tres Libros. *Primus* ad publicum Rom. Ecclesiæ & Curiæ Statum pertinet, atque de Electione, Ordinatione, Consecratione, Inauguratione & Coronatione Pontificis Romani, item de Coronatione Imperatoris & Imperatricis, de Canonizatione Sanctorum, de variis Benedictionibus, de Creatione Cardinalium, &c. agit. Liber *secundus* Religionem respicit, & docet, quo ritu Pontifex Maximus in Sacris utatur. *Tertius* Liber pene totus est in describenda reverentia, quam omnes mortales Pontifici exhibere debent. Nuper S. Rev. Jo. Gerh. Meuschen Inaugurationis & Coronationis Papalis modum ex primo Libro Ceremoniarum edidit inter *Ceremonialia Electionis & Coronationis Pontificis R.* excusa *Francofurti* 1732. in 4. a p. 135. usque ad p. 192. quod tamen pridem jam fecit Autor Anonymus, qui *Hanoviæ*

typis Wechelianis 1613. in 8. edidit: *Inaugurationem, Coronationem Electionemque aliquot Imperatorum, nempe a D. Maximiliano I. ad D. Matthiam Austriacum Augustum &c.* Invenies ibidem p. 424-476. Electionem & Coronationem Pontificis Rom. ex *Libro I. Sacrarum Ceremoniarum Ecclesiæ Romanæ*, edito *Venetiis* 1516. *ap. Gregorium de Gregoriis.* Integrum vero *Ceremoniarum Romanarum Opus* ad editionem *Colonien sem* de An. 1572. & *Venetam* de An. 1582. exhibet Cl. Christ. God. Hofmannus Tom. II. *Novæ Scriptorum & Monumentorum rarior. Collect.* a pag. 269-740.

Pietro MARCELLO Vite de Prencipi di Venezia tradotte da Lodovico Domenichi con le Vite de quei Prencipi che furono dopo il Barbarigo, fino al Doge Priuli. *In Venezia, per Francesco Marcolini*, 1558. in 8.

Liber in Italia rarissimus, teste N. F. Haym *Notiz. de Libri rari* p. 96.

Recueil du plusieurs Titres, Memoires & Antiquitez de la Chatellenie DE MARCOUSSI de la Prevoté de Montle Hery, du Chapitre de St. Merry de Linas, & des Fiefs & Seigneuries de Rouë de Bellegambe, Guillerville, Beauregard & autres Lieux. *à Paris* 1689. in 8.

Viginti & septem hujus Libri exemplaria Amicis distribuenda Autor saltem imprimi voluit, teste Jacobo le Long in *Biblioth. Histor. Gall.* n. 14593. qui tamen suspicatur, sequentem Librum, cujus Autor est *Sieur Perron de Langres*, repetitam esse prioris editionem: *L' Anastase* DE MARCOUSSI, *ou Recueil de plusieurs Titres, Memoires, & Antiquitez de la Chatellenie du dit lieu & autres Circonvoisins par le Sieur P. à Paris, chez la Caille*, 1694. in 12.

Cornelii MARGARINI Scripta omnia circa dubium sunt rariora; præprimis *Dictionarium Longobardicum Tuderti* 1670. in 8. vix in centesima Bibliotheca reperitur. Conf. *Hamburg. Berichte* 1742. p. 656.

MAR-

MARGATII Historia Tamerlanis, titulum gerens: *Histoire de Tamerlan, Empereur des Mogols, & Conquerant de l' Asie, Tome I. & II. par le Pere* MARGAT, *à Paris* 1739. 12. maj. prohibita est in Gallia, & Fisco addicta.

Johannis MARIANÆ de Rege & Regis Institutione Libri III. *Toledo* 1599. *Cum Privil. Reg. & Approbat.* in 8.

Liber jussu Parisiensis Senatus publico in loco igni a carnifice subjectus ob plurima injuriosa atque execranda in summorum Principum Majestatem dicta. Historiam magna quidem diligentia exposuit Petr. Bayle in *Diction. Histor.* art. *Mariana;* majori tamen V. Cl. Jac. Burckhard in *Historiæ Bibliothecæ Augustæ Wolfenbuttelensis* p. 270. sqq. & P. III. p. 355. sq. qui Bælium & alios hinc inde corrigit, & repetitas editiones non admodum raras recenset. Conf. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 348. & *Thesaurus Bibliothecalis* T. I. p. 295.

Johannis MARIANÆ Discursus de erroribus, qui in forma Gubernationis Societatis Jesu occurrunt. *Burdigalæ, per Johannem de Bordeos,* 1625. in 8.

Excusum esse hunc Librum Hispanice, Gallice, Italice, ac Latine, ex Alegambio asserit Bayle art. *Mariana, not. L.* Citari etiam editio latina sub titulo, quem adduximus, plerumque solet; quam tamen nunquam extitisse suspicatur Rich. Simon T. II. *Lettres Choisies* p. 110. ubi satis diligens est in designando hoc Libello, putatque efformatum esse hunc titulum juxta editionem Italicam: *Discorso del Padre Giovanni* MARIANA *Giesuita Spagnuolo intorno a grand Errori che sono nella forma di governo de Giesuiti, tradotto di Spagnuolo in Francese, & del Francese in Italiano. In Bordeos per Giovanni di Bordeos al bastione negro all' insegna dell' occasione,* 1625. *Con Privilegio di S. M Christianissima.* In Anatomia Societatis Jesu citatur hoc rubro: *Jo.* MARIANÆ *Liber de morbis Societatis Jesu, ejusque causis & remediis;* legiturque ibidem integrum Caput VI. sermone

latino, prouti totum Opus hiſpanice & gallice legitur in Tomo II. *Mercurii Jeſuitici, Genevæ* 1630. in 8. impreſſi. Hiſpanice quidem hac inſcriptione: *Tratado de las coſas, que ay dignas de remedio en la Compannia de Jeſus, connumentellamada de los Padres Teatinos, advertido por el muy docto Padre, maeſtro* MARIANA *de la misma Compannia. Obra digna de baron prudente y deſengannado, hallada entra ſus papeles;* Gallice autem: *Traité des choſes que ſont dignes d'amandement en la Compagnie des Jeſuites, nommée communement des Peres Theatins; dreſſé par maniere de Remonſtrance par le très ſavant Pere M. Jean* MARIANA, *de la même Compagnie, oeuvre digne d'un perſonnage prudent, & fort clair voyant, trouvée entre ſes papiers, fidelement traduit d'Eſpagnol en François.* Pontificii plerumque aſſerunt, Scriptum hoc vel ex integro Marianæ eſſe ſuppoſitum, vel certe a Societatis æmulis interpolatum; at utrumque negat, & Marianæ illud vindicat ipſe Pontificius Auguſtinus le Blanc in *Hiſtoria Congregat. de Auxiliis Gratiæ* p. 106. 107. Conf. Joh. Ad. Scherzeri *Biblioth. Pontificiæ* P. II. p. 137. ſqq. 196. ſqq. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. II. p. 488.

Johannis MARIANÆ Hiſtoriæ de Rebus Hiſpaniæ Libri XXX. *Moguntiæ* 1605. in 4.

Editio hæc octo imperialium pretio divendita fuit in Auctione Jo. Frid. Mayeri, itemque in Auctione Librorum Thom. Ittigii. Jo. Lud. Bunemannus pretium illi ſex imperialium ſtatuit. Omnium rariſſima interim eſt editio *Toletana, typis Petri Roderici*, 1592. fol. de qua aliisque editionibus conf. *Merkwürdigk. Biblioth. Dresd.* T. I. p. 518. ſqq.

Lucii MARINÆI *Siculi* Epiſtolæ familiares. *Pinciæ* 1514. in fol.

Liber curioſus & maxime infrequens, ac parum obvius. Vid. *Catalogus Hiſtoricorum* Freſnoio-Mencken. p. 324.

Guilielmi DE MARLOT Metropolis Remenſis Hiſtoria, a Frodoardo primum arctius digeſta, nunc demum aliunde arceſſitis plurimum aucta, & ad hoc usque ſeculum deducta: in qua Remorum gentis origo, vetus dominium, Chriſtianæ

stianæ Religionis per Provinciam Belgicam initia & incrementa, Archiepiscoporum vera Successio, Basilicarum natales, & in iis sacra Lipsana, publici Conventus, & alia, continentur. *Insulis* 1666. in fol.

Libris rarioribus adnumeratur in *Bibliotheca Anonym.* T. I. pag. 129.

Louis DEL MARMOL *Carvajol*, Descripcion general de Africa con todos los Sussesos de Guerras, que uvo entre ellos mismos desde, que Mahoma invento su secta, hasta el anno de 1571. III. Voll. in fol.

Liber admodum rarissimus, & imprimis ultimum Volumen. Tomus I. II. *en Granada en Casa de Rene Babut* 1573. Tomus III. vero *Malagæ* 1599. prodiit. Nicolaus Perrotus d'Ablancourt Opus illud gallice nitide versum *Parisiis* 1667. in 4. tribus Voluminibus edidit. Vid. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buder. p. 218.

Les Memoires de *Michel* DE MAROLLES, *Abbé de Villeloin*, divisez en trois Parties, contenant ce qu'il a vu de plus remarquable en sa vie, depuis l'année 1600. Sex Entretiens avec quelques-uns des plus savantes hommes de son temps; & les Genealogies de quelques Familles alliées dans la sienne, avec une brieve Description de la très illustre Maison de Mantoue & de Nevers. Alteri vivas oportet, si tibi vis vivere. *à Paris, chez Antoine de Sommaville*, 1656. in 8. cum fig.

Liber eximiæ raritatis, de quo uberiorem notitiam hauries ex *Merckwürdigkk. der Dresd. Biblioth.* Tom. p. 341. sq.

Martini MARRIER *Sancti Martini a Campis Monachi & Professi*, Bibliotheca Cluniacensis, in qua Abbatum Cluniacensium Vitæ & Scripta, Cata-

Catalogus Abbatiarum, Privilegia, Chartæ & Diplomata continentur. *Parisiis* 1614. in fol.

Liber rariſſimis adnumeratur in *Catal. Biblioth.* Menckenianæ p. 42.

Nicolai MARSCHALKI, *Thurii*, Annalium Herulorum ac Wandalorum Libri VII. *Roſtoch.* 1521. in fol. 26. pl. Defloratione Antiquitatum ab origine Mundi. *ibid.* 1522. in fol. 16. pl. Hiſtoria Aquatilium, latine & græce, cum figg. *ibid.* 1520. in fol. 23. pl. Inſtitutionum Reipublicæ Militaris ac Civilis Libri IX. A. 1515. in fol. 46. pl.

Rariſſima ſunt hæc MARSCHALKI Opera, in Typographia privata, quam domi habebat, per Guntherum Hyemem ſeu Winter Exhordianum haud copioſe excuſa, nec unquam poſt recuſa. Vid. *Hamburg. Bibliotheca Hiſtorica* Cent. II. p. 262. ſqq. ubi ſatis copioſe recenſentur. Addatur Chriſt. Schœtgenii *Commentat. de Vita Nicol. Marſchalki*, & præprimis illuſtr. de Weſtphalen in *Præfat. Tom. I. Monumentorum ineditor. Rerum Germanic.*

MARSILIVS *Patavinus*, vid. *Marſil.* PATAVINVS.

Helenæ MARSVIN, *Dominæ de Ellansborg*, Pſalterium Davidis Danicum; cum Præfatione Nic. Michaëlis. *Hafniæ* 1632. in fol.

Triginta ſaltem hujus Libri exemplaria fuerunt impreſſa. Vid. Schelhornii *Amœnit.* T. II. p. 389.

Franciſci MARTELOTTI Inſtitutiones Linguæ Arabicæ tribus Libris diſtributæ, in quibus uberrime, quæcunque ad litteras, dictiones & orationem attinent, explicantur. *Romæ, ap. Steph. Paulinum*, 1620. in 4 pp. 481.

Libris rariſſimis adnumeratur a S. Rev. Jo. Chriſt. Wolfio in *Obſervationibus ad* Colomeſii *Italiam Orientalem* p. 170.

Edmundi

Edmundi MARTENE Vie de Dom Claude Martin.

Librum hunc jussu Superiorum suppressum esse narrat Autor *de l' Europe Savante*, A. 1718. *Janvier*, p. 129.

Francisci MARTINI Epistolæ ad Amicos præsertim Campenses. *Amstelod.* 1639. & *Harderovici* 1653. in 12.

Insigniter & valde rarus Liber, ex indicio der *Sammlungen von A. und N.* A. 1732. p. 1012.

Coriolani MARTIRANI Epistolæ familiares. *Neapol.* 1556. in 8.

Recensentur in *Memoriis Librorum rarior.* Cl. Aug. Bayeri p. 42. sq.

Juan Pablo MARTUR *Rizo* Historia de la muerte de Enrico el grande quarte Ray de Francia. *Segovia* 1628. in 8.

Liber maximæ raritatis, teste *Catalogo* Heukelom-Akerslot. P. II. p. 215. De Autore Petri Martyris Anglerienſis Nepote legatur Gerh. Ernest. de Franckenau in *Bibliothec. Hispan.* p. 234. sqq. Aeque rarus est alius ejusdem Liber: *Historia de la Vida de Lucio Anneo Seneca Espannol. Madrid* 1625. in 4.

Petri MARTYRIS, *Anglerii Mediolanensis Protonotarii Apostolici, atque a Consiliis Rerum Indicarum*, Opus Epistolarum, quod quidem præter styli venustatem nostrorum quoque temporum Historiæ loco esse poterit. *Compluti, in ædibus Michaëlis de Eguia*, 1530. in fol.

Editio hæc rarissimis Libris est adnumeranda. Recusæ etiam sunt hæ MARTYRIS Epistolæ *Amstelodami* 1670. *apud Elzevirios;* qui tamen pauca tantum exemplaria, & adeo parca manu publicarunt, ut semper rarus maneat Liber. Vid. Groschusius in *Præf. de Libris rarior.* p. 24. & omnino *Essais de Litterature* T. II. p. 228. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. mediæ & infimæ Latinit.* T. V. p. 788.

Le

Le MASCVRAT, v. *Gabr.* NAVDÆVS.

P. R. Jacobi MASENII Epitome Annalium Trevirensium. *Trevir.* 1676. in 8. 46. pl.

De raritate hujus Libri legatur *Biblioth. Historic. Hamburg.* Cent. III. pag. 253. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana pag. 993.

Andreæ MASII Commentarius in Jósuam. *Antwerp. apud Plantin.* 1574. in fol.

Raro hodie obvium esse hunc Commentarium, Jo. Christ. Wolfius in *Not. ad Casaub.* p. 237. & alii docent. Retulerunt quidem Theologi Angli pereruditum hunc Commentarium in *Biblia Critica*, sed Præfatione, quod dolendum, truncatum.

Jaques MASSE Voyages & Avantures. *à Bourdeaux.* 1710. in 8. *à Rouen.* 1734.

Liber Atheisticus & scandalosus, judice Jac. Frid. Reimmanno in *Historia Universali Atheismi* p. 458. Conf. *Nov-Antiqua Theolog.* 1733. p. 247.

MATAGONIS *de Matagonibus, Decretorum Baccalaurei*, Monitoriale charitativum adversus Italo-Galliam, sive Anti-Franco-Galliam Anton. Matharelli Alvernogeni. 1575. 12. Strigilis Papirii Massoni, sive Remediale charitativum contra rabiosam Phræneſim Papirii Massoni, Jesuitæ excucullati, per MATAGONIDEM *de Matagonibus*, *Baccalaureum formatum in Jure Canonico & in Medicina, si voluisset.* 1575. in 12.

Libelli longe rariſſimi. Vid. *Bibliotheca Anonym.* P. III. pag. 230.

Abregé de MATHEMATIQVE, v. ABREGE'.

Antonii MATTHÆI, *Juris in illustri Academia Lugd. Batava Antecessoris*, Veteris Aevi Analecta, seu vetera aliquot Monumenta, quæ hactenus

hactenus nondum visa. Collegit primus & edidit, & Observationes adjecit. *Lugd. Batavor.* 1698 sqq. in 8. maj. Tomi X.

Liber insigniter olim rarus, uti testatur *Biblioth. Historica Hamburg.* Cent. X. p. 3. sqq. his verbis: "Es ist eine "grosse Rarität, wenn man alle zehn Tomos besitzet; welches vielleicht daher kommen mag, weil sie nicht alle "von einem Buchhändler verleget worden." Aliam præter hanc raritatis caussam indicat *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Menckenian. p. 408: "Dieses Werck, "so vom Autore einzeln gedruckt, und nur unter denen Auditoribus vertheilet worden, machet sich über "die massen rar." Illustr. Uffenbachius in *Catal. Bibliothil.* T. II. p. 118. suo Exemplari, cui tamen Tomus VII. deest, pretium XXIV. Imperial. statuit. In nuperrima quadam Auctione Hamburg. pro CXXI. Marcis Hamburgensibus, hic MATTHÆI Liber fuit divenditus. Nova horum Analectorum editio utilissimo instituto prodiit *Hagæ Comitum* 1738. in 4. maj. V. Voll.

Anton. MATTHÆI Tract. de Jure Gladii, s. mero imperio, & de Toparchis, qui exercent id in Diœcesi Ultrajectina. *Lugd. Batav.* 1689. in 4. cum fig.

Scriptum perrarum, ex indicio Henr. Christ. Senckenbergii in *Meditationibus de universo Jure & Historia* p. 358. Aeque rarum esse arbitror *Anton.* MATTHÆI *de Nobilitate, de Principibus, de Ducibus, de Comitibus, de Baronibus, de Militibus, Equitibus, Ministerialibus, Armigeris, Barscalcis, Marscalcis, Adelscalcis, de Advocatis Ecclesiæ, Libri IV. in quibus passim Diplomata, & Acta hactenus nondum visa. Amstelod. & Lugd. Batav. apud Janssonio-Waesbergios & F. Lopez*, 1686. in 4. cum fig. pp. 1151.

Petri MATTHÆI Historia. v. *Rod.* BOTOREI Historia.

Illustriss. Principis MAVRITII, *Hassiæ Landgravii &c.* Psalterium Davidis Regii Prophetæ vario

vario genere carminis latine redditum. *Excusum Smalkaldiæ* 1590. in 4.

Liber rariſſimus, procul dubio ob paucitatem excuſorum exemplarium. Vid. *Catal. Biblioth.* Jo. Hübneri p. 162.

Jo. Andr. MAVRI Confutatio Sectæ Mahumedanæ. 1595. in 8.

Liber rariſſimus appellatur in *Catalogo Biblioth.* Haſæanæ pag. 230.

Andreæ MAVROCENI Hiſtoria Veneta ab anno 1521. ad ann. 1615. *Venet.* 1623. in fol.

Raritatem hujus Operis egregii indicat Nic. Hier. Gundlingius in der *Neuen Biblioth.* P. XXVII. p. 630. & in *Collegio Hiſtorico-Literario Bremæ* 1738. in 4. edito, p. 405.

Jac. MAZONII de triplici Hominis Vita, activa nempe, contemplativa, & religioſa, Quæſtiones. *Cæſenæ* 1577. in 4.

Liber inter rariores primi ordinis reponendus copioſe recenſetur a S. Rev. Jac. Bruckero in *Hiſtoria Crit. Philoſoph.* T. IV. p. 212. ſqq.

Benedicti MAZOTTÆ Liber de triplici Philoſophia: Naturali, Aſtrologica, & Minerali. *Bononiæ* 1653.

Raritas indicatur in *Gelehrten Leipz. Zeitungen* An. 1717. p. 664. his verbis: "In dem *Vol. I. Actorum Medicorum* "*Berolinenſium* wird dieſes als ein unbekanntes, aber vie- "les, ſo andere nachgehends für ihre eigene neue Erfin- "dungen ausgegeben, in ſich haltendes Buch gerühmet, "und gewünſchet, daſs es wieder mögte aufgeleget werden.

Tomaſi MAZZÆ Apologia per fratre Giovanni Annio Viterbeſe, nella quale ſi libera dalle impoſture di Molti d' haver ſuppoſti gli Autori da lui publicati *In Verona* 1673. fol.

Liber perratus, recenſetur a Serpilio *de Libris rarior.* P. III. p. 280. ſqq.

Scipione

Scipione MAZZELLA Descrittione del Regno di Napoli con le Famiglie Nobili. *Napoli* 1586. 1601. in 4.

Liber curiosus, & in Italia admodum rarus. Vid. Haym *Notiz. de Libr. rar.* p. 60. Struvii *Biblioth. Histor.* p. 688. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1399.

Jac. MAZZOCHII f. *Andreæ Fulvii* Epigrammata antiquæ urbis *Romæ*. 1521. in fol. c. fig.

Liber rarissimus, de quo vide Jo. Mabillonium Tom. IV. *Analector.* p. 482. Anton. Augustinum *Dialog.* p. 184. *Catalog. Biblioth.* Hasæan. p. 514.

MEDAILLES sur les principaux Evenemens du Regne de Louis le Grand avec des Explications historiques, avec la Preface. *à Paris, dans l' Imprimerie Royale*, 1702. in fol. c. fig.

Liber admodum rarus, continens Numismata vitam & res gestas Ludovici Magni illustrantia ab anno 1638. ad annum usque 1700. Recusus est *Parisiis* 1723. quæ editio Præfatione destituitur; Numismata autem recenset ad annum usque 1723. Præfatio autem & figuræ politissimæ propter inscriptionum integritatem & cælaturæ elegantiam priori editioni primas vindicaverunt partes, raritatisque pretium acquisiverunt, quæ nunquam fuit in commercio, Regis solum liberalitate data donataque. Vid. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana pag. 428. Jo. Dav. Kœhlers *Historische Müntz-Belustigungen* Tom. XIV. p. 386. & Aug. Bayeri *Memoria Librorum rarior.* p. 14. 15.

MEDAILLES du Regne de Louis XV. par Godonnesche. *à Paris* 1727. fol. cum fig.

Raritas dijudicari potest ex sequenti Observatiuncula huic Libro addita in *Catalogo Bibliothecæ selectissimæ* (Lib. B. de Schœnberg) *Amstelod.* 1743. in 8. edit. Tom. I. p. 67: "Ouvrage tout gravé, accompagné d' elegantes Bordures, "qui renferment des explications de chaque Medaille, par-"eillement gravées. C'est un Ouvrage dont on n'a pas vou-"lu permettre le debit pour certaines raisons, quoiqu'il "soit magnifiquement executé.,,

Pedro DE MEDINA *Grandesas*, y cosas notables de Espana. *Alcala de Henares* 1595. fol.

Admodum rarus. Vid. *Bibliotheca Anonym.* T. I. p. 139.

MEDITATIONES Philosophicæ de Deo, Mundo, & Homine. A. 1717. in 8.

Historia impii & sacerrimi hujus Libelli, cujus Autor est Theodorus Ludov. Lau, Consiliarius Aulicus, & Director in Aula Curlandica, Hamburgi 1740. demortuus, peti potest ex Christ. Thomasii *vernünftigen Gedanken über allerhand Juristische Händel*, P. I. a pag. 233-358. Cornel. Dieter. Kochii *Defensionibus Scripturæ S. ab injuriis Scriptoris nuperi Meditationum de Deo, Mundo, & Homine*, quæ leguntur inter *Fructus* ejus *Theologicos* n. 6. *Bibliotheca* Reimmanniana p. 1048. & præprimis ex Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* p. 261-268.

MEDITATIONES, Theses, Dubia Philosophico-Theologica, placidæ Eruditorum disquisitioni Religionis cujusvis, & Nationis, in magno Mundi Auditorio submissa a Veritatis electicæ Amico. *Freystadii*, (vel verius *Frf. ad Mœn.*) 1719. in 8.

Liber atheisticus præcedenti adhuc detestabilior, & ab eodem Autore profectus, publica vero autoritate suppressus. Tertium ejusdem Autoris Scriptum infra legitur. v. POLICEY. Palinodia vero Autoris in *Nov-Antiq. Theolog.* 1731. p. 242. quacum conferatur *Confessio Fidei Theodori Ludov.* LAV, quæ legitur in den *Beyträgen zur Critischen Historie der deutschen Sprache* P. XIII. p. 144. sqq.

Jos. MEDI Clavis Apocalyptica cum Commentario. *Cantabrig.* 1649. in 4.

Rarioribus adnumeratur Libris a Gerh. von Mastricht in *Catal. Biblioth.* p. 69.

Jacob MEHRNINGS, *aus Holstein, der göttlichen Wahrheit Studiosi*, S. Baptismi Historia, das ist: Heil. Tauf-Historia, in welcher &c.

Anfang-

Anfänglich durch Jo. Montanum kurz und mit bloſſen Allegaten in Niederländiſcher Sprache beſchrieben; nach deſſen Tode aber aus ſeinen hinterlaſſenen Schriften, und andern Autoren, vollkömmlich vermehret, und in die hochdeutſche Sprache überſetzet. *Dortmundt* 1646. und 1647. in 4. pp. 1128.

Raritas indicatur in *Bibliotheca Danica* P. VI. p. 8.

Mich. MEISNERI Syntagma Philologicum de Annotamentis Criticorum; it. Apoſpaſma Philologicum de Notarum Signis. *Hoſii Variſcorum* 1623. in 8.

Liber valde rarus vocatur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruch. P. II. p. 125.

Philippi MELANCHTHONIS Loci Theologici. *Vitembergæ* 1521. in 8.

Editionem hanc primam *Locorum Theologicorum Philippi* MELANCHTHONIS deperditam eſſe, ſuperiori jam ſeculo conqueſti ſunt Viri docti. Hutterus, Vitembergenſis Theologus, jam An. 1619. in *Locis* ſuis *Theologicis* ſcripſit: "Prima editio vidit lucem hic Vitembergæ impreſſa hoc ti-"tulo: *Loci Communes Rerum Theologicarum, ſeu Hypotypo-"ſes Theologicæ;* cum Præfat. ad Tilemannum Plettenerum. "Optandum autem eſſet, ut primæ hujus editionis exem-"plaria hodieque extarent, vel ſaltem Peucerus, Scriptorum "Philippicorum Compilator, Scriptum iſtud Tomis Philip-"picis inſeruiſſet.„ Sed vero primæ hujus editionis exemplaria non prorſus interiiſſe, utut ſint rariſſima, Hermannus von der Hardt in *Præfat. ad Autographa Lutheri & Coætaneor.* T. I. p. 12. monet, qui laudabiliſſimo etiam inſtituto illam inſeruit *Hiſtoriæ Reformat. Literariæ* P. IV. p. 28. ſqq. Aeque raras eſſe ejusdem anni 1521. editionem *Baſileenſem* & A. 1522. *Argentoratenſem*, itemque verſionem germanicam An. 1522. in 4. ac præterea omnes editiones, quæ usque ad ann. 1533. prodierunt, docet S. Rev. Bruckerus in *Miſcellan. Lipſienſ. Novis* T. I. p. 629. ſqq. Conf. Georg.

Argentorati 1525. 8.

Frid. Stieberi *Historia Theolog. Dogmat.* p. 112. sqq. *Nov-Antiqua Theolog.* 1728. p. 194. & 1737. p. 512. sqq. & Jo. Frid. Mayeri *Disp. de Phil. Melanchthonis Locis Theolog. Gryphsw.* 1710. hab. quæ tamen admodum macilenta est, nec annum primæ editionis recte definit, quam pag. 9. anno 1522. perperam assignat.

Ph. MELANCHTHONIS Locos Theologicos impressos esse *Venetiis* cum hoc titulo: *per Messer Filippo di Terra Nera;* affirmat Josephus Scaliger in *Scaligeranis* p. 107. scribens: "Monsignor Seraphino Cardinalis, Vir "bonus, dixit mihi: Nos hodie habuimus litem jocosam. "Impressi erant *Loci Communes Phil.* MELANCHTHONIS "*Venetiis* cum hoc titulo: *per Messer Filippo di Terra Nera;* "& illi Loci Communes missi Romam per annum integrum "emebantur & legebantur magno cum applausu, & jam "non amplius reperiebantur, ita ut oportuerit iterum pete-"re Venetias. Tandem Franciscanus quidam agnovit Librum, "& dixit, se habere eosdem Locos, Lutheranos esse Me-"lanchthonis. Volebant mulctare Typographum, qui non "legerat fortasse; ipsi est remissum, & exemplaria com-"busta & suppressa.„ Idem fere referunt Paul. Colomesius *dans ses Remarques sur les Scaligerana* p. 263. L. El. du Pin *Bibliotheque des Auteurs separez de la Communion de l' Eglise Romaine* Tom. I. p. 88. Georg. Frid. Heupelius in *Sylloge Amœnitat. Historico-Criticar.* n. IX. Vincentius Placcius in *Theatr. Pseudonymor.* p. 581. & multi alii. Satis diu dubitavimus cum Venerando J. G. Schelhornio, qui paucos hodie in Historia literaria, cognitione Librorum cumprimis, habet pares, de existentia hujus Libri. Certiora jam nunc edocti asserimus, editionem hanc inter fictitios Libros relatam omnino extare sub hoc titulo: *I Principii della Theologia di Ippofilo de Terra Negra. Cum gratia & Privilegio.* in 8. plag. 11. Bina hujus Libri, inter rariores citra controversiam rarissimi, nobis nota sunt exemplaria. Alterum extat in Bibliotheca Ducali Guelpherbytana, uti ex Christ. Aug. Saligii *Histor. August. Confess.* T. III. p. 532. & cumprimis ex S. Ven. Jo. Bern. Hasselii Literis d. 9. Mart. 1738. ad me datis, didici. Alterum exemplar est penes doctiss. Jac. Bruckerum, qui in eruditissimis MSS. Observationibus

ad

ad *Catalog.* noſtrum *Hiſtor. Crit. Librorum rarior.* d. 15. Apr. 1738. transmiſſis ſcribit: "Palmarium quod monendum "puto eſt editionem *Loc. Theol. Melanchth.* italicam revera "penes me extare, & inveniri etiam in Bibliotheca Guel- "pherbytana, uti ex Reverendiſſ. Haſſelii communis Amici "Literis didici, qui exemplar illud a me rogatus contulit "cum meo. Eſt vero animus, notitiam Libelli, quo an "rarior ullus exiſtat dubito, dare inſerendam *Amœnitati-* "*bus Schelhornianis.*„ Non ſine voluptate legimus ac relegimus hanc doctiſſimi hujus Polyhiſtoris *Notitiam Libri longe rariſſimi, pauciſſimisque viſi Philippi* MELANCHTHONIS *Hypotypoſeon, italico ſermone editarum &c.* in *Nov. Miſcellan. Lipſienſ.* T. I. p. 628-643.

Phil. MELANCHTHONIS Locor. Theologic. Verſio *Venedica* per *Primum Truberum* adornata rariſſima eſt. Vid. Schelhornii *Amœnit.* Tom. II. p. 402. Exemplar, quod ex Bibliotheca Stadeniana ad Dan. Gerdes Paſtorem Eccleſiæ Luther. Londinenſem tranſiit, hanc Germanicam poſt Crabaticam habet inſcriptionem: *Die fürnehmſten Haupt-Artikel Chriſtlicher Lehre, aus der Lateiniſchen, Teutſchen und Wendiſchen Sprache in die Crobatiſche itzund zum erſtenmahl verdolmetſchet, und mit Crobatiſchen Buchſtaben gedruckt.* in 4. plag. 37. Germanica Dedicatio inſcripta eſt Auguſto Electori ac Duci Saxoniæ, & ſubſcripta *Laybach, am* 20. *July, im Jahr* 1562. a Primo Trubero, Antonio Dalmata, & Stephano Conſul, Hiſtriano.

Phil. MELANCHTHONIS Selectarum Declamationum, quas ipſe conſcripſit, & partim in Schola Vitembergenſi recitavit, partim aliis recitandas exhibuit, Tom. I. *Argentor.* 1544. 1558. in 8. Tom. II. *ibid.* 1544. 1555. 1558. Tom. III. *Francof.* 1551. *Argent.* 1559. 1566. Tom. IV. *Argent.* 1558. 1560. 1566. Tom. V. *Vit.* 1565. 1572.

Hi quinque Tomi *opera & ſtudio M. Jo. Richardi* in ordinem redacti & *tribus* poſtmodum *Voluminibus* editi ſunt *Argentor.* 1570. in 8. Tom. VI. *Vit.* 1571. *Francof.* 1583.

in 8. Tom. VII. *Serveſt.* 1586. in 8. Liber infrequens; de quo teſtatur Thom. Crenius *Animadverſ. Hiſtoric. Philol.* P. I. p. 13. quod rarus ſit in Bibliothecis Belgicis, quodque in Catalogis inſtructiſſimarum Bibliothecarum, Libris refertarum rariſſimis, titulum ejus tantummodo ſemel legerit. Jo. Abrah. Wimmeri *Commentatio Hiſtorica de Philippi* MELANCHTHONIS *Declamationibus* MSta citatur in Georg. Chriſtoph. Kreyſigs *Bibliotheca Hiſtoric. Saxoniæ Superioris* p. 561. Conferatur de iisdem *Biblioth. Hamburg. Hiſtorica* Cent. II. p. 141. ſqq. Cent. III. p. 140. ſqq. *Nov-Antiqua Theolog.* 1730. pag. 367. Non ineptum laborem ſuſcepit *Georg.* RICHTERVS, Eccleſiaſtes Gorlicenſis, qui ex his Declamationibus collegit Judicia Scholæ Melanchthonis Titulus Libri infrequentis hic eſt: *Judicia florentis Scholæ.* MELANCHTHONIS *de Lectione bonorum Autorum in omni genere diſciplinarum, in quibus infinitæ Regulæ Studiorum Adoleſcentiæ continentur: collecta ex Tomis Intimationum, Epiſtolarum, & Præfationum Philippicarum, & ex aliis ejus Scriptis. Vitemb.* 1592. & *Islebiæ* 1597. in 8. quæ editio titulum habet: *Criſes Melanchthonianæ.* Vid. de hoc Libro Struvii *Introduct. in Hiſtor. Literar.* p. 397. Wolfius in *Præfat ad Caſaubon.* p. 10. Teiſſier *Elog.* Tom. II. p. 50. & quem primo loco nominare debuiſſem Brucker. in *Hiſtor. Crit. Phil.* T. IV. p. 276. ſq.

Phil. MELANCHTHONIS Epiſtolæ.

Rariſſimæ ſunt, quippe diverſis locis ac annis editæ, quarum Collectiones hac occaſione, cum nobis ſint ad manus, referre placet. *Epiſtolæ aliquot ſelectiores Phil.* MELANCHTHONIS, *editæ a Caſp. Peucero. Cum gratia & Privil. Vitembergæ, excudebat Jo. Crato,* 1565. in 8. Recuſus eſt hic Tomus; quæ tamen editio Epiſtolas alio plane ordine diſpoſitas exhibet. *Alter Libellus Epiſtolarum Philippi* MELANCHTHONIS. *Cum gratia & Privilegio. Vitembergæ, excudebant Clemens Schleich & Anton. Schone,* 1570. in 8. Recuſus eſt hic Tomus II. A. 1574. absque tamen ulla immutatione. *Ad Epiſtolarum Philippi* MELANCHTHONIS *Librum primum & ſecundum, ante annos complures editos a Viro Cl. D. Caſp. Peucero, Libellus tertius primum nunc in lucem editus opera & ſtudio Chriſtoph. Pezelii, Theol. D. Perti-*

Pertinent ad hunc Libellum Epistolæ Phil. MELANCHTHONIS *ad Albertum Hardenbergium, seorsim paulo ante excusæ. Bremæ, apud Bernhardum Petri.* 1590. in 8. *Epistolarum Phil.* MELANCHTHONIS *Liber quartus: postquam primum & secundum D. Casp. Peucerus, tertium vero D. Christoph. Pezelius olim vulgarunt, jam primum in lucem editus studio & cura Jo. Sauberti. Norimb. typis & sumtibus Wolfg. Endteri*, 1640. in 8. *Appendix Libri quarti Epistolarum Phil.* MELANCHTHONIS, *complectens Epistolas XXXVI. ad Vitum Theodoricum scriptas, & hactenus nondum editas, nunc publico donata, & Libro quinto præmissa ab Jo. Sauberto. Norimb.* 1645. in 8. *Tomus quintus, accurante* eodem *Sauberto. ibid* 1646. in 8. *Phil.* MELANCHTHONIS *Epistolarum Liber, continens præclara multa cum Ecclesiastica, tum Politica, & Historica Cognitione dignissima, antehac nunquam editus. Lugd. Batav. ex offic. Bonavent. & Abrah. Elzevir.* 1647. in 8. Fasciculus hic, qui præ cæteris rarior est, v. Zeltnerus in *Historia Crypto-Socinismi Altorf.* p. 349. in Præfatione ad Lectorem *Pars sexta Epistolarum* MELANCHTHONIS appellatur. *Epistolarum Philippi* MELANCHTHONIS *Farrago in Partes tres distributa, a Jo. Manlio passim collecta, & in communem Studiosorum atque Piorum Usum nunc primum publicata. Basileæ, per Paulum Queckum*, 1565. in 8. pp. 550. De raritate hujus Manlianæ Collectionis legatur Jo. Saubertus in *Dedicat. Tom. IV.* præmissa, p. 2. & Christ. Aug. Saligius in *Histor. August. Confess.* T. III. p. 552. *Liber continens continua serie Epistolas Phil.* MELANCHTHONIS *scriptas annis* 38. *ad Joach. Camerarium, Papeb. nunc primum pio studio & accurata consideratione hujus editus; curante eum exprimendum Ernesto Voegelino. Lipsiæ* 1569. in 8. maj. *Philippi* MELANCHTHONIS *Selectiores Epistolæ ad Fr. Myconium editæ a Cyriaco Snegassio. Jenæ* 1594. in 4. Vid. infra *Cyriac.* SNEGASSIVS. Hæ sunt præcipuæ Epistolarum Melanchthonianarum Collectiones. Cum vero passim plures Epistolæ hujus Viri sparsæ extent, atque in Musæis etiam Virorum doctorum non pauca lateant, omnesque earum Collectiones minus accuratæ sint, nec temporis rationem, excepta Collectione Camerariana, habeant; novam correctio-

rem atque ordinatiorem omnium Epistolarum Collectionem dudum exoptarunt Eruditi. Vid. Gottfr. Balth. Scharfius in *Notis ad Luc. Osiandri Admonit. de Studiis privatis Verbi Ministri*, in *Append.* p. 15. sqq.

Phil. MELANCHTHONIS Consilia sive Judicia Theologica, edita a Christophoro Pezelio. *Neostadii* 1600. in 8.

Liber paucis hodie cognitus, & rarissime occurrens, observantibus Ill. Seckendorfio in *Præfat. Histor. Luther.* Reverendiss. Meinhardo Plesken, nunc Consiliario Ecclesiastico & Superintend. Generali Ducatus Cellensis merentissimo, in *Apparatu Litterario Societ. Colligentium* p. 351. Christ. Aug. Saligio in *Historia Augusl. Confess.* Tom. III. p. 535. sqq. & *Bibliotheca Danica* P. V. p. 40.

Jacobi A MELLEN Epistola de antiquis quibusdam Nummis Germanicis Historiam Thuringicam præcipue illustrantibus ad Virum Cl. Dn. Casp. Sagittarium. *Jenæ, typis Nisianis*, 1678. in 4. pl. 3.

Eximiam horum foliorum raritatem deprædicat Cl. Jo. Dav. Kœhler in *Müntz-Belustigungen* T. XV. p. 333.

Abrah. MELLINI groot regtgevoelend Kristen Martelaersboek. *Dordrecht* 1619. in fol.

Rarioribus Libris adnumeratur a Gerh. von Mastricht in *Catalogo Biblioth.* p. 483. Conf. Adr. Parsii *Index Batavicus* p. 246. sqq.

Dominici MELLINI, *Guidonis F.* in veteres quosdam Scriptores malevolos Christiani nominis obtrectatores Libri IV. *Florentiæ* 1577. fol.

De maxima Libri hujus raritate testatur J. H. von Seelen *Selector. Litterar. Specim. XIII.* p. 457. Recenset illum Jo. Alb. Fabricius in *Delect. Argumentor. & Syllab. Scriptor. de Veritate R. C.* p. 663. sqq. Eundem *Dominicum* MELLINVM *Vitam Marsilii Ficini* descripsisse Natalis Alexander in *Histor. Eccles.* T. IX. f. 182. memorat; at eam rarius obviam & hactenus frustra a se quæsitam esse indicat Cl. Schelhornius *Amœnit.* T. I. p. 18. *Jacobi*

Jacobi MELVILLI Commentarii, qui Anglice primum sub titulo : *Memoires of Sir James Melvil, Lond.* 1683. in fol. a Georg. Scoto vulgati sunt; & deinde Gallice: *Memoires historiques d' Angleterre, & d' Ecosse, sous les Regnes d' Elisabeth, de Marie Stuard, & de Jaques I. par Jaques Melvil, Gentil-homme Ecossois. Hagæ Com.* 1694. in 12. & *Amst.* 1704. Difficulter admodum inveniri Commentarios hosce, qui tamen "sont remplis des choses très-"curieuses,& très-utiles à ceux,qui veulent etudier la cour,,, scribit Autor des *Essais de Litterature* Tom. I. p. 37. sqq. Conf. *Acta Eruditor.* 1694. p. 449. sqq. Jo. Burch. Mencke *Schediasm. de Commentcr. Historic.* n. LXIII. His adde Herm. Diet. Meibomium *de Scriptoribus Rerum Anglican.* p. 17. & Frid. Wilh. Bierlingii *Dissertat. de Pyrrhonismo Historico* p. 20. 24. uno ore clamantes, in Commentariis Melvillianis recondita multa & singularia, aliis haud memorata, reperiri. Lingua Anglicana nuperrime recusa sunt *Edimburgi* 1745. in 8. v. *Göttingische gelehrte Zeitungen* 1745. p. 761. sq.

MEMOIRES Anonymes de l'Origine, du Progres, & de la Condemnation du Quietisme repondu en France.

Fata hujus Libri nobis incogniti enarrantur in *Actis Eruditorum Lipsi.* A. 1740. p. 339. Liber infamis, qui de gestis in causa Quietistica exponit, publice per carnificem fuit concisus, & in loco publico d. 9. Dec. A. 1733. combustus, pœna collaris ferrei tribus Librariis injuncta, apud quorum unum Libri exempla inventa fuerunt.

MEMOIRES sur la Vie & la Mort de Loyse Juliane Electrice Palatine, avec plusieurs Evenemens notables de l'Histoire des Guerres derniers d' Allemagne. *Leide* 1645. in 4.

Liber summo judicio scriptus, at eximiæ raritatis, cujus Autor est Fridericus Spanheimius, vid. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1088.

MEMOIRES pour servir à l'Histoire des Animaux. *à Paris* 1671. fol. maj. cum splendidiss. figuris.

Opus idcirco rariſſimum, quod perpauca tantum exempla fuerint excuſa, eaque maximam partem inter Optimates Aulæ Gallicanæ diſtributa. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. V. pag. 286.

R. MENACHEN *de Lonſano* Liber Rabbinicus *Schte Jadoth, duæ manus* inſcriptus, primo quidem *Conſtantinopoli*, hinc *Venetiis* 1618. in 4. denique *Amſtelodami* 1659. in 4. excuſus. De maxima infrequentia hujus Libri critici, & utilioris argumenti, cujus rarum extat inter Judæos exemplum, legantur Rich. Simon *Bibliotheq. Crit.* T. I. p. 362. ſqq. Ejusd. *Lettres Choiſ.* T. I. p. 25. ſqq. Jo. Chriſt. Wolfii *Bibliotheca Hebr.* T. I. p. 765. ſqq. qui more ſuo diligenter ac copioſe Librum hunc deſignat, & recenſet.

MENÆA Græcorum.

Vaſtum & ſumtuoſum Opus, *duodecim Voluminibus* conſtans, excuſum eſt græce *Venetiis apud Pinellos aliosque* in fol. non uno eodemque tempore, ſed variis diverſisque annis. Menſes ſinguli ſingula explent Volumina. *September*, a quo Græci ſuum inchoare ſolent annum, prodiit *cura Nicephori Paſchalii, Hieromonachi*, A. 1628. iterumque *curante Theophylacto Tzanfuraro, Hierodiacono*, An. 1648. hoc titulo: Βιβλίον τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς περιέχον τὴν πρέπουσαν αὐτῷ ἅπασαν ἀκολουθίαν, & ſic in reliquis. *October* prodiit *cura Niceph. Paſchalii* A. 1628. iterumque *curante Theophylacto* A. 1648. *November, cura Nicephori* A. 1626. iterumque *curante Theophylacto* 1649. *December, cura Nicephori* 1602. & *Theophylacti* 1628. *Januarius, cura Matthæi Galatiani, Cyprii Hieromonachi*, A. 1603. & *Theophylacti* 1629. *Februarius cura Nicephori* 1626. & *Theophylacti* 1643. *Martius, cura Theophanis Zenacii Hieromonachi* 1625. & *Theophylacti* A. 1645. *Aprilis, cura Theophanis Zenacii* 1625. & *Theophylacti* 1638. *Majus, cura Nicephori* 1625. & *Theophylacti* 1642. *Junius, cura Nicephori* 1626. & *cura Theophanis Zenacii* 1645. *Julius, cura Nicephori* 1624. & *cura Theophylacti* 1642. *Auguſtus, cura Nicephori* 1625. & *cura Theophylacti* A. 1642. Conferri poſſunt de *Menæis Græcorum* Leo Allatius *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum*, & ad Allatium Jo. Alb. Fabricius Tom. V. *Biblioth. Græc.* p. 57. ſqq.

Luis

Luis DE MENESES Exemplar de Virtudes morales en la Vida de Jorge Caſtrioto lamado Scanderberg Principe de los Epirotas y Albaneſes. *Lisboa* 1688. in 4.

Liber admodum rarus. v. *Catalogus Biblioth.* Heukelom-Akerslootianæ P. II. p. 151. Scripſit idem Autor *Hiſtoriam Luſitaniæ*, *Hiſtoria de Portugal reſtaurado*, Opus noſtris regionibus fere incognitum, ut indicat Chriſt. Gryphius *de Scriptoribus Hiſtoriam Sec. XVII. illuſtrantibus* p. 201. his verbis: "Familiam inter hos omnes ducit Vir illuſtris Lu-"dovicus MENESES, Ericeiræ Comes, cujus *Hiſtoriæ Lu-"ſitanicæ* Tomus prior ad exceſſum usque Johannis IV. "pertingens *Ulyſſipon.* ſermone Luſitanico 1680. in fol. "lucem adſpexit, & adhuc fruſtra a me indagatus fuit; "magnis tamen laudibus ab Ephemeridum Gallicarum Scri-"ptoribus celebratur.,,

Hieron. MENGI Flagellum Dæmonum. *Bononiæ* 1589. & *Francof.* 1608. in 8. *Ejusd.* Fuſtis Dæmonum, Adjurationes formidabiles complectens. *Francof.* 1608. in 8.

Libri ſacerrimi, digni qui æternis tenebris obruantur. vid. *Catalog. Bibliothecæ* Reimmannianæ p. 788. 793. Conjungendus cum his ſæpius recuſis ejusdem furfuris Liber, cujus hunc nobis titulum dat Nic. Franc. Haym in *Notizia de Libri rari nella Lingua Italiana* pag. 261: *Compendio dell' Arte Eſorciſtica, e poſſibilita delle mirabili, e ſtupendi Operazioni delli Demoni e dei Malefici per* G. MENGHI, *da Vadiana. In Venezia* 1601. in 8. *due Vol.*

Le MERCURE François, ou la Suite de l'Hiſtoire de la Paix, commençant l'an 1605. & finiſſant au Sacré du très Chreſtien Roy de France & Navarre, Louis III. *à Paris, chez Jean Richer*, 1611. in 8. Tome II. ou Suite de la Regence de Marie de Medicis. *ibid.* 1615. in 8. Tomes III-XXV. *à Paris* 1617-1648. in 8.

Opus

Opus curiosum, XXV. Voluminibus constans, sed admodum difficulter obvium. "Cette Compilation, „ verba profero Langleti de Fresnoy, "est une des plus curieuses, "que nous avons: car quoique cet Ouvrage soit assez lan- "guissant, cependant il contient de bonnes pieces, & d'ex- "cellens Memoires, qui se publioient alors. Les derniers "Volumes, qui ne valent pas les premiers, sont très rares; "les premiers sont plus communs.„ Tomum primum publico Parlamenti Parisiensis Edicto prohibitum ac suppressum fuisse, docet Jacobus le Long in *Biblioth. Histor. Galliæ* n. 9119. Recusus tamen mihi ad manus est sine mentione loci A. 1611. *par Alexandre de la Fontaine*, in 8. De Autore hujus Libri hæc habet Petrus Bayle *Reponse aux Questions d' un Provincial Chap.* 46. Oper. Tom. III. p. 589: "Le Libraire Jean Richer, qui en imprima le premier To- "me, en étoit aussi le Compilateur; il nous l' aprend lui- "même dans la Preface. Les Volumes, qui suivirent celui- "la jusqu'au 20. inclusivement, furent imprimez per Etien- "ne Richer qui les compiloit. Le Tome XX. fut imprimé "l'an 1637. & comprend la derniere partie de l' an 1634. "& la premiere de l' an 1635. Le XXI. Tome fut impri- "mé à Paris en 1639 par Olivier de Varennes associé de "Pierre Billaine, en faveur de qui le Privilege avoit été "expedié. Les trois Volumes suivans dont le dernier se ter- "mine à la Mort du Roi Louis XIII. au mois de May 1643. "furent imprimez par le même de Varennes. Le XXV. "qui est le dernier fut imprimé à Paris l'an 1648. chez "Jean Henault, & comprend la suite de l'an 1643. & "l'an 1644. „ Posteriorum Voluminum Autores sunt Theophrastus Renaudot, qui in Epistola dedicatoria Tomi vigesimi se Autorem profitetur, & Dominus de Malingre. Vid. Jac. le Long *l. c.*

Matthiæ MERIANS Todten-Tantz, wie derselbe in der Stadt Basel als ein Spiegel menschlicher Beschaffenheit gantz künstlich gemahlet, nach dem Original in Kupfer gestochen. *Francof.* 1649. in 4.

Rarif-

Rariſſimus vocatur in Bibliotheca Viri cujusdam litterati, quæ 1732. Berolini fuit diſtracta, p. 4. ſed recuſus jam in Tabernis extat.

MERLINI *Cocajus*, v. COCAJVS.

Marini MERSENNI Quæſtiones celeberrimæ in Geneſin, cum emendationibus Problematum Franc. Gregorii. *Pariſiis, apud Seb. Cramoiſy*, 1623. in fol.

Opus vaſtum, longeque rariſſimum & paucis viſum, indicantibus Jac. Bruckero in *Hiſtor. Crit. Philoſ.* T. IV. p. 788. T. V. p. 242. & *Nov-Antiquis Theolog.* An. 1740. p. 643. Incaſtrata autem hujus Libri exemplaria albis corvis ſunt rariora. Scil. in omnibus fere exemplaribus a pag. 670. usque ad p. 676. ſublata ſunt iſta folia, in quibus MERSENNVS de inſigni Atheorum inter Gallos numero conqueritur, iisque alia ſurrogata. In Bibliotheca Athenæi Regii Bremenſis extat exemplum, ab ipſo Autore alicui donatum, in quo veſtigia exſciſſorum foliorum luculenter adhuc apparent. Sublatas autem paginas laudabili conſilio Anonymus quidam in *Bibliotheca Gallica* Vol. XXXIV. P. I. Att. 7. recuſas exhibuit. Exemplar integrum & non caſtratum extat in Bibliotheca S. R. Jac. Bruckeri, qui dignum eſſe putat Eruditorum curioſitate, ſi quis inquirat, quæ cauſa Merſennum coëgerit, folia hæc abjicere, quæque vera tam inſignis raritatis hujus Libri cauſſa ſit, ſic ut vix quatuor exemplaria Pariſiis extare nonnemo monuerit? Aliud ejusdem MERSENNI Scriptum rariſſimum: *L'Impieté des Deiſtes, & des plus ſubtils Libertins decouverte & refutée par Raiſons de Theologie, & de Philoſophie, à Paris* 1624. in 8. II. Voll. recenſetur in Gottl. Stollen *Anleitung zur Hiſtorie der Theolog. Gelahrth.* p. 711. 712.

Pauli MERVLA Tydtreſor ofte kort ende bondig verhaal van den Stand der Kerken ende wereldlyke Regeringen over den gantſen Aerdboden, beginnende van de Geboorte van J. Kriſtus tot den Jare 1627. *Leiden* 1627. fol.

Liber rarus, in Belgico charus & carus, verba ſunt Gerhardi a Maſtricht in *Catal. Bibl.* p. 521.

Pauli

Pauli MERVLA, Vita Joannis Capnionis, cum ejusdem Epistolarum Libris a Paulo Merula editis. *Argentor.* in 4. & *Lugd. Bat.* 1642. in 16.

Citatur hic Libellus ab Anton. Teisserio in *Catal. Author. & Bibliothecar.* p. 256. Raritas autem effecit, ut dubitaverint Eruditi, an extet. Ita enim Jo. Jac. Moser in *Bibliotheca Scriptorum de Rebus Svevicis* p. 49: "Morhof will "im Polyhistore von diesem Buche nichts wissen; Lange "in Vita Frischlini weiss auch nichts davon; und ich habe "es auch nie gesehen.„

La MESSE trouvée dans l' Ecriture. 1642. in 8. pagg. 44.

Schediasma hoc longe rarissimum esse, post Aug. Bayerum docet S. Rev. Dan. Gerdes in *Florileg. Libr. rar.* p. 87.

Jo. MESSENII Scondia illustrata, seu Chronologia de Rebus Scondiæ, h. e. Sveciæ, Daniæ, Norwegiæ, atque una Islandiæ, Gronlandiæque tam Ecclesiasticis, quam Politicis, a Mundi Cataclysmo usque ad annum Christi 1612. gestis, primum edita & Observationibus aucta a Jo. Peringskioldo. Tomi X. *Stockholmiæ, typis Olavi Enæi,* 1700-1703. in folio. *Ejusd.* Scondiæ illustratæ Volumen II. seu Tomus XI. XII. XIII. XIV. XV. cum Indice, ex editione Jo. Peringskioldi. *ibid.* 1703. 1704. 1705. in fol.

Opus viginti ac plurium annorum; at maxime rarum. Vid. Nic. Hieron. Gundlingii *Collegium Historico-Literarium* p. 440. Autor illud in carcere Cajanaburgensi composuit, in quo non fuit mortuus, ut dicit Schefferus in *Svecia Litterat.* p. 85. sed ex vicennali custodia liberatus in urbe Finnlandiæ Uhlaensi supremum diem obiit. Hinc corrigendi Jo. Mollerus in *Notis ad Schefferum* p. 380. & Nic Hier. Gundlingius in *Colleg. Historico-Litter.* p. 441. scribentes, Messenium conjurationis in Christinam Reginam reum Stockholmiæ capitali supplicio fuisse affectum.

Jo.

Jo. MESSENII Theatrum Nobilitatis Svecanæ. *Holmiæ 1616.* in fol.

Raritas indicatur in *Catalog. Biblioth.* Jo. Hubneri p. 156. Conf. *Bibliotheca Historica Hamburg.* Cent. VI. p. 41. sqq.

Jo. Metalii METELLI Africa ad Artis Geographicæ regulas Tabulis æri incisis descripta. *Urfel.* 1600. in fol.

Libris rarissimis adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Heukelom-Akersloot. P. II. p. 128. Possideo ejusdem Autoris *Americam.* En titulum: *America, sive novus Orbis Tabulis æneis secundum rationes Geographicas delineatus. Jo. Metalius* METELLVS, *Sequanus J. C. Vir doctrina præstans longioreque vita dignissimus, Orbis universi Tabulas historico amictu ornare statuerat, sciens Historiam nunquam satis laudatæ Artis Geographicæ esse oculum. Ornavit itaque historicarum rerum veste aliquot Tabulas, quæ ipso adhuc in vivis agente typis excusæ sunt, multoque cum fructu leguntur. Ingravescente autem ætate morboque quo sublatus est, lampadem Amico tradidit, cujus cura Europæ, Asiæ & Africæ antehac Tabulis editis nunc quoque accedunt Americæ sive novi Orbis Tabulæ, non nudæ discalceatæque, sed pro dignitate meritoque rerum historicarum veste ornatæ. Colon. Agrippinæ, excud. Steph. Hemmerden,* A. 1600. in fol.

Jo. MEVRSII Rerum Belgicarum Liber unus, in quo Induciarum Historia, & anni noni reliqua. *Lugd. Batav.* 1612. in 4. *Ejusd.* Rerum Belgicarum Libri IV. in quibus Ferdin. Albani Sexennium, Belli Belgici principium. Additur V. seorsim antea excusus, in quo Induciarum Historia & ejusdem Belli finis. *ibid.* 1614. in 4.

Liber primus Historiæ Meursianæ rarissimis Scriptis adnumerandus. "Jo. MEVRSIVS, Vir græce doctissimus, „ verba profero Cl. Groschuii in *Præfat. ad novam Librorum rarior. Collect.* p. 33. "*Rerum Belgicarum Historiam* Li- "bro uno complexam An. 1612. composuit, in qua, cum "partium studio addictus, & liberius rem exponere videre- "tur, dici non potest, quo in periculo versatus sit Vir opti- "mus,

"mus, & quos magno numero adversarios ceperit. Ille qui-
"dem famæ ac fortunæ consulturus non longo post tempore
"eandem retractavit Historiam, & partim quædam delevit,
"partim nova inseruit, & se ipsum quasi castigavit. Lugdu-
"ni Batavor. exiit hæc editio A. 1614. ubi observandum,
"quod Libri IV. priores noviter accesserint; sed quintus,
"qui olim seorsim editus fuerat, plane a priori differt edi-
"tione. Verum & hac postrema cura nihil gratiæ a Belgis
"retulisse Meursium non ignoro. Multi in Belgio adeo
"exacerbati erant in Autorem, ut ipsum ex officio suo,
"quod gerebat splendidissimum, licet sub alienæ caussæ præ-
"textu, vellent ejectum. Operæ itaque pretium est, cogno-
"scere, quid in utraque editione contineatur, quid omis-
"sum, quid castigatum, quid in molliorem sensum quan-
"doque tractum sit. „

Jo. MEVRSII variorum divinorum Liber unus, in quo Auctores Theologi Græci varii antehac nunquam vulgati. *Lugd. Batav. apud Isaacum Elzevirum*, 1619. in 4.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruchianæ P. I. p. 58. Conf. Thom. Ittigius *de Biblioth. & Caten. Patrum* p. 569. sqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Græc.* T. XIII. p. 626. sqq.

Jo. MEVRSII Dissertationes Politicæ miscellaneæ. *Hafn.* 1641.

Vid. *Biblioth.* Schalbruch. P. II. p. 47.

Jo. MEVRSII Exercitationes Criticæ. *Lugd. Batav.* 1599. in 8. *Ejusd.* Criticus Arnobianus; it. Hypocriticus Minutianus, & Excerpta MS. Regii Parisiensis. *ibid.* 1598. in 8. *Ejusd.* de Gloria Liber, cum Auctario Philologico. *ibid.* 1601. in 8.

Hæc tria Opuscula sunt inter rariissima MEVRSII. v. *Biblioth.* Schalbruch. P. II. p. 128.

Jo. MEVRSII Elegantiæ Latini Sermonis. v. *Aloisia* SIGEA.

Ferdi-

Ferdinandi MEXIA Nobiliario vero, *impressum Hispali typis Petri Brum, & Jo. Gentilis*, 1492. in fol. circiter 2. Alphabetis.

Libris rarissimis primi ordinis adnumerandum est. Joan. Burch. Menckenius, in cujus Bibliotheca extat, pretium illi XXIV. Imperialium statuit. In *Bibliothecæ* Ehrencronian. *Catalogo* sic recensetur: *Nobiliario perfetamente copilado y ordenado por el honorado Cavallero Fernan* MEXIA. *En Sevilla* 1485. in fol. Multa ex hoc Libro de Nobilium Conditione, Statu ac Muneribus, ac Nobilitatis Originibus, Armorumque & Insignium gestamine, & usu juxta mores Hispanos hauriri possunt. Vid. Gerh. Ern. de Franckenau *Bibliotheca Hispanica* p. 113.

Pedro MEXIA Silva de varia Lecion agora ultimamente emendada, y de la quarta parte annadaida. *En Amberes, en Casa de Gassenio Jansens*, 1593. it. 1603. in 8.

Liber vice plus simplici recusus, inque varias linguas translatus: Italice, *per Francesco Sansovino, Venet.* 1592. in 8. Gallice, *par Claude Gruget, à Rouen* 1643. in 8. Germanice, *per Jo. Andr. Matth, Norimb.* 1669. in 4. Vetustissimæ tamen Hispanicæ editiones, v. c. An. 1542. 1570. 1585. &c. maximo in pretio habentur, propter Historiam Joannæ Papissæ, quæ Cap. IX. legitur; quæ tamen in quibusdam editionibus & versionibus castratis abest. Conf. Serpilius im *Verzeichniß rarer Bücher* p. 262. sqq.

Dav. MEYERI Jubilæum Evangelicum, s. de Statu Ecclesiæ ante Lutheri Reformationem valde miserabili. *Francof.* 1617. in 4.

Tractatus rarissimus vocatur a Jo. Andr. Schmidio *de propag. Relig. per Carmina*, § 27.

Franc. Eudes DE MEZERAI Histoire de France depuis Pharamond jusqu'à la Paix de Vervins. *à Paris* 1643. Tom. II. 1646. T. III. 1651. in fol.

Altera editio hujus Operis Hiſtorici comparuit *Pariſ.* 1685. III. Voll. in fol. quam multo quidem præſtantiorem eſſe priori aſſerunt Eruditi: attamen prima editio quædam exhibens, quæ Autor in poſteriori omittere coactus fuit; hinc rarior priori, & aſſervari in Bibliothecis omnino meretur. "Die erſte Edition wird ſtärcker geſuchet,„ verba profero Mr. du Fresnoi ex *Catalogo Hiſtoricor.* p. 216. "als die von 1685. In dieſer letztern muſste er "eines und das andere weglaſſen, darinnen er zu frey, "und zu ſehr für die Republique, geſchrieben hatte: je- "doch iſt auch mehr darinnen, als in jener: indem eine "Hiſtorie von Franckreich für Clodovæum, die Hiſtorie "der Königinnen, und noch andere Dinge mehr, hier und "da eingerücket ſeyn.„

Franc. Eudes DE MEZERAI Abregé Chronologique, ou Extrait de l'Hiſtoire de France depuis Pharamond jusqu'à la Paix de Vervins avec les Portraits des Rois. *à Paris* 1668. III. Voll. in 4. itemque in 12. eodem ann. IIX. Voll. *Amſterdam, chez Abrah. Wolfgang,* A. 1673. VI. Voll. in 12. iterumque A. 1682. 1688. & 1696.

Editio hujus Libri Pariſienſis anni 1668. optima & præſtantiſſima, imo & perfectior poſterioribus. Vid. Dan. Maichelius in *Introduct. ad Hiſtor. Litterar. Biblioth. Pariſienſ.* p. 146. "La ſeconde edition eſt plus correcte, que "la premiere: car l'Auteur en ota les fautes; mais com- "me il en ota auſſi des véritez, qui avoient deplus. La pre- "miere ſe fait rechercher des curieux; „ ſcribit Mr. Bayle dans *Dictionn. Hiſtor.* art. *Ancillon. not. D.* & *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Menckenianus hæc habet: "Die "Edition von An. 1668. iſt ſehr rar und theuer. Nächſt "ſelbiger iſt die Holländiſche von 1673. die angenehmſte, "als welche der Autor ſelber continuiret; doch ſoll es "A. 1701. noch accurater herauskommen ſeyn.„

Joh. MICRÆLII altes Pommerland, nebenſt hiſtoriſcher Erzehlung derer in nähiſten 30. Jahren,

ren, bis auf des letzten Hertzogen Bogisl. XIV. Todt, in Pommern vorgegangenen Geschichten. *Altenſtetin, gedruckt und verlegt durch Georg. Rheten*, 1640. in 4.

Libro huic raritatis notam impreſſerunt Jo. Petr. de Ludewig, & Jac. Frid. Reimmannus, *de Libris Genealog.* P. II. p. 187. Recuſum jam extat hoc Opus MICRÆLII *Stetini* 1723. in 4. 125. plag.

Conyers MIDDLETONI the Hiſtory of the Life of Marcus Tullius Cicero. *Londini, impenſis Autoris*, 1741. in 4. maj. Vol. I. Alph. 3. pl. 10. Voll. II. Alph. 3. pl. 6.

Ingens raritas hujus Libri indicatur, ipſeque Liber copioſe recenſetur in *Actis Eruditor.* 1742. p. 199.

Martinus MILAGIVS, vid. ANHALTINÆ Vindiciæ.

Jo. MILTONS verluſtigte Paradies, aus dem zeit ſeiner Blindheit in Engliſcher Sprache abgefaſſeten unvergleichlichen Gedichte in unſer gemein Deutſch übertragen, und verlegt von E. G. v. B. *Zerbſt* 1682. in 8. pp. 367.

Liber ſumme quidem rarus, at immerito, cum verſio ſit inſulſa. Cauſſa raritatis procul dubio exinde derivanda, quia Autor Ernſt Gottl. vom Berge propriis ſumtibus excudendum curaverit. Vid. *Hamburg. Berichte von gelehrten Sachen*, 1732. pag. 648 ſqq. *Beyträge zur Crit. Hiſtorie der deutſchen Sprache*, P. I. p. 85 ſq. & *Præfationem* verſionis nuperrimæ germanicæ: *Jo.* MILTONS *Verluſt des Paradieſes, ein Helden-Gedicht, in ungebundener Rede überſetzet. Franckf. und Leipzig* 1732. in 8.

Paulus MINERVA de Libro Apocrypho, cum Catalogo & Indice Auctorum & Librorum Apocryphorum. *Neapoli, ap. Franc. Savium*, 1640. in 4.

Memoriam Libri hujus oppido rari ac fere incogniti conservavit Aug. Bayerus in *Memoriis Historico-Criticis Librorum rarior.* p. 104.

Anton. Sebast. MINTVRNI de Poëta Libri VI. Ad Hectorem Pignatellum, Viboneñs. Ducem. *Venetiis, apud Franc. Rampaletum,* 1559. in 4.

Eximie & merito hoc Opus valde rarum laudavit Vir consummatæ doctrinæ Petr. Burmannus in *Præfat. ad Gudii & Sarravii Epistolas.* In Auctione H. H. von der Mark p. 206. pro XI. Florenis divenditum fuit. Cl. Bunemannus in *Catalog.* pag. 88. exemplari suo pretium V. Imperialium constituit. Aliud MINTVRNI Opus æque rarum: *Poëmata Tridentina, Venetiis ap. Jo. Andr. Valvassorem* 1563. in 8. recensetur a Cl. Schelhornio T. II. *Amœnitat. Histor. Eccles.* p. 471.

Vincenzo MIRABELLA Dichiarazioni della Pianta del Antiche Siracuse, d'alcune Scelte Medaglie d'esse. *Napol.* 1613. in fol.

Opus pretiosum, ac eximie rarum. Vid. *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 379. *Catal. Biblioth.* de Marq. de S. Philippe, T. I. p. 169.

Le MIROIR des plus belles Courtisanes de ce tems. A. 1630. in 4.

Liber spurcissimus in Belgio editus, quem recte opprobrium seculi superioris nominat E. S. in *Epistol. ad* Sig. Jac. Apinum *de studio colligendi Imagines doctorum Virorum, Brunsw.* 1730. in 8. p. 76. Continet perrarus hic Libellus XL. satis eleganter æri incisas meretricum Imagines, singulisque Imaginibus versiculos gallicos, belgicos & germanicos addidit Autor.

MISSA Latina, quæ olim ante Romanam circa septingentesimum Domini annum in usu fuit, bona fide ex vetusto authenticoque Codice descripta & edita a Matthæo Flacio Illyrico. *Argentinæ, ap. Chr. Mylium,* 1557. in 8.

Paucis

Paucis plagulis Libellus hic absolvebatur: hinc intra breve temporis spatium, ut solent plerumque Scripta minutiora, Eruditorum & oculis & manibus se subducebat. Erant tamen inter Pontificios, quibus raritas hujus Scripti minutioris calumniandi cœtum nostrum ansam præbebat. Clamabant enim Doctores Lutheranos suppressisse cuncta exemplaria. "Lutheri asseclæ, „ profero hic verba Cardi- "nalis Jo. Bonæ, *Rerum Liturgic.* Libr. I. Cap. XII. pag. 143. edit. *Colon.* An. 1674. "omnia edita exemplaria, quot- "quot reperiri potuerunt, in unum congesta igne proti- "nus concremarunt. Et hinc factum est, ut Codex ille rarissimus sit, quem nec Cassander nec Pamelius viderunt, licet "eo tempore vixerint, & in perquirendis Libris ad sacros "ritus pertinentibus diligentissimi fuerint. „ Idem referunt Guil. Peyratus, Carolus Cointius, Jo. Mabillonius, & alii. Neque vero inter Pontificios tantum opinio hæc invaluit; sed inter Reformatos quoque Paulus Colomesius ita sentit, qui, dum fata hujus Libelli recenset in *Biblioth. Selecta*, p. 399. *Oper.* scribit: "Les Lutheriens venant à exa- "miner ce Missel avec plus de soin, & voiant, qu'il ne leur "étoit pas favorable, supprimerent tous les exemplaires "qu'ils purent trouver, si bien qu'il est devenu extreme- "ment rare. „ Sed infirmo ac lubrico hanc narrationem fundamento niti, fuse & accurate ostendunt Petr. Bælius in *Diction.* art. *Illyricus*, Joan. Franc. Buddeus in *Isagoge ad Theolog.* p. 861. & Jo. Christoph. Wendler in *Dissertat. præliminari, qua asseritur, Lutheranos neque supprimere, neque corrumpere Scriptores*, in *Præfat.* p. 12. sqq. Missale hoc Flacianum postea in medium rursus produxerunt Carolus Cointius in *Annalibus Ecclesiæ Francicæ*, & Joan. Bona Cardinalis in *Libris* suis *Liturgicis*.

MISSALE mixtum, secundum Regulam B. Isidori, dictum MOZARABES; jussu Francisci Ximenis per Alfonsum Ortizium Canonicum Toletanum. *Toleti, apud Petr. Hagembach Alemannum*, 1500. in fol. Breviarium, secundum Regulam B. Isidori, MOZARABVM. *ibid.* 1502. in fol.

Inter rariores Libros hic certe est rariſſimus, in cujus impreſſionem Cardinalis Ximenes 50000. Taler. impendit. Vid. de Vayrac *dans l'Etat preſent de l'Eſpagne* p. 553. Ex quo facile patet, Miſſale Mozarabicum iſto jam tempore non adeo parvo conſtitiſſe pretio, quod intra duorum ſeculorum ſpatium non potuit non magis magisque excreſcere, ita ut hodie, docente Cl. Aug. Bayero in *Memor. Librorum rarior.* p. 165. ipſa in Hiſpania pertinaciter quærenti exemplaris unius nanciſcendi copia vix detur. Exemplaria octo, quæ Toleti in Sacello quodam Eccleſiæ Templi Cathedralis, ubi Miſſa ſecundum Ritum antiquum quotidie celebratur, conſervata, ibique Canonicorum uſui repoſita ſunt, ſub Excommunicationis pœna abalienari vetantur. Invenitur præterea exemplar Miſſalis & Breviarii in Collegio S. Ildefonſi pergameno in forma prægrandi impreſſum. Lipſiæ etiam in Bibliotheca Senatoria extare docet Cl. Stollius in *Nachrichten von ſeiner Biblioth.* Tom. I. p. 562. Ex Bibliotheca Colbertina 3005. Libris Gallicis *Miſſale* cum *Breviario* fuit venundatum. Raritatem hanc etiam indicarunt de la Caille *dans l'Hiſtoire de l'Imprimerie & de la Librairie* L. I. p. 45. Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. I. p. 730. edit. noviſſ. & Pellegrino Ant. Orlandi *nell' Origine e Progreſſi della Stampa o ſia dell' arte impreſſoria*, his verbis: "Queſti "ſono due Libri eſtrememente rari e ricercati.„ Conf. Aug. Bayerus, & Autores ab illo citati, Guil. Caveus, Joann. Bona, Chriſt. Matth. Pfaffius, Eugenius de Robles in *Vida y hazannas del Card.* D. Franc. Ximenes de Cisneros *y del officio y Miſſa Mozarabe, Toled.* 1604. in 4. Adde his Joan. Pinii Tractatum *de Miſſa Mozarabica* in limine *Actor. Sanctorum menſis Julii* Tom. V. & in *Operibus* Joſ. Mar. Thomaſii editis *Romæ* 1742. in fol.

MISSALE ſecundum Ritum Eccleſiæ Bremenſis. *Argentorati* 1511. in fol.

De ingenti Libri huius raritate legatur Died. von Staden in *Præfat. ad Agenda Stadenſia*, Jo. Henr. von Seelen in *Memoria Staden.* p. 129. & *Catal. Biblioth.* Haſæan. p. 251. Reperitur Bremæ in Biblioth. Poſtiana, & fortaſſe in nulla alia.

Leo DE MODENA, v. *Leo* MVTINENSIS.

Anto-

Antonii MOECKERI Hildesia Saxoniæ. *Francofurti* 1573. in 8.

De præstantia & raritate hujus Libelli hæc leguntur in Joach. Barw Lauensteins *Hildesheimischen Kirchen-Historie* P. XII. p. 4. & 25: "Es hat MOECKERVS in dieser Beschreibung seiner Vaterstadt der Welt ein Muster vor Augen geleget, wie eine jegliche grosse und Volck-reiche "Stadt müsse beschrieben werden; und ist dis Büchlein "von den Gelehrten solchergestalt aufgenommen worden, "dass es heut zu tage recht rar worden, und dass die wenigen Bogen in Auctionen oftmahls mit etlichen Thalern "bezahlet werden."

Jo. MOLANI Militia Sacra Ducum & Principum Brabantiæ; cum Notis Petri Louwi, Sylveducensis. *Antwerp. ap. Plantin.* 1590. in 8.

Liber hic continens Bella propter Religionem a Brabantiæ Ducibus susceptа. "C'est un des plus curieux, & des "plus rares Ourages," judice Jacobo le Long in *Bibliotheca Histor. Galliæ* n. 15727. Etiam Jo. MOLANVS *Librum adversus Machiavellum* scripsisse dicitur, *Colon. Agripp. ap. God. Kempensem* 1583. editum: qui Liber, si editus unquam fuerit, omnium rarissimis est adnumerandus. Sunt autem inter Eruditos, qui, ejusmodi Librum ex instituto a Molano adversus Machiavellum compositum, in dubium vocant. Vid. Cl. Jo. Fr. Christii *de Nic. Machiavell. Libr.* p. 75. 76.

Caroli MOLINÆI Commentarius ad Edictum Henrici II. contra parvas datas, & abusus Curiæ Romanæ, & in antiqua Edicta & Senatusconsulta Franciæ contra Annatarum & id genus abusus, multas novas Decisiones Juris & Praxis continens. Consilium de Tridentini Concilii Decretis. Consilium super commodis vel incommodis novæ Sectæ, seu factitiæ Religionis Jesuitarum. 1605. in 8.

Tractatum hunc extremæ raritatis esse indicat *Biblioth.* Anonymian. T.III. p.24. Causas raritatis indagare is facile poterit, cui non ignota sunt fata autoris, quæ leguntur im *compendieusen Gelehrten - Lexico.* Extant nihilominus repetitæ hujus Libri editiones, quem etiam recusum dedit Scherzerus in *Bibliotheca Anti-Pontificia.* Alium Car. Molinæi librum pro jure regum Francorum & libertate Ecclesiæ Gallicanæ, *de Origine, progressu & Excellentia Regni & Monarchiæ Francorum.* Lugd. 1564. in 4. quem D. Gerdes in *Floril. L. R.* p. 89. rarioribus adnumerat, recenset B.G. Struvius in *Biblioth. Antiq.* 1706. p. 500 sq.

Ludovici MOLINÆI Parænesis ad Ædificatores Imperii in Imperio; in qua defenduntur Jura Magistratus. *Londin.* 1656. in 4.

Liber suppressus & valde rarus ut reliqua ejusdem Autoris Scripta. Testes raritatis producuntur in *Thesauro Biblioth.* T.II. p. 288 sq.

Petri MOLINÆI Iconomachus, seu de Imaginibus & earum Cultu. *Sedani* 1635. in 12.

Vid. *Catalog. Bibliothecæ* Heukelom - Akerslootianæ, P. II. p. 50.

Alberti MOLLNARI Syllecta Scholastica. *Heidelbergæ* 1621. in 8.

De eximia libri hujus raritate legatur B. G. Struvius *in præfat. ad Guarini Libellum de Ordine docendi & studendi.* Liber hic Mollnari vere impressus est, & Bibliothecæ quoque Bodlejanæ *Catalogo*, & Mart. Lipenii *Bibliothecæ Philosophicæ* p. 730. insertus, sed adeo rarus, ut neque Morhofius, neque Struvius, librorum Helluones, qui Bibliothecarum præstantissimarum forulos excusserunt, eum unquam viderint. Vid. Wendleri *dissert. de Libr. rarior.* § XXI.

Roberto MONACO Istoria della Guerra fatta da Principi Christiani contra i Saraceni per l'acquisto di Terra Santa, tradótta per Francesco Baldelli, *ed impressa in Firenze per il Torrentino* 1522. in 8.

Liber in Italia rarissimus. Vid. Nic. Franc. Haym *Notizia de Libri rari.* p. 86.

Henricus

Henricus MONANTHOLIVS in Hippocratis Jus jurandum. Vid. quæ scripsi ad *Blas.* HOLLERIVS.

Lucii Cornelii Europæi MONARCHIA Solipsorum ad virum clarissimum Leonem Allatium. Cui nuperrime accessit Clavis onomastica. *Juxta exemplar Venetum, Superiorum permissu.* 1648. in 12. pp. 162.

Libellus rarissimus, de quo scribunt Autores *Nov-antiquorum Theologic.* A. 1702. p. 424. "Die Jesuiten kaufen "es mit grossem Gelde auf. „ Cl. Bunemannus *in Catalog. Librorum rarissimorum* p. 122. exemplari suo statuit pretium 3. Talerorum. Inchoferum Jesuitam genuinum hujus fœtus esse parentem *Naudæana* p. 103. docent. Conf. Placcius in *Theatr. Pseudonymor.* Præter editionem principem *Venetam* 1645. in 12. & hanc nostram Batavam sine loco, extat etiam *Helmstadiensis*, licet titulus locum urbis non exprimat, cum Alph. de Vargas *Strategematibus Soc. Jes.* 1665. in 4.

Brevis Notitia MONASTERII B. V. M. Sacri Ordinis Cistercienſis in Franconia ex probatis Autoribus tum impressis, tum scriptis, ex Originalibus Diplomatibus, antiquis Documentis & Scripturis desumta & in Ordinem redacta a quodam ejusdem loci & Ordinis Religioso. Anno 1738. in 4.

Scriptum perrarum, juribus Territorialibus Episcopi Wirceburgensis adversum, hinc Wirceburgi severissimo Decreto publice discerptum & prohibitum. Vid. *Bibliotheca historica* Struvio-Buderian. p. 103.

Bonini MOMBRITII Scripta rarissime hodie reperiri, docet Jo. Alb. Fabricius in *Bibl.* med. & inf. *Latinitatis* T. V. p. 257. sqq. Præclaram operam posuit sub tempore nascentis Typographiæ in publicandis bonis scriptis, quorum indicem habes l. c. Scripsit etiam Carmine Heroico *Libros VI. de Passione Dominica* Lipsiæ 1499. 4. quos in-

nuit Daumius *Epistol. ad Reinef.* p. 28. "Mombritium "de Passione Domini, quem habeo, novi inventu esse "rarissimum.

Balthasar MONCORNET. v. PORTRAITS.

Benedicti Ariæ MONTANI Communes & familiares linguæ Hebraicæ idiotismi, omnibus interpretationibus præcipue Pagnini accommodati. *Antwerp.* 1572. in Fol.

Liber rarus. Vid. *Catalog. Biblioth.* Gerh. v. Mastricht p. 3.

- - - Biblia Hebraica. Vid. BIBLIA.

Petrus Lopez de MONTOYA, Xeresanus Canonicus, de recto usu divitiarum. *Madriti ap. Guill. Drouy* 1580 in 8.

Recensetur in Aug. Beyeri *Memoriis Librorum rariorum* p. 283 sq.

Antonii MORAINES Anti-Jansenius, h. e. selectæ disputationes de Hæresi Pelagiana, & Semi-Pelagiana, deque variis statibus naturæ humanæ, & de gratia Christi Salvatoris; in quibus vera de illis doctrina proponitur, & Cornelii Jansenii falsa dogmata refutantur. *Lutet. Paris.* 1652. in Folio.

Opus hodie rarius occurrens appellatur a doctissimo Jo. Henr. von Seelen in *Philocalia Epistolic.* p. 166. Latet sub ficto hoc nomine Jo. Martinonius, Soc. Jes.

Renversement de la MORALE Chretienne, vid RENVERSEMENT.

Ambrosio de MORALES Cronica General de Espanna. *Alcala de Henares.* 1577. in Folio.

Liber hic in ipsa Hispania est perrarus, maximique in Historia momenti. "Ich habe dieses aus 4 Folianten beste-"hende Buch, „ scribit illustr. de Ludewig *in præfat. zur rechtlichen Erläuterung der Reichs-Historie*, p. 3. "fast mit "Geld aufwegen müssen; denn es wol in Teutschland des-"wegen wenig zu finden, weil es in verschiedenen Thei-"len,

"len, zu verſchiedenen Jahren und in verſchiedenen Or-
"ten, zu *Alcala de Henares* 1574. 1575. 1577. 1578. zu
"*Cordoua* 1586. gedruckt, und bis An. 1600. fortgeſetzet
"worden. „

Olympiæ Fulviæ MORATÆ opera, editore Cœlio Secundo Curione. *Baſileæ* 1558. 1562. 1570. 1580. in 8.

De editionibus ac raritate hujus Libri legantur *Bibliotheca Bremenſis* Claſſ. VII. p. 579 ſqq. Paulus Colomeſius *in Operibus* junctim editis p. 415 ſqq. & M. J. E. *Anmerkungen* über Olymp. Fulv. Moratæ *Leben in Actis Francicis* T. II. p. 267. Georg. Lud. Noltenius novam horum operum editionem promiſit; egregia eſt *Diſſertatio*, quam de Olympiæ Moratæ *Vita, Scriptis, Fatis & Virtutibus* ſub Præſid. Juſt. Chriſtoph. Ditmari in Academia Viadrina 1731. edidit. Conf. Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitat. Hiſtor. Eccleſ.* T. II.

Jo. Baptiſtæ MORINI, *apud Gallos e Bellejocenſibus Francopolitani, Doctoris Medici, & Pariſiis Regii Mathematum Profeſſoris*, Aſtrologia Gallica Principiis & rationibus propriis ſtabilita, atque in XXVI. Libros diſtributa. Non ſolum Aſtrologiæ judiciariæ ſtudioſis, ſed etiam Philoſophis, Medicis & Theologis omnibus perneceſſaria. Quippe multa complectens eximia ad ſcientias illas ſpectantia. *Hagæ Comitum ex typogr. Adriani Vlacq.* 1661. in Folio. pp. 784.

De raritate hujus Libri legantur *Nov-Antiq. Theologic.* A. 1729. p. 897 ſqq. Morlierius *in Eſſais de Litterature* T. I. p. 228. P. Bayle *in Diction. Hiſtor. Critiq. & Bibliotheca Anonym.* Norib. p. 44.

Hieronymi MORLINI, *JCti Neapolitani*, Novellæ. *Neapol. chez Jean Paquet de Sallo.* 1520. in 4.

Liber

Liber rariſſimus, nec aliter mihi cognitus quam ex *Tom. IV. Menagian.* p. 57. ubi hæc leguntur: " On m'en " a fait voir un livre dont je n'avois jamais ouï parler, in- " titulé : *Hier. Morlini Novellæ à Naples l'an* 1520. avec " Privilege de l'Empereur, & du Pape pour dix ans. Cir- " conſtance que je remarque, parceque ces Nouvelles ſont " remplies des plus grandes infamies du monde, & d'obſce- " nitez dont rien ne peut egaler la groſſiereté que les Solé- " cismes qui fourmillent dans de Livre. „ His adde ſequentia ex *Journal des Sçavans* Janvr. 1726. p. 119. 120. " En quoi conſiſte le merite du Livre intitulé : *Hieronymi* " MORLINI *Novellæ*, qui fut donné il y a quelques années " pour cent ſous à la Vente d'une Bibliotheque, par des Li- " braires, qui ne le connoiſſoient pas, & qui ſera peut-être " vendu cent francs à celle-cy? (loquitur autor de Bibliotheca Fayana). Tout ce merite roule uniquement ſur l'ex- " treme rareté de ce Livre & ſur la Circonſtance ſinguliere, " qu'etant un amas faſtidieux des plus groſſieres obſcenitez, " il eſt neantmoins imprimé *à Naples en* 1520. *avec Privile- " ge du Pape & de l'Empereur pour dix ans.* „

Memoires *de Meſſire Philippes* DE MORNAY, *Seigneur du Pleſſis, Marly &c.* Tom. I. imprimez l'an 1624. pp. 927. iterumque 1626. Tom. II. *à la Foreſt par Jean Bureau.* 1625. pp. 960. Tom. III. & IV. à *Amſterd.* 1652. in 4.

Hi Mornæi Commentarii, qui quatuor tomos diverſo licet loco ac tempore editos complent, rariſſime in Bibliothecis reperiuntur. Accuratam eorum recenſionem habemus in Jo. Burch. Menkenii Schediasm. *de Commentariis Hiſtoricis* p. 20 ſqq. & in Magni Cruſii *Singularibus Pleſſiacis* p. 302 ſqq.

Hiſtoire de la Vie de *Meſſire Philippes* DE MORNAY, *Seigneur du Pleſſis, Marly &c.* Contenant outre la Relation de pluſieurs evenemens notables en l'Etat, en l'Egliſe, en cours, & en armées, divers advis politiqs, Eccleſiaſtiqs, & militaires ſur beaucoup de mouvemens importans

portans de l'Europe; ſous Henry III. Henry IV. & Louys XIII. *à Leyde chez Bonaventure & Abrah. Elſevir.* 1647. in 4.

Egregium opus at maxime rarum, de quo legantur Theoph. Sincerus *de Libris rarior.* Tom. I. p. 54 ſqq. & Magn. Cruſii *Singularia Pleſſiaca* p. 5 ſqq.

Philippes DE MORNAY le Myſtere d'Iniquité, c'eſt à dire, l'Hiſtoire de la Papauté &c. *à Saumur par Thom. Portav.* 1611. Fol.

Hæc prima eſt eaque rariſſima libri, ſatis alias noti, editio. Cauſas, quæ huic editioni præ aliis raritatem conciliant, enarrat S. R. Magn. Cruſius l. c. p. 290 ſqq.

Thomæ MORTONI Apologiæ Catholicæ Liuri V. de judice Controverſiarum. *Londin.* 1606. in 4.

Libris rarioribus adnumeratur a Gerh. von Maſtricht in *Catalog. Biblioth.* p. 73.

Alexander MORVS de Gratia & libero arbitrio adverſus Petavium. *Mediob.* 1652. in 4.

Rarioribus libris adnumeratur in *Bibliotheca* Heukelom-Akerslootian. P. II. p. 24.

Henrici MORI Opera Philoſophica. *Londin.* 1679. in Folio. II. Tom.

Non temere offenduntur, notante ex Reimmanni *Hiſtoria Litteraria* Wendlero *de libr. rarior.* §XXIII.

Thomæ MORI, *Angliæ Cancellarii*, omnia latina Opera; horum omnium Elenchum pagina duodecima commonſtrabit. *Lovanii*, *ap. Petr. Zangrium Tiletanum.* 1566. in Fol.

Libris rarioribus adnumeratur in *Bibliotheca* Anonymiana T. I. p. 196.

Bartholomæi MOSERI Theſaurus Bibliatricus, ſive Bibliotheca gemina onomaſtica & claſſica, quarum prima omnium Scriptorum, qui

qui artem medicam excoluerunt nomina ætatem Libros &c. continet; secunda per classes rerum præcipuas, ac titulos Artium digesta cujusvis materiæ Medicæ &c. *Dilingæ ap. Gasparum Sutorem.* in Folio.

Titulum hujus libri exscripsimus ex Anton. Teisseri *Catalogo Autorum qui Librorum Catalogos consignarunt*, p. 40. De raritate hujus libri, si unquam prodiit, hæc habet Joan. Alb. Fabricius in *Biblioth. Græc.* Tom. XII. p. 734. "Moseri Bibliotheca Medica prodiisse dicitur, mihi necdum "inspecta."

Magistri Joannis MOTIS, *Neapolitanens. Sanctæ Sedis Apostolicæ Secretarii*, Invectiva cœtus feminei contra mares. in 4.

Tractatus paucarum plagularum, & non multo post prima typographiæ tentamina impressus, atque hinc rarissimus recensetur in Aug. Beyeri *Memoriis Librorum rariorum* p. 26.

Le MOYEN de parvenir. Oeuvre contenant la Raison de tout ce qui a été, est, & sera. Avec demonstrations certaines & necessaires, selon la rencontre des effets de Vertu. Sine loci, temporis, ac typographi nota. in 12. pp. 623.

Liber hic utut sæpius recusus inter rariores reponebatur, antequam *Hamburgi* 1736. ap. *van den Hoek* prodiret. Autor est Franciscus Beroaldus, Sieur de Verville. Vid. Bayle. *Diction. Historiq.* Integra de hoc scripto dissertatio extat Tomo IV. *Menagianorum* p. 313 sqq. Conf. Huetium in *Commentario de rebus suis ad eum pertinentibus* p. 128 sq.

Stephani le MOYNE, *Theologi Leydensis*, Varia Sacra, seu Sylloge variorum Opusculorum Græcorum ad rem Ecclesiasticam spectantium, versionibus, notis & observationibus uberioribus illustrata. *Lugd. Batav. apud Danielem a Gaesbeck.* 1685. in 4.

Duobus

Duobus Tomis hæc Sylloge constat. Quorum prior præter prolegomena, quibus tres dissertationes *Polycarpi, Barnabæ* & *Hippolyti* res complectentes Autor inseruit, ipsos Scriptores a le Moyne collectos: posterior Tomus ejus Notas & Observationes in varia Sacra continet. Raro vero obvium esse hunc librum, & indies rariorem fieri, indicat Summe reverendus Joannes Christoph. Wolfius *in Curis Philologicis in IV. Evangel.* p. 851 & 941. Recensionem operis egregii lege in *Actis Eruditor.* A. 1686. p. 70 sqq. & 145 sqq. Thom. Ittigii *Tractatu de Bibliothecis & Catenis Patrum* pag. 572 sqq.

MOZORABICVM Missale. vid. MISSALE Mozarabicum.

Andreæ MVLLERI, *Greifenhagii*, Scripta,

Pleraque rarissime occurrunt, id quod præcipue de ejus *Notis ad Excerpta Azizi* narratur in *Journal Literaire* T. I. p. 167.

Nebridii A MÜNDELHEIM Antiquarium Monasticum. *Viennæ* 1650. in Folio.

Liber egregius at infrequens, ex indicio *Catalogi Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 54.

Sebast. MVNSTERI Cosmographia universalis. *Basileæ, apud Henric. Petri.* 1550. 1552. 1559. in Folio.

Editiones hæ latinæ in pretio sunt habendæ, quia editio *Basileensis* An. 1572. a Pontificiis aut in eorum gratiam valde est castrata, prout multis luculentis exemplis probatum dedit Thomas Crenius *Animadvers.* Part. VIII. pag. 94 sqq. Prodiit etiam versio Germanica hujus Cosmographiæ *Basil.* 1544. iterumque 1559. fol. quæ etiam sine dubio ad editiones non castratas est referenda. Vid. J. C. Mylii *Memorabilia Bibliothecæ Jenens.* p. 99. 584.

Origines MVRENSIS Monasterii in Helvetiis Ord. S. Bened. *Spiremberg.* 1618. in 4.

Raritatem hujus scripti indicat *Catalog. Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 57. his verbis: "Dieses Buch ist sehr rar "und

"und darinnen curieuſe Diplomata, daraus man die Origi-"nes des Hauſes Oeſterreich lernen kan, enthalten.„ Hinc Cl. Jo. Georg. Eccardus recuſum adjecit ſub finem *Originum familiæ Habsburgo-Auſtriacæ* p. 199-236.

R. P. Thomæ MVRNER, *Argent. Ord. Minorum*, Chartiludium Logicæ, ſeu Logica Poëtica, vel Memorativa. Opus, quod centum amplius annos in tenebris latuit, erutum & in apertam Seculi hujusce curioſi lucem productum, Opera, Notis & Conjectura Joan. Balesdenſ. in Senatu Gall. Ad. *Pariſiis apud Tuſſanum du Bray* 1629. in 8. cum fig. pagg. 329.

Liber eximiæ raritatis Morhofio nunquam viſus, Continuatori *Biblioth. med. & infim. Lat. Fabricianæ* incognitus, ac vix in centeſima Bibliotheca reperiundus. Quam raritatem ego tamen neglectui potiſſimum adſcribo.

MVRTADI Hiſtoria Aegyptiaca de Pyramidibus, Nilo &c.

Arabice primum prodiit, poſt Gallice verſa per *Vattierium. Pariſ.* 1666. in 12. & per *Jo. Davis* Anglice *Londini* 1670. in 8. Perrara eſt ex indicio *Bibliothecæ Hiſtoricæ* Struvio-Buderian. p. 217.

MVS exenteratus. vid. *Wilh.* HOLDERVS.

Alberti MVSSATI Hiſtoria Auguſta Henrici VII. & alia, quæ extant opera. *Venetiis* 1636. in Folio.

Liber hic inter rariores rariſſimus docente illuſtr. Menckenio in *Catalog. Biblioth.* p. 353. & in *Catalogo Hiſtoricorum* Fresnoio-Menckenian. p. 136. his verbis: "Das Buch "iſt ſehr rar und koſtbar; und ob es wol ſehr partheiiſch "für die Päbſte geſchrieben, ſo ſind doch die meiſten "Exemplaria cancelliret, und manchmal gantze Blätter dar-"aus geriſſen. Daher einer, der es kauft, ſich wol in Acht "nehmen muſs, daſs er es gantz bekomme.„ Conf. *Lexicon Baſileenſe* edit. noviſſ. T. V. p. 252. a. Editionem Venetam novo deinde Studio ad MSS. Codices recognitam

Cl.

Cl. Lud. Anton. Muratorius inſeruit *Corpori Mediolanenſi Scriptor. Italiæ* Tom. X. Quæ recuſa etiam extat in Petr. Burmanni *Theſaur. Italiæ* T. VI. Part. II.

Jean MVSSEY. vid. BALEICOVRT.

Leo MVTINENSIS, ſive *de Modena*, novo Dittionario Hebraico & Italiano, cioe dichiaratione di tutte le voci hebraiche piu difficili delle ſcritture Hebree nella vulgar lingua Italiana. *Venetiis* 1612. in 4.

Doctiſſimus hic Rabbinus, & Synagogæ Venetæ Rector, A. 1645. denatus, verſionem Bibliorum Italicam ſcribere ſuſceperat, eamque non minus Chriſtianorum, quam Judæorum uſui accommodatam, quod conſilium cum per inquiſitionem perfici non poſſet, ad Lexicon Hebraico-Italicum conficiendum animum & conſilia convertit, quod Judæis vicem verſionis præſtaret. Hoc Lexicon, ſecunda licet vice *Patavii* 1640. excuſum, extra Italiam minus cognitum & rariſſime obvium eſſe affirmat Richard Simon, qui ſatis diligens eſt in eo delineando Tom. I. *Lettres Choiſies* p. 225 ſqq. edit. noviſſ. Conf. Jo. Chriſtoph. Wolfii *Hiſtor. Lexicor. Hebraic.* p. 50. & *Biblioth. Hebraic.* T. I. p. 413. *Merkwürdigkeiten Bibliothecæ Dresdenſis* T. I. p. 270 ſq.

MVTVS Liber, in quo tamen tota Philoſophia Hermetica, figuris hieroglyphicis depingitur, ter optimo maximo Deo miſericordi conſecratus, ſolisque filiis artis dedicatus Autore cujus nomen eſt Altus. *Rupellæ, apud Petrum Savoret. Cum Privilegio Regis.* 1677. fol.

Hic integer Titulus eſt Libri admodum rari. Conſtat XV Foliis æneis hieroglyphicis, quibus la haute Chimie d'Hermes traditur, editore Jacob Saulat, Sieur des Marez, uti legitur in Privilegio regio.

N.

Otmar. NACHTGALLI Pſalter. vid. PSALTER.

Thomæ NAOGEORGI Regnum Papiſticum diſtinctum in Libros IV. adjecta ſunt, & alia quædam hujus argumenti lectu non indigna. 1553. in 8.

Opusculum non una ex cauſa rarius occurrens. Ejusdem *Tragœdiæ*, quæ in *Nov-Antiq. Theol.* 1733. p. 28 ſq. recenſentur, itidem rarioribus adnumerandæ ſunt. Vid. Jo. Chriſt. Mylii *Memorabilia Biblioth. Jenenſis* p. 142.

Giov. Battiſt. NATOLINI Discorſo intorno l'arte della ſtampa. *Udine, preſſo l'Autore.* 1606. in folio.

Opus rarum, omnibusque illis, qui hoc in argumento verſati ſunt, hactenus incognitum, judice Cl. Aug. Beyero, qui illud recenſet in *Memor. Libror. rarior.* p. 48. 49. Latine verſum jam nunc exſtat in Jo. Chriſtian. Wolfii *Monument. Typograph.* T. II. a p. 910-934.

Gabrielis NAVDÆI Maſcurat, quod commune nomen eſt libri rariſſimi hoc rubrum gerentis:

Jugement de tout ce, qui a été imprimé contre le Cardinal Mazarin, depuis le ſixieme Janvier jusques à la Declaration de premier Avril mil ſix cens quarante neuf. in 4 maj. Sine ulla vel autoris, vel typographi, vel loci, vel anni impreſſionis mentione. Scriptum hoc inter rariora primi ordinis primum facile occupat locum. Merentur hic inſeri, quæ de raritate ejus leguntur in Chriſt. Gryphii *apparatu de Scriptoribus Hiſtoriam Sec. XVII. illuſtrantibus* p. 259 ſq. "Rariſſimus ſane eſt, inquit, ille liber, qui ſub "*Maſcurati* titulo *Pariſiis* 1650. in 4. *Gallice* prodiit. "Enimvero poſtquam diu fruſtra a me quæſitus fuiſſet, & "vix ulla ſpes ſupereſſet ejus potiundi, tandem, cum Bi- "bliotheca Conringiana ſub haſta diſtraheretur, ſatagente "id nobiliſſimo quondam fautore noſtro, Frid. Benedicto "Carpzovio huc delatus, & Bibliothecæ illuſtris Patroni "a me

pag. 717.

"a me illatus fuit, cum tamen prius ob libri pretium & "raritatem integrum mihi describi voluissem. Auget autem "Libri dignitatem, quod ipse Naudæus in fronte libri teste- "tur, se illum Conringio amico summo dono misisse, nec "præter Exemplum, quod in Bibliotheca Carpzoviana ad- "huc extat, & ex Heinsiana eo translatum fuit, ullum credo "in Germania nostra inveniri; nec tamen expleta adhuc est "sitis mea. Nam si vera narrat Paulus Colomesius in "*Opusculis, Ultrajecti* 1669. editis, p. 120. Guido Patinus "librorum helluo, Lutetiæ ipsi aliam ostendit editionem "longe auctiorem, quippe quæ 717 paginis constet. Ne- "que aliter hanc posteriorem a priori distingui posse, mo- "net Colomesius. Et ego quidem huc usque omnia egi, ut "& illius, (si alicubi extat) compos fierem; verum spes "illa adhuc decollavit. Interim tamen ferme ambigo, an "veritati litaverit Colomesius, cum videam elegantissimum "& stupendæ lectionis virum Ægid. Menagium in *Origini-* "*bus Gallicis* non alia, quam nostra, usum fuisse editione, "quem tamen profecto nihil fugiebat, quicquid rariorum "in Gallia librorum uspiam prodierit.„ Nos pauca adhuc subdimus ad emendandam, & supplendam hanc Cl. Gryphii narrationem facientia. Dubitat Gryphius aliam pleniorem sua existere editionem. At vero omnino existit, duplici enim vice Mascuratus typis fuit excusus. Prior editio lucem vidit *Parisiis* 1649. in 4. absolviturque paginis 492. Posterior editio quibusdam *Amstelodami*, aliis item *Parisiis* 1650. in 4 excusa esse videtur, continetque paginas 717. "la seconde Edition, „ scribit Mr. le Long in *Biblioth. Galliæ* n. 9296. "est de 717 pages; c'est à quoi on la re- "connoit.„ Utraque editio extat in Bibliotheca Wolfenbuttelensi. Vid. V. Cl. Jac. Burckhardi *Historia Augustæ* hujus *Biblioth.* p. 272. ut & in Bibliotheca regia Dresdensi. Vid. *Merckwürdigkeiten Bibl. Dresdensis* T. I. pag. 263. Doctissimus Aug. Beyerus ex collatione inter utramque editionem studiose facta observat, illum, qui collectionis litterariæ apparatum jactat, neutra facile carere posse, nisi alterutram tantum possidens editioni suæ cuicunque optima quæuis loca deesse, simul confiteatur; non enim paginarum tantum numero, verum argumentorum etiam varietate ambæ

differunt. Id quod pluribus prolixioribus ſpeciminibus probat. Vid. *Memoriæ Libror. rariorum* p. 117 - 147. Exemplar Carpzovianum cujus meminit Cl. Gryphius, jam eſt in Bibliotheca Ducali Vinarienſi. Nos hæc ſcribentes utimur editione ſecunda pagg. 717. ex Bibliotheca Diecmannia redemta & illata in Bibliothecam Poſtianam Bremenſem, libris rarioribus refertiſſimam. Cæterum in eo conſentiunt eruditi, opus iſtud inſignem ubique Autoris πολυμάθειαν ſpirare. Vid. Jo. Diecmannus apud Placcium in *Theatr. Anonymor.* p. 592. Le Long l. c.

Gabriel NAUDÉ Conſiderations politiques ſur les coups d'Etat par G. N. P. à *Rome* 1639. in 4.

Narrant duodecies ſaltem hunc librum fuiſſe impreſſum. Vid. *Patiniana* p. 41. *Naudæan.* p. 238. *Theſaur. Bibliothecalis* T. I. p. 161. id quod tamen in dubium vocat Paulus Colomeſius *Oper.* p. 326. ſcribens: " J'ay appris du Pere " Jacob, que le livre intitulez *Conſiderations Politiques ſur* " *les Coups d'Eſtat*, eſtoit de Gabr. Naudé, qui le fit par le " commandement de M. d'Emery Surintendant des Finan- " ces, & non pas par celui du Cardinal de Bagny, qui eſtoit " mort; à qu'il parle neantmoins de tems en tems dans " l'Ouvrage pour ſe mieux cacher. Il faut auſſi remarquer " qu'au lieu, que dans la Preface au Lecteur il eſt dit, qu'il " n'y a qu'une douzaine des Exemplaires de ce livre, il y " en a eu plus d'une centaine. „ Recuſus eſt *Amſtelodami* præfixo Autoris nomine 1667. in 12. & cum copioſis *Animadverſionibus Hiſtorico-Politicis* a. 1673. quæ editio mihi eſt ad manus hunc præferens titulum: *Science des Princes, ou Conſiderations politiques ſur les coups d'Etat, par Gabriel Naudé, Pariſien. Avec les Reflexions Hiſtoriques, Morales, Chrêtiennes & Politiques de L. D. M. C. S. D. E. D. M. qui admire ce, qu'elles ont de ſubtil, eclaircit ce qu'elles ont d'obſcur, rejete ce qu'elles ont de mauvais, & les conſidere toujours, & par tout avec indifference, & ſans aucune paſſion.* 1673. in 8. ſine mentione loci & typographi. 2 Alph. 19 pl. In Germanorum vernacula comparuit *Lipſiæ* 1668. in 12. Interprete Chriſtiano de Ryſſel, ut docet Lud. Martin.

Martin. Kahlius in *Bibliotheca Philoſoph. Struvian.* T. II. p. 224. qui etiam hanc translationem ob raritatem commendat, tradens ex præfatione duodecim tantum impreſſa eſſe exempla. Nos tamen non ſine cauſa veritatem hujus narrationis in dubium vocamus. Alius germanicæ etiam verſionis ab Hadriano Stigero adornatæ mentio fit in Vinc. Placcii *Theatr. Anonym.* p. 613.

Gabriel NAVDE' Inſtruction à la France ſur la verité de l'Hiſtoire de la Roſe-Croix. à *Paris* 1623. in 8.

Rariſſimus audit Menckenio in *Catalog. Biblioth.* pag. 72. vid. *Naudean.* p. 237.

Gabriel NAVDE' Additions à l'Hiſtoire de Louis XI. contenant pluſieurs recherches curieuſes ſur diverſes matieres. à *Paris chez François Targa.* 1630. in 8.

"Liber præſtantiſſimus, ſed hodie oppido rarus, de quo "optándum foret, ut denuo imprimeretur." Hæc Cl. Maichelius in *Hiſtor. Litterar. Bibliothec. Pariſienſ.* pag. 5. Verum jam a. 1713. *Bruxellis* hoc factum, & hic Naudæi liber inſertus fuit *Supplemens aux Memoires de Meſſire Philippe de Comines.* vid. *Journal Litteraire* T. I. p. 348.

Deſcriptio NAVIGATIONVM quinque naves a. 1598. Amſtelodamo ſolventes, fretum Magellanicum in Moluccianas Inſulas transmittendi inſtituto ſuſceperunt. *Francofurti* 1602. in fol. cum fig. nitidiſſ.

Ab. NAZARI Liber de ſtudiis populi Andaluſiæ.

Opus magnum & rariſſime obvium vocatur a Cl. von Seelen in *Select. Litterar.* p. 47. Nobis plane autem eſt incognitum, nec indicare poſſumus, ubi & quando fuerit editum & a quo.

Joannis NEANDRI antiquiſſimæ Medicinæ natalitia, Sectæ, earumque placita, tum Cata-

clypſes ejus, ac Reſtauratores, & ad hæc noſtra usque tempora Propagatores: cum Hiſtoriis eorum, Vitis ac Scriptis; in reverentiam, honorem, & dignitatem Artis Æsclepiadeæ graphice depinguntur. Addita eſt in calce de Medicina Hermetica & Paracelſica elegans diſſertatio. *Bremæ, apud Joan. Weſſelium.* 1623. in 4.

Opus doctum ac rarum vocatur, illique pretium 4 Talerorum ſtatuitur a Cl. Bunemanno in *Catalogo Libror. rariſſ.* pag. 101.

Michaelis NEANDRI Opus aureum & Scholaſticum. *Lipſ.* 1577. in 4.

Quæ in hoc volumine bipartito extant Græce & Latine, editoris Scholiis illuſtrata, ſcripta recenſet Jo. Alb. Fabricius in *Bibliothec. Græc.* T. XIII. p. 471. De raritate autem operis in auct. Petavian. p. 284. pro 15 florenis & amplius divenditi. vid. Bunemannus in *Catalogo Libror. rariſſ.* p. 101.

Michaelis NEANDRI Menſchen-Spiegel.

Laudatur & libellus perrarus vocatur in *Catalogo Biblioth.* Reimmann. T. II. p. 219.

Michaelis NEANDRI Erotemata Græcæ Linguæ, cum præfatione Philippi Melanchthonis & nova præfatione ipſius Autoris de Bibliothecis vetuſtis temporum varia injuria vaſtatis & conſumtis, deque libris deperditis. *Baſileæ, per Oporinum.* 1565. in 8.

Editio rariſſima propter præfationem Autoris prolixam & libro ipſo duplo longiorem, eamque curioſiſſimam & eruditiſſimam.

De tribus NEBVLONIBVS Liber, a. 1655. *in Belgio* prodiit, ſed mox juſſu Magiſtratus ſuppreſſus fuit. Tres Nebulones Autori ſunt Thomas Aniellus, Cromvellus, & Jul. Mazarinus. vid. *Acta Eruditor.* 1718. pag. 519.

Henrici

Henrici NICOLAI Scripta rariſſima eſſe & flammis exuſta teſtatur Wendlerus in *Diſſert. de Libr. rarior.* § XI. ſcribens: "Fanaticorum ſcriptis annumerantur *libri* "*Henrici* NICOLAI, Sectæ Familiſtarum Autoris, qui "e germanica in Anglicam linguam verſi in flammas pro- "prio edicto miſſi ſunt. Credo idem fatum & Germanica "experta fuiſſe, cum albis corvis rariora ſint.„ Fata & Scripta hujus Fanatici, qui circa an. 1556. paradoxa ſua diſſeminare cœpit, enarrantur in Jo. H. Ottii *Annalib. Anabapt.* p. 126. Henr. Mori *Operibus Theol.* p. 231. 233. 316 ſq. Gottfr. Arnoldi *K. und K. Hiſtor.* P. II. Lib. XVI. Cap. 21. § 36. Ejus *Speculum Juſtitiæ*, *Spegel der Gerechtigkeit*, 1580. in 4. exſtat in Bibliotheca Geringiana Mindenſi & recenſetur in *Bibliotheca Hamburg. mixta* T. III. p. 400. Non confundendus cum H. Nicolai Familiſtarum autore alter *Henricus* NICOLAI, Profeſſor Gedanenſis, a Jo. Deutſchmanno in Atheorum indicem relatus. Vid. Reimmanni *Hiſtor. Atheism.* p. 558. Hujus Scripta itidem perrara ſunt, recenſentur in *Lexico Erudit.* & fuſius in Chriſtoph. Hartknochii *Preuſſiſchen Kirchen-Hiſtorie* pag. 836 ſqq. Utrum autem fuerint combuſta, ut perhibetur in *Bibliotheca Magica* T. III. p. 111. & in *Bibliotheca Hamb. mixt.* l. c. p. 402. me ignorare fateor.

Petri NIGRI Tractatus contra perfidos Judæos. *Eslingæ* 1475. in 4.

Liber ſumme rarus, qui pro more illius ætatis Typographorum ſine titulo ſpeciali prodiit, accurate & copioſe recenſetur a S. R. Jo. Chriſtoph. Wolfio in *Bibliotheca Hebr.* T. II. p. 1110 ſqq. T. IV. p. 525 ſqq.

Petri NIGRI Stern des Meſchiach. *Eslingen* 1477.

Opus tam infrequens, ut ſint, qui dubitant, an unquam in lucem fuerit editum. Extat in Bibliotheca Reimmanniana p. 360. Copioſe recenſetur in Wolfii *Bibliotheca Hebr.* T. II. p. 1037. Novam ejus editionem promiſit Cl. Joan. Frid. Clannerus.

Bartholdi NIHVSII Epistola Philologica excutiens narrationem Pomp. Melæ de navigatione. *Hannoviæ* 1622. in 4.

Libellus rariſſimus ex indicio *Catalogi* Schalbruch. Bibliothec. p. 129.

Auguſtini NIPHI Opuscula moralia, editore Gabr. Naudæo *Pariſ.* 1645. in 4.

Rarioribus adnumeratur in *Theſauro Biblioth.* T. I. p. 348. & in *Catalog. Biblioth.* Mencken. p. 803.

NOMENCLATOR Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium. *Toloſæ* 1614. in 4.

Notitiam libri hujus rarioris & parum obvii habes in Vinc. Placcii *Theatr. Anonymor.* p. 29.

Ludovici NONNII de re Cibaria Libri IV. *Antwerpiæ* 1627. in 8.

Eximiæ raritatis eſſe per litteras nuper indicavit nobis Bibliophilus quidam Hamburgenſis.

Ceſar DE NOSTRADAMVS, *Gentilhomme Provençal*, Hiſtoire & Chronique de Provence, où paſſent de tems en tems, & en bel ordre les anciens Poëtes, Perſonnages, & Familles illuſtres, qui ont fleuri depuis ſix-cens ans. Outre pluſieurs races de France, d'Italie, d'Eſpagne, Languedoc, Dauphiné & Piemont y rencontrées, avec celles qui depuis ſe ſont diverſement annoblies. *à Lyon* 1614. in folio.

Libris rarioribus accenſetur in *Catalogo Biblioth.* Gerh. a Maſtricht p. 485. Autor, qui eſt filius famoſi illius Michaelis Noſtradami, obiit 1629 & in MSto reliquit *Suite de Chronique & l'Hiſtoire de Provence.* Vid. Jaq. le Long *Biblioth. Hiſtoriq. de France* num. 15293.

Jacobi NOVELLI, *Jur. Doctoris*, Volumen Statutorum, Legum ac Jurium D. Venetorum, cum

cum ampliſſimo Indice omnium materiarum, quæ in ipſis Statutis continentur, alphabetico ordine accommodato. Additis correctionibus in Creatione Sereniſſimorum Principum Barbadici, Lauredani, Grimani, Gritti, Triviſani, Venerii, ac incliti D. Laurentii Priolo: cum ſua Practica judiciali neceſſaria, ac multis Legibus ad Curias Palatii pertinentibus, ſummo ſtudio, labore ac diligentia nuper in lucem data. *Cum Privilegio. Venetiis, apud Jo. Zenarium,* 1598. in 4.

Recenſetur hoc Scriptum in *Theſauro Bibliothecali* T. III. p. 232. appellaturque ibidem Liber perrarus, & vel ab ipſa Republica Veneta ſeveriſſime prohibitus. Nulla tamen ibidem, quod miror, fit mentio editionis & antiquioris & rariori, quam nos poſſidemus. Prodiit illa *Venetiis ap. Cominum de Tridino Montisferrati*, A. 1564. in 4. maj. 79. pl. Inſcriptio plane eadem eſt cum illa, quam dedimus; Textui autem latino ſingulis paginis addita eſt verſio ejusdem italica.

Jo. NYDERI de Reformatione Religioſorum, ſeu Statu Cœnobitico, Libri III.

Raritas hujus Operis tanta eſt, ut Cl. Hardtius, qui NYDERVM *de Viſionibus ac Revelationibus* edidit, illud ut ineditum recenſeat in *Præfat.* Tom. III. *Autograph. Lutheri & Coætaneorum*; cum tamen typis excuſum prodierit *Pariſiis apud Jean Petit* 1512. in 8. & *Antwerp. ex offic. Plantin.* 1611. in 8. Vid. Jo. Erh. Kappii *Obſervat. in* Quetifii & Echardi *Scriptores Ord. Prædicat.* inſerta *Act. Eruditorum* 1720. p. 451.

O.

Ulrici OBRECHTI Alſaticarum Rerum Prodromus. *Argentorati, ap. Simonem Pauli, Bibliopol.* 1681. in 4. pp. 332.

Liber iuſſu Regis Galliæ ſuppreſſus; hinc æque rarus ac eruditus & electæ doctrinæ plenus. Conf. Serpilius *de Libr. rarior.* p. 73 ſqq. & *Biblioth. Hiſtor. Hamburg.* Cent. III. p. 150. ſqq.

Lopez DE OBREGON Confutacion del Alcoran, y Secta Mahometana Sacado de ſos proprios Libros, y la Vida del Mismo Mahoma. *Granada* 1560. fol.

Maxime rarum eſſe hunc Librum teſtatur *Catalogus Bibliothecæ* Heukelom-Akersloot. P. I. p. 131.

Bernardini OCHINI, *Senenſis*, Scripta fere omnia, quorum alia tamen aliis ſunt rariora.

Bernard. OCHINI Catechiſmus.

Adeo rarus eſt, ut nonnulli illum cum B. G. Struvio in *Introduct. ad Hiſtor. Literar.* p. 449. & aliis, plane pro imaginario habeant. Cl. Groſchufius equidem in *Præfatione de Libris rarior.* pag. 17. affirmat, fuiſſe *Catechiſmum* hunc Norimbergæ in Biblioth. Dilherriana a ſe & viſum & manibus tractatum; aſt optandum foret, Groſchufium paulo uberiorem Libri hujus notitiam ſuppeditaſſe. Florimundus etiam Raimundus OCHINI *Catechiſmum* excuſum fuiſſe A. 1591. aſſerit. Sed Autor *Obſervationis Hallenſis* Tom. IV. n. 20. pag. 437. vix credit Catechiſmum hunc eſſe Ochini; cum omnes, qui Scripta OCHINI recenſent, Catechiſmum ignorent, & annus etiam editionis cum vita Autoris non conveniat. At vero extat omnino. Titulus eſt: *Il Catechiſmo, overo Inſtitutione Chriſtiana di M. Bernardino* OCHINO *da Siena, in forma di Dialogo, Interlocutori, il Miniſtro & Illuminato. Baſil.* 1561. in 8. Fuit hic Liber non ſolum in *Bibliotheca* Heukelom-Akers-

Akerslootiana P.II. p. 21. itemque in *Biblioth. Anonymiana* P.III. p.322. sed extat hodienum in Bibliorh. Guelpherbytana. Vid. Christ. Aug. Saligii *Histor. August. Confess.* T.II. p.420. Possidet etiam hunc OCHINI *Catechismum* Theoph. Sincerus, ut ipse indicat in *Bibliotheca Historico-Critica Librorum rarior.* pag. 15. Cl. Aug. Bayerus in *Memoriis Historico-Criticis Librorum rariorum* p.223 sq. hunc *Catechismum* recensens scribit, tria exemplaria sibi Dresdensium Bibliothecas pervestiganti occurrisse. Addit idem Vir clarissimus, se evolvisse Præcepti sexti explicationem, & nihil de Polygamia deprehendisse: in plurimis vero dogmatibus Lutheranorum vestigia secutum quidem fuisse Ochinum; interim tamen se eundem a Socini erroribus & Cartesii dubitationibus absolvere nolle.

Bernard. OCHINI Dialogi XXX. divisi in duos Libros: quorum primus est de Messia, continetque Dialogos XIIX. Secundus est cum aliis de rebus variis, tum potissimum de Trinitate. *Basileæ, per Petrum Pernam,* 1563. in 8.

Dialogi OCHINI, si Bælio in *Diction.* credimus, lingua italica fuere scripti, non tamen ante ann. 1562. impressi. Versionem illorum latinam, suppresso tamen suo nomine, suscepit Sebast. Castalio. vid. Placcius in *Theatr. Anonymor.* p.184. Exemplaria horum Dialogorum publice fuisse combusta Bulingerus ap. Boxhornium in *Histor. Universs.* p.74. ad ann. 1552. docet: hinc procul dubio illorum raritas & charitas; qui tamen multo sunt rariores in lingua italica, quam latina. Vid. Sallengre *Memoires de Litterature* T. I. p. 184. Illud etiam omittere non possumus, esse inter Eruditos, qui pro excusandis illis Dialogis magna animi contentione laborant. Autor *Observationis Hallensis* T.V. Obs. 1. qui satis copiose Dialogos recenset, ita judicat: "In Dialogo quidem XXI. non orthodoxe Autorem de Polygamia senti-"re; si vero ab his discesseris, ex Libro integro contra-"rii nihil constare.„ Quam etiam honorifice de Ochino senserint Aonius Palearius & alii, legi potest ap. Jo. Georg. Schelhornium *Amœnitat. Histor. Eccles.* Tom. I. p. 445 sq. qui

qui fortasse plura dabit in promissis *Analectis ad Bælium & Observat. Hallens. de* OCHINO, V.C. Christ. Aug. Saligius satis quoque præclare de Scriptis OCHINI sentit in *Hist. August. Confess.* T. II. p. 422. scribens: "Diese sehr rare "Schriften wären alle mit einander werth, dass sie wieder "gedruckt, und den Leuten mehr in die Hände kämen, "als sie, leider! sind. Es würde das Vorurtheil von selbsten "wegfallen, dass dieser fromme Mann, der mehr von der "Theologia practica als contemplativa gehalten, kein So-"cinianer, oder Vertheidiger der Polygamie, viel weniger "ein Atheist, sondern ein rechter Creutzträger, gewesen.„ At vero Dialogos istos, quos Diabolos vocitare solitus fuit Hottingerus, S. S. Trinitatis, & Satisfactionis Jesu Christi vicariæ Mysteriis oppugnandis destinatos fuisse, certe a Socinianis ad ea collabefactanda, tanquam primum & præcipuum arietem, admotos judicat doctiss. Gustavus Georg. Zeltnerus in *Historia Crypto-Socinismi Altorfini* p. 1163.

Bernard. OCHINI Dialogus de Purgatorio Italicus & Latinus Thaddæo Duno Interprete. *Tiguri, apud Gesnerum*, 1555. in 8.

Inscriptus est Francisco Lismannino; Collocutores vero sunt Theodidactus, Carmelita, Franciscanus, Benedictinus, Dominicanus, & Augustinianus. Germanice prodiit hoc titulo: *Dialogus, d. i. ein Gespräch vom Fegfheur, in welchem der Päbstlern törichten und falschen Gründ, das Fegfheur zu erhalten, widerleget werdend. Beschrieben in Italienischer Sprache von dem wolgelerten Herrn Bernardino* OCHINO, *von Senen; jetz aber auf das einfältigest verteutscht. Zürich* 1555. in 8. Extat etiam Gallice: *Dialogue de M. Bernard* OCHIN, *Senois, touchant le Purgatoire.* An. 1563. imo & Belgice, vid. *Observat. Hallens.* T. V. p. 82. quin & Anglice, *Lond.* 1657. in 12. v. Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* 1157.

Ain Gespräch der fleischlichen Vernunft, und ains gaistlichen oder glaubigen Christen-Menschen, von den Hendeln, so sich zu dieser unser Zeit zugetragen, von *Bernardino* OCHI-

OCHINO *von Senis* in Welſch beſchrieben, und verteuſcht. Mehr ain kurtze Anleitung, wie man ſich im Gebett üben ſolle. *Augſpurg, apud Phil. Uhlhart.* in 4.

Bernardini OCHINI Sermones varii.

Lingua Italica habiti atque diverſis vicibus editi. Primi ſunt, quos edidit An. 1543. in 8vo. Continentur hic XXVI. Sermones, quorum recenſionem habes in *Obſervat. Hallenſ.* T. V. Obſ. 2. p. 66. ſqq. Junctim tandem *Sermones* OCHINI quinque Voluminibus impreſſi ſunt ſine anno & Typographo; apparet tamen ex ultima parte, editionem hanc *Baſileæ* An. 1562. prodiiſſe. En titulum: *Prediche di Bernardino* OCHINO, *da Siena. Novellamente riſtampate, & con grande diligentia rivedute, & corrette; con la ſua Tavola nel fine. II. Partes.* in 8. Pars I. continet Sermones L. & Pars II. Sermones LXV. cum duabus Epiſtolis. *La terza Parte delle Prediche di M. Bernardino* OCHINO, *non mai piu ſtampate, nelle quali ſi tratta della fide, ſperanza, & carita tanto divinamente, quanto ſi poſſida ogni pio Chriſtiano deſiderare, a utilita di quelli i quali cercano intendere la verta dell'Evangelio; con la ſua Tavola.* in 8. Continet LXXIX. Conciones. *La quarta Parte delle Prediche di M. Bernardino* OCHINO, *non mai piu ſtampate, nelle quali con mirabile ordine ſi tratta dell' anima, & dei diverſe coſe utile & neceſſarie; come dalla ſua Tavola potrai vedere in fine.* in 8. Continet LI. Sermones. *La quinta Parte delle Prediche di M. Bern.* OCHINO &c. *In Baſilea* 1562. in 7.

XX. Predigten *Bernard.* OCHINI *von Siena*, darinnen die fürnemblichſten Hauptſtücke des Chriſtlichen Glaubens, nemblich von der Rechtfertigung durch Chriſtum, und was daran hänget, von ihm beſchrieben ſeyn, inmaſſen wie ers zuvor ungefehrlich in Welſchland geprediget hat: einem jeden Chriſten nicht allein nützlich zu wiſſen, ſondern auch tröſtlich zu ſehen,

hen, wie das Licht göttlichen Wortes allenthalben seliglich auffgehet. *Neuburgi Danubii* 1545. in 4.

Dedicationem subscripsit Josephus Höchstetter. Recusa fuit hæc editio, & aucta VI. Sermonibus, *Neuburgi Danubii* 1556. in 4. In his Concionibus doctrina de Justificatione, bonis Operibus, Confessione, Indulgentiis, Purgatorio, aliaque Fidei capita, sic proponuntur, ut parum, judice Seckendorfio in *Supplem. ad Indic. I. Histor. Lutheranismi*, in iis desiderari possit, & pleraque cum Lutheri aliorumque Evangelicorum sententia conveniant. Dubitat tamen Petr. Bælius in *Dictionario*, an "tout tels, qu'ils avoient été prechez en Italie, furent imprimés en Allemagne."

Prediche di *Bernard* OCHINO *da Siena*. Si me persecuti sunt, & vos persequentur; sed omnia vincit veritas. d. 10. Octobr. 1542. in 16.

Continet hic Libellus XVI. Conciones, doctrinam de Justificatione egregie, judice Saligio in *Histor. Aug. Confess.* T. II. p. 420. pertractantes.

Bernard. OCHINI Sermones XXV. de Prædestinatione, & Electione, ex Italica in Anglicanam linguam translatos per Annam Cookiam, Nicolao Baconi postea nuptam, impressos fuisse *Londini apud Jo. Dayum* in 8. refert ad ann. 1550. Jo. Strypius in *Monumentis Ecclesiasticis*. Vid. *Acta Eruditor.* 1724. p. 338.

Epistola di *Bernardino* OCHINO alli molto Magnifici Signori, li Signori di Balia, della Citta di Siena. *Genev.* 1543. in 8.

Extat etiam in Parte secunda Sermonum.

Bernard. OCHINI Sermones tres de Officio Principis.

Italice scripti, & latine versi a Cœlio Horatio Curione, *Basil.* 1550. Vid. Christoph. Sandii *Bibliotheca Anti-Trinitarior.* p. 4. Extant in Bibliotheca Guelpherbytana, eorundemque inscriptionem ita habet V. C. Saligius in *Histor. Augusti.*

Auguſt. Confeſſ. T. II. p. 421. *De Amplitudine Miſericordiæ Dei abſolutiſſima Oratio, a* Marſilio Andraſio *italico ſermone primum conſcripta; nunc in latinum converſa* Cœlio Horatio Curione, C. S. Fil. *interprete. It. Sermones tres D. Bernard.* OCHINI *de Officio Chriſtiani Principis, eodem interprete. It. Sacræ Declamationes V. ad Sereniſſ. & Clem. Angliæ Regem Eduardum VI. Baſil.* in 8. Idem Saligius obſervat, *Sermones de Officio Principis* deſumtos eſſe ex Tomis Sermonum OCHINI.

Bernard. OCHINI Liber de Corporis Chriſti præſentia in Cœnæ Sacramento: in quo acuta eſt Tractatio de Miſſæ origine atque erroribus; itemque altera de Conciliatione Controverſiæ inter Reformatas Eccleſias; cui adjunximus ejusdem Autoris Labyrinthos de divina Prænotione, & libero ſeu ſervo hominis Arbitrio. Omnia nunc primum ex italico in latinum ſermonem translata. *Baſileæ.* in 8.

Corrigendus hic eſt V. Cl. Zeltnerus in *Notis ad* M. Ruari *Epiſtolas* pag. 590. ſcribens: "Hi Labyrinthi excuſi ſunt "*Baſileæ* forma octo paginarum, neque unquam, quod "ſciam, latine redditi; imo neque italica lingua, qua ſcripti "ſunt, temere hodie comparent." Editio italica Labyrinthorum hunc præfert titulum: *Prediche di Bern.* OCHINO *Seneſe, nomate Labirinthi del libero over ſervo Arbitrio, Preſcienza, Predeſtinatione, & Liberta divina, & del modo per uſarne; non mai per l'adietro ſtampate. In Baſilea* in 8. Liber de Corporis Chriſti præſentia hoc gerit rubrum: *Diſputa di M. Bernardino* OCHINO *da Siena intorno alla preſenza del Corpo di Gieſu Chriſto nel Sacramento della Cena. In Baſilea* 1561. in 8. Num a poſteriori hoc diverſus ſit, qui in *Catal. Bibliothecæ* Haſæan. p. 763. occurrit Liber: *Sinceræ & veræ doctrinæ de Cœna Domini Defenſio, per Bernard.* OCHINVM, *contra Libros III. Joach. Weſtphali, Hamburg. Paſt. Tigur.* 1556. in 8. alii viderint.

Expo-

Expoſitione di *Bernard.* OCHINO *di Siena* ſopra la Epiſtola di S. Paolo alli Romani. Anno 1545. in 12.

Verſio latina procurata eſt a Seb. Caſtalione, non addito tamen nomine. *Bernardini* OCHINI *Expoſitio Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos, de Italico in Latinum translata. Auguſt. Vindel. apud Phil. Ulhardum.* in 8. Eadem Expoſitio etiam germanice prodiit. En tibi rubrum: *Auslegung der Epiſtel St. Paulus zum Römern, durch den hochgelehrten Herrn Bern.* OCHINVM *von Sena in Welſchlanden beſchrieben; yetzund aus dem Latein ins Hochdeutſch fleisſig verdolmetſchet. Augſpurg, durch Phil. Ulhart*, 1546. in 8.

Bernardini OCHINI Expoſitio Epiſtolæ ad Galatas.

Germanice verſa prodiit: *Predigten über die Epiſtel Pauli zu den Galatern, von Bern.* OCHINO *von Senis zu Augſpurg öffentlich in Welſch geprediget, und verteutſcht. Augſpurg, per Val. Othmar.* 1546. in 4. Vid. Jo. Chriſtoph. Wendleri *Auguſta Litterata* p. 23.

Bernard. OCHINI Apologorum Libri V.

Prodierunt italice cum addita latina Sebaſt. Caſtellionis translatione in octava forma, anno editionis non addito. Alius editionis italicæ, quæ forte prima eſt, meminit doctiſſ. Aug. Bayerus in *Memoriis Hiſtorico-Criticis Libror. rarior.* p. 261. *Apologi, nelli quali ſi ſcuoprono gli abuſi, errori &c. della Sinagoga del Papa, e de ſuoi Preti, Monaci & Frati. Geneva, per Gerardi*, 1554. in 8. Poſtea germanice editi ſunt hoc indice: *Des hochgelehrten und gottſeeligen Bern.* OCHINI *Apologi; darinnen werden die Misbräuche, Thorheiten, Aberglauben, Irrthumben, Götzendienſt, uud Gottloſigkeiten der Papiſtiſchen Synagoga, ſonderlich der Pfaffen, Münich, und der Brüder, eröfnet, lieblich dabey auch nützlich zu leſen. Durch Chriſtoff Wirſung verteutſcht. Apologus redet woll im Schertz; Sticht doch dem Pabſtum ab das Hertz.* 1556. in 4. iterumque 1559. *Das andre Buch der Apologen, an den Durchl. Hochgebohrnen Fürſten und Herrn Ott. Hainrichen, Pfaltzgrafen beym Rhein.* 1557. in 4. Cuilibet Libro inſunt Cl. Apologi. Imo & belgice prodie-

runt

runt *Dordraci* 1607. Recenſentur copioſiſſime in *Biblioth. Antiqua* 1706. a pag. 19-28. itemque in *Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stolliſchen Biblioth.* p. 420. ſqq.

Von der Hofnung eines Chriſtl. Gemüths; wie dieſelbe in unzweifentliche Gewiſſenſchaft durch den Glauben der Almächtigkeit, Weisheit, Güte und Barmhertzigkeit Gottes in Chriſto beſtendiglich bleibe: durch den *gottſeeligen und hochgelehrten Herrn Bern.* OCHINO kurtz verſchiner Zeit in Italiäniſcher Sprache ihm ſelbſt, und andern Gutthertzigen, zum Troſt geſtellet. *Augſpurg* 1547. in 4.

Extat cum plerisque aliis in Bibliotheca Guelpherbytana. Vid. V. Cl. Chriſt. Aug. Saligii *Hiſtoria Auguſt. Confeſſ.* T. II. p. 422.

Ein Chriſtlich, ſchön und tröſtlich Bette, in dem mit wunderbarlicher Kürtz die gantze Seeligkeit, und Gerechtigkeit, wie die mit Verläugnung und Zunichtmachung ſein ſelber und aus ainiger Gnade GOttes durch Chriſtum JEſum der Menſch erlange, gar tröſtlich und reichlich begriffen iſt, ſammt einer rechten wahren geſchriftgelehrten, bibliſchen und Chriſtlichen Beycht, durch *Bernard.* OCHIN, *von Senis*, in Welſch beſchrieben, und verteutſcht. in 4.

Bernard. OCHINI Reſponſio, qua rationem reddit diſceſſus ex Italia. Super omnia vincit veritas. *Venetiis* 1542. in 8.

Librum hunc ſe nullo modo indagare potuiſſe, ſcribit Autor *Obſervationis* T. IV. *Obſervat. Hallenſ.* p. 416. nec ſibi etiam quicquam aliud de illo notum eſſe, præter ea, quæ Papebrochius in *Append.* ad diem XIIX. Maj. Tom. VII.

Actor. Sanctor. f. 807. sq. attulit. Certiora & plura dabit de Commercio OCHINI epistolico Cl. Aug. Bayerus, qui binas Ochini Epistolas, ejusdem plane cum Responsione hac, argumenti, Genevæ An. 1543. scriptas, recenset, "quas "egregia Cultus Pontificii ab ipso Pontificio reprobati, ve- "ritatisque purioris testimonia esse asserit. „ En titulum: *Epistre aux Magnifiques Seigneurs de Siene, par Bernardin* OCHIN, *du dit lieu, aux quels il rend raison de sa foy & doctrine. Avec une autre Epitre a Mutio Justinopolitain, par laquelle il rend aussi raison de son departement d' Italie & du Changement de son Estat. Translatée de la langue italienne. Super omnia vincit veritas.* 1544. in 8. v. Bayeri *Memoriæ Historico-Crit. Librorum rarior.* p. 259. sqq.

Bernard. OCHINI adversus Papam Liber.

Testatur Jo. Strypius in *Monumentis Ecclesiast.* apud Collector. *Actor. Eruditor.* An. 1724. p. 338. *Bern.* OCHINI *Librum adversus Papam* anglice versum prodiisse sub titulo: *A Tragedie, or Dialogue of the unjust usurped Primacy of the Bishop of Rome, and of all the just Abolishing of the Same. Londini, apud Gualtherum Lynnium,* 1549. in 4. Totum Opus constare IX. Dialogis, quorum collocutores sunt: 1. Lucifer & Beelzebub; 2. Bonifacius III. & Doctor Sapientiæ, Imperatoris Scriba; 3. Populus Romanus, & Ecclesia Rom. 4. Papa & hominum Opinio, & Populus Romanus; 5. Thom. Massuecius, Præfectus Stabuli, & Iepidus Camerarius Pontificis; 6. Lucifer & Beelzebub; 7. Christus, ac Michaël & Gabriel, Archangeli; 8. Henricus IIX. & Papista, & Thomas Archiepisc. Cantuarienſis; 9. Eduardus VI. & Regni Protector. Opus hoc ab Autore latina primum lingua consignatum, & Eduardo Regi dicatum a Jo. Poneto, D. Theol. in anglicam translatum, neque ante hanc versionem ulla lingua publice editum dicitur. Quæ si vera sint, corrigendus est Petrus Bælius scribens: "Je ne crois point, "qu'il ait publié aucun Ouvrage en Latin, il composoit "tout en Italien. „

Bernard. OCHINI Acta Pilati.

Commemorantur a Cl. Reimmanno in *Observ. IX. de Libris raris,* inserta Tomo X. *Observat. Hallenſ.* pag. 212. & Athei-

Atheisticis Scriptis adnumerantur a Deckhero apud Placcium in *Theatr. Anonym.* p. 298. & *Pseudonym.* p. 509. Neuter tamen, quo tempore hoc Scriptum publicæ commissum luci fuerit, indicat.

OFFENBAHRUNG Göttlicher Majestät, darinnen angezeiget wird, wie GOtt der HErr sich anfänglich allen seinen Geschöpfen mit Worten und Wercken geoffenbahret, und wie er alle seine Wercke, derselben Art, Eigenschaft, Kraft und Wirckung in kurtze Schrift artlich verfasset, und solches alles dem ersten Menschen, den er selbst nach seiner Bildniss geschaffen, überreycht, welches denn bis daher gelangt ist. *Gedruckt und zu finden bey Jo. Wolf Däschen im Hanauischen Buchladen,* 1619. in 4.

Liber hic Aegidii Gutmanni, Viri ingenii portentosi, adeo rarus est, ut vel quinquaginta, imo centum Joachimicis olim venderetur. Vid. Struvii *Introduct. in Histor. Litter.* p. 455. *Bibliotheca* Reimmanniana p. 682. Altera editio, quæ *Francofurti*, vel potius *Halberstadii*, An. 1675. in 4. studio Henr. Amersbachii, Pastoris Halberstadiensis, eadem qua prior forma, eodemque habitu, ut pagina paginæ, & numero numerus respondeat, prodiit, æque rara est ac prior; omnia enim exemplaria, pauciſſimis elapsis, publica autoritate suppressa, ac Fisco adjudicata, nec infra XXX. taleros, durante hoc interdicto, divendita fuere. Conf. Schelhornii *Amœnitat.* Tom. V. p. 293. Theoph. Sinceri *Nachrichten* pag. 229. sqq. Exemplum, quo utor, impressum in titulo dicitur: *Amsterdam, und Frankfurt am Mayn bey Henrico Betkio, im Jar* 1675. In titulo speciali, qui reperitur post elenchum Capitum, & qui idem est, quem adduximus, hæc sunt addita: *Hiebevor fast vor* 60 *Jaren auf vielfältiges Suchen ediret, und anitzo, weil es so rar und theur, daß auch ein Exemplar für* 30. 40. *Thaler verkauft, und fast nicht zu erhalten gewesen, nunmehr gleichfals auf so viel-*

vielfältiges Begehren, ſonderlich für Gnaden - hungrige, Weißheit - ſuchende, Kunſt - begierige, Gott - liebende, und himmliſch - geſinnte Kinder Gottes, wieder aufgeleget; und zwar alſo, daß es nicht nur nach fleißiger Reviſion von ſehr vielen und großen Haupt - Druckfehlern gebeſſert, ſondern auch mit angefügten unterſchiedenen Anmerckungen vermehret. Hodie tamen raritas hujus Libri non amplius tanta eſt, quanta olim fuit. Patet hoc ex verbis Chriſt. Thomaſii in *Cautelis circa Præcognit. Jurisprud. Eccleſ.* pag. 41. ſqq. "Amersbachius curabat novam editionem, perſuadens ſibi "exinde multas divitias: ſed Miniſterium Tripolitanum, "edito Scripto contra illud Opus, & Amersbachium, im- "petrabat ejus Confiſcationem; donec tandem ante XV. "annos, neſcio quo fato, exemplaria hactenus confiſcata "iterum publice diſtraherentur. „ Recenſetur etiam hoc Opus Gutmannianum in *Nov-Antiq. Theolog.* 1727. p. 387. ſqq. & in *Bibliotheca Chymica* Rothſcholtziana p. 168. ſqq.

De OFFICIO Hominis Chriſtiani in hodiernis iſtis de Religione Controverſiis; h. e. cui potiſſimum cœtui inter omnes in Religione diſſidentes Homo Chriſtianus adhærere debeat. Libellus hoc tempore utiliſſimus ab Anonymo quodam Veritatis Patrono ſcriptus. Cum gratia & Privil. Summi Pontificis & Regis Catholici excuſus. *Irenopoli, typis Theophili Adamidis,* 1610.

Scriptum Socinianum ipſum Fauſtum Socinum Autorem agnoſcens, & per Conradi Vorſtii diſcipulos, Jac. Omphalium, Henr. Welſingium, Bernh. Forkenbekium, &c. *Franeckeræ* clam evulgatum, vigilantia vero Sibrandi Luberti & Paſtorum Leovardenſium penitus quidem ſuppreſſum, aſt *Racoviæ typis Sebaſt. Sternacii* iterum recuſum 1611. in 8. imo & Belgice verſum. Vid. Chriſt. Sandii *Bibliotheca Anti-Trinitar.* p. 75. Qui vero inter *Fauſti Socini Tractatus breves Theologicos, Racoviæ* 1618. in 8. editos, legitur Libellus *de Officio Hominis Chriſtiani*, vix unicum octernionis folium implet, & diverſiſſimus eſt ab hoc noſtro, qui horrendas

rendas continet blasphemias contra Trinitatem, æternam Servatoris & Spiritus S. Deitatem, meritum, & satisfactionem mortis pretiosæ Domini nostri Jesu Christi &c. & invitantur in eo omnes ad cœtum eorum, qui Ebionitæ seu Ariani appellantur habitantes in Polonia. Legantur Litteræ Discipulorum Vorstii in Libello Belgico, *Warschouvinge an alle ghereformeerde Kerken, Leuward.* 1611. in 4. D. 1.

Caroli OGERII Ephemerides, sive Iter Danicum, Polonicum, Svecicum; cum esset in Comitatu Illustrissimi Claudii Memmii, Comitis Avauxii, ad Septentrionis Reges extraordinarii Legati. Accedunt Nicolai Borbonii ad eundem Legatum Epistolæ. *Lutet. Paris. ap. Petrum le Petit*, 1656. in 8. pp. 532.

Liber perrarus, judice Burch. Frid. Menckenio in *Catal. Biblioth.* p. 94. & aliis.

Johannis OGILBY Descriptio Geographica & Historica Regni Angliæ & Principatus Walliæ. *Londini* 1698. in fol.

Opus splendidissimum & fere regium cum Tabulis Geographicis & Urbium diversarum Ichnographiis exornatum; at perrarum in ipsa etiam Britannia.

Simonis OKOLSKI, *S. Theol. Baccalaur. Ord. Prædic. Provinciæ Russiæ Prior. Carmen. & Illustriss. Potocii Campiductoris Regni Ordinarii Concionatoris*, Orbis Polonus; Splendoribus Cœli; Triumphis Mundi, pulchritudine animantium, decore aquatilium, naturæ excellentia reptilium condecoratus: in quo antiqua Sarmatarum Gentilitia, pervetustæ Nobilitatis Polonæ Insignia, vetera & nova Indigenatus meritorum præmia & arma specificantur, & relucent. *Cracoviæ, in Offic. Typogr. Francisci Cæsarii*, 1641. sqq. in fol. III. Tom. cum fig.

Liber hic pretiosus est, admodumque rarus. Vid. *Catal. Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 407. & Jo. Sinapii *Schlesischen Adel* P. II. in *Præfat.* Sam. Joach. Hoppii *Schediasm. de Scriptoribus Histor. Polon.* §. 9. David Braunius *de Scriptoribus Polon. & Pruss.* p. 78. 79. *Merckwürdigkk. Biblioth. Dresd.* T. I. p. 276. sqq. Constat Liber tribus Tomis ordine alphabetico digestis, in quibus omnibus antiqua Sarmatarum stemmata gentilitia, & arma, insigniaque recensentur. Primus Tomus a littera A usque ad litt. K se extendens *Cracov.* 1641. in fol. pp. 557. secundus a litt. L ad R usque *ibid.* 1643. pp. 656. tertius a litt. S usque ad finem *ibid.* 1645. pp. 360. prodiit.

Jo. Godofr. Olearii, *Superintend. Arnstadiensis*, Scrinium Antiquarium ἰδιοχειρα Antiquitatis fragmenta sistens. *Halæ* 1671. in 8. recus. cum Annotationibus *Jenæ* & *Arnstad.* 1698. in 8.

Utraque editio longe est rarissima, indicantibus D. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 91. 92. & aliis.

Olympia Fulvia. v. Morata.

Onvs Ecclesiæ.

Opus Papalem Curiam & nævos Ecclesiæ libere exagitans, scriptum quidem jam A. 1519. ab Autore *Johanne Chimensi* in Carniola Episcopo; typis vero excusum primo *Landshuti in Bavaria* An. 1524. postea *Coloniæ* 1531. 1536. in fol. & alibi. Prior editio perrara est, & non castrata. v. Placcius in *Theatro Anonymor.* f. 144. Wendlerus in *Dissertat. de Libris varior.* §. IV. *Nov-Antiqua Theolog.* 1722. p. 426. Conferri etiam possunt Joann. Georg. Schelhornii *Nachricht von der Evangel. Religion im Saltzburgischen* p. 17. sqq. Jo. Chr. Mylii *Memorabilia Biblioth. Jenens.* p. 285. & Autores ibidem adducti.

Opere Burlesche di M. Francesco Berni, Messer Gio. della Casa, del Varchi, del Mauro, &c. *Venet.* 1564.

Liber rarissimus, de quo Nic. Hieron. Gundlingius T. I. *Observat. Select.* p. 120. sqq. consulendus. Pleniorem tamen & accu-

& accuratiorem hujus Libri in ipsa Italia perrari notitiam habes in Nicol. Franc. Haym *Notizia de' Libri rari nella Lingua Italiana*, p. 141. sq. cujus hæc sunt verba: "*Il primo Libro dell' Opere Burlesche di Francesco Berni, di Gio. della Casa, del Varchi, del Mauro, del Bino, del Molza, e del Firenzuola, ricorretto, e con diligenza ristampato In Firenze, per Bernardo Giunti*, 1548. in 8. & il 1552. ma la prima e la migliore. *Il secondo Libro dell' Opere Burlesche di Francesco Berni, del Bino, di Ludovico Martelli, di Mattio Franceſi, dell' Aretino, e de diversi Autori, nuovamente poste in luce, e con diligenza stampate. In Firenze, per Bernardo Giunti*, 1555. in 8. L'Autore di questa edizione fu il Lasca. Si osservi, che questo secondo Volume fu stampato da Giunti solo una volta, ed e molto piu raro del primo, benche ambidue siano rarissimi. Dopo questa edizione si stima la migliore quella di Domenico Giglio di *Venezia*, copiata da quella dei Giunti; chi stampò il primo Volume 1564. & il secondo 1566. in 8. Le piu antiche edizione del Berni, e de gli altri Poeti Burleschi sono quella de *Venezia per Curcio Navo* 1538. in 8. e senza nome de Stampatori il 1540. ma sono molto mancanti. Le altre edizione piu moderne non sono da pregiarsi in niun conto; fuori che quella di *Londra* del 1721. & 1724. in *due Volumi* in 8."

Jac. Philippi Opicelli Monumenta Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolanensis. *Mediolani, apud Jo. Jac. Comum*, 1618. in 8.

Liber vix millesimo nostrorum Eruditorum lectus.

Martini Opitii variarum Lectionum Liber, in quo præcipue Sarmatica. *Dantisci* 1637.

Rarioribus Libris adnumeratur in *Catalogo* rarissimorum Librorum *Bibliothecæ* Schalbruch. p. 193.

Oppianvs de Piscatu & Venatione, græce & latine; cum Commentario Budæi. *Paris. typis reg.* 1555. in 4.

Memoratur hic liber in *Catalogo* alias adcuratiſſimo *Bibliothecæ* Heinſianæ T. II. p. 72. n. 36. Utrum vero extet talis editio cum *Commentar. Budæi*, non æque certum eſt. Polyhiſtor ſine pari Jo. Alb. Fabricius *Biblioth. Græc.* Tom. III. p. 628. male excuſum eſſe Budæum pro Bodino exiſtimat, contrariam ſententiam, vere talem Oppianum cum Budæi commentariis prodiiſſe, defendente Polycarpo Leyſero in *Select. de Vita & ſcript. Jo. Bodini* §. 13 ſqq. Theophilus etiam Sincerus in *Biblioth. Hiſtoric. Critic. Libror. rarior.* p. 392. *Oppiani* editionem pure Græcam *cum Guil. Budæi Commentario Pariſ* 1555. in 4. prodiiſſe ſcribit, quam inſignem nominat editionem. Noſtrum non eſt has componere lites. Notamus ſaltem Oppianum tribus vicibus iſto anno *Pariſiis* prodiiſſe. Nimirum *Græce typ. Reg. apud Adr. Turnebum* in 4. *Latine apud Guilielmum Morelium* in 4. iterumque *Latine cum Commentario Bodini*, *apud Mich. Vaſcoſanum* in 4. Singulas editiones recenſet Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. III. p. 668. Primam ſine dubio debemus Guil. Budæo.

OPTATI Galli de cavendo Schismate ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Eccleſiæ Gallicanæ Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Libellus parænetícus. *Lugduni* 1640. in 8.

Pariſiis prodiit, licet Lugduni in titulo mentio fiat. Liber rariſſimus & MSto æquiparandus tum in ipſa Gallia, tum extra Galliam, cujus Autor eſt Carolus Herſan, Presbyter Secularis & Sacræ Theologiæ Profeſſor. Hiſtoriam & fata hujus Scripti habent Rich. Simon *Bibliotheq. Critiq.* T. II. p. 350. ſqq. & *Lettres Choiſies* T. I. p. 255. ſqq. Placcius in *Theatro Pſeudonymor.* p. 471. Dan. Marchelius in *Hiſtor. Litterar. Bibliothecarum Pariſienſ.* p. 44. ſqq. & Jac. le Long in *Bibliothec. Hiſtor. Galliæ* n. 2499-2509. qui poſterior ſatis diligenter fata & adverſarios enarrat. His adde Auguſti Beyeri *Memorias Hiſtoric. Crit. Libror. rarior.* p. 28 ſqq. qui nos docet, repetitam hujus libri prodiiſſe editionem, quam doctiſſimus Gallus Gros de Boze, Academiæ Inſcriptionum Secretarius & Cimeliarchi Regii in Gallia Cuſtos, procuravit, cui acceſſit: *Arreſt de la Cour de Parlement par*

par lequel il eſt ordonné, que le Libelle intitulé : OPTATI *Galli de cavendo Schiſmate &c. ſera laceré & bruslé. Pariſ. chez Seb. Cramoiſy* 1640. in 8.

OPVSCVLA Philoſophica, quibus continentur principia Philoſophiæ antiquiſſimæ & recentiſſimæ. *Amſtelod.* 1690. in 12.

Scriptum perrarum, ſed plurimis tantisque refertum paradoxis, ut a natis litteris vix unquam viſum ſit ſcriptum in orbe litterato, quod plura comprehenderit paradoxa, ac tot & tanta in Theologia juxta ac Philoſophia ſparſerit axiomata, contra opinionem omnium, judice Jac. Frid. Reimmanno in *Catalogo Bibliothec. Theolog.* p. 1118. Autor horum Opuſculorum eſt F. M. von Helmont, cui Comitiſſa quædam Anglicana Græce & Latine non indocta, ac Helmontii principia amplexa, tulit ſuppetias. Conf. *Monatliche Auszüge* 1701. Apr. p. 20. Jo. Chr. Mylii *Biblioth. Anonym.* pag. 942.

Conſtitutiones ORDINIS aurei Velleris, in membranis nitidiſſimæ & ſplendidiſſimæ impreſſæ in 4. maj. Extat hoc opus venale pro centum florenis in *Bibliotheca Anonym. Norimb.* 1738. in 8. Ad hiſtoriam hujus ſcripti egregie faciunt, quæ ibidem p. 91. leguntur: "Liber certe in privatis & publicis Bibliothecis albis corvis rarior, & nunquam obvius, imo quem nemo niſi "Eques actualis hujus ordinis, actu poſſidet. Audias mi "lector, quæſo verba ipſiſſima, quæ p. 80 §. XII. hujus "libri extant, & quidem hujus argumenti: Conſtituit Carolus V. de confratrum ſententia, ut hæredes defuncti "confratris, non torquem modo pro inſigni Sodalitatis "hujus datum, ſed Librum etiam Conſtitutionum, ſimul "cum ipſo torque, vel ad Supremum, vel ad Theſaurarium remittant. Quod ut accuratius obſervetur, edixit, "ut quisque in hunc ordinem cooptatus, non tantum propria Syngrapha torquem & librum ſe recepiſſe teſtetur, "verum ad utriusque etiam reſtitutionem ſe obſtringat.

ORDINIS Teutonici Chronicon, *hoc titulo*: Kurtze Erzehlung der Hohemeistere deutsches Ordens, welche anfänglich gewesen, und bis zu unsrer Zeit regieret haben. *Elbingæ* 1563. in 8. & iterum ib. apud *Wolfg. Dietmarum Typographum* 1564. in 4.

M. Georg. Ranis exiguum hoc Magistrorum Ordinis Chronicon ἀνωνύμως scripsit, quod primum est omnium Chronicorum typis exscriptorum; sed rarissime hodie conspicitur, parum tamen aut nihil in recessu habet. Vid. *Selecta Historica & Litteraria continuata Regiomont.* 1719. p. 100.

Stanislai ORICHOVII Annales. *Dabromili* 1611. & *Dantisci* 1643. in 12.

Liber insignis & magna prudentia scriptus, sed rarissime inventu. Vid. Gabr. Groddeck, sive potius Sam. Joach. Hoppii *Schediasm. de Scriptor. Histor. Polon.* p. 21. & Dav. Braunii *judic. de Scriptor. Pruss. & Polon.* p. 204. sqq. Hinc laudabili consilio recusus in Tomo II. Jo. Dlugossi seu Longini *Historia Polonica*, Lipsi. 1712. in fol. evulgato.

Dell' ORIGINE dei Barbari, che distrussero per tutto il mondo l'Imperio di Roma, onde hebbe principio la Citta di Venetia; con un Cronico, che serve alle nationi ricordati in essi, & particolarmente sopra le Cose fatta da i Veneti dalla prima origine della citta fin l'anno 800. In *Venetia* 1557. in 4.

Est hic liber inter rariores, & cum nec de Autore ejus constet, qui eum edidit, Franciscus Marcolini, in Dedicatione ad Danielem Barbarum Patriarcham Aquilejensem testatur, ab illustri viro, qui amplissimis in Veneta Republica tam fruebatur honoribus, quemque nihil in universum latuerit reconditæ historicæ Antiquitatis, compositum esse. Vid. Gustavi Peringer Lilieblad *Ecloga*, sive *Catalogus Librorum rariorum, quibus regiam Stockholmensem Bibliothecam adauxit* J. G. Sparfwenfeldt p. 62.

ORTHO-

ORTHODOXOGRAPHA Theologiæ S. S. ac sincerioris fidei Doctorum numero LXXVI. collecta a Jo. Heroldo. *Basileæ* 1555. in fol.

Opus rariſſimum ac incaſtratum vocatur in *Catalogo Bibliothecæ* Heukelom-Akerslootiana P. I. p. 26. Num autem præter hanc alia extet editio caſtrata, me hactenus latet. Copioſe quidem hoc ipſum opus recenſet Thomas Ittigius *de Biblioth. & Catenis Patrum* p. 7. ſqq. qui tamen de caſtratione vel corruptione nihil habet.

Andreæ OSIANDRI Harmoniæ Evangelicæ Libri IV. item Annotationum Liber unus, & Elenchus Harmoniæ. *Baſil.* 1537. fol.

Inſigniter rarum eſſe hunc libris pluribus teſtimoniis probatur in *Nov-Antiquis Theologic.* 1734. p. 369. ſq.

Hieronymi OSORII de Rebus Emanuelis Luſitaniæ Regis Libri XII. Olyſippone 1571. folio.

Editio hæc ſplendida & perrara repetita eſt *Coloniæ* 1574. in 8. & mutatis tantummodo titulis 1576. 1581. & 1586. Sed hæc quoque *Colonienſis* raro occurrit, digna ſane quæ recuderetur, ex judicio *Bibliothecæ Hiſtoricæ* Struvio-Buderianæ p. 242.

OSTFRISISCHES Land-Recht, FRISICUM Jus Antiquum.

Libris deperditis adnumerandum. Solertiſſimi enim Antiquitatum Scrutatores ne unicum quidem indagare potuerunt exemplar hujus libri; Typis autem revera fuiſſe expreſſum ſequentia indicant: "Wat dat *Ooſtfreſiſche Land-Recht* "aangaet, meenen unſe meenſte Landes-Luiden, dat het "nooit gedruckt is geweſt, om dat men het hier maar by "onze Regts-Geleerden, en Liefhebbers des Vaterlands ge"ſchreven bezit. Maar ſulke Menſchen hebben met Aan"dagt nooit gelezen, of gezien het *Ooſtfrieſche Kronyck*"*werk* van Eggerik Beninga, welke uns uitdrucklyk wyſt

"op

"op het gedruckten Freſchen Land-Rechte p. 25. 95. 7. 9. "ed. *Leid.* 1706. Want het *Oſtfrieſche Land-Recht* is te "*Keulen* 1586. gedruckt, gelyk Ubbo Emmius betuigt "*Rerum Friſ. Hiſtor.* L. II. p. 175. ed. *Leiden.* Sprekende "van den Keizer Rudolf van Habspurg ad a. 1276: *Adjecit "etiam Capita decem* Juri Antiquo Friſico, *quæ cum reliquis "in Codice Legum noſtratium ante annos* 121. *Coloniæ typis "excuſo patrio Sermone edita in manibus omnium habentur.* "Maar ick gelove, dat er tegenwoordig in Ooſtfriesland "nowlyks een gedruck Exemplar meer vorhanden is. „ Hæc Jac. If. Harkenroth in *Ooſtfrieſch. Oorſprongklykheden* p. 80. 81. ed. *Groning.* 1731. Obſervandum Harkenrothium, non recte calculum ducere. Scribere voluit fortaſſe a. 1468. fuiſſe impreſſum. Etiam Thomas Mareſchallus in *Obſervat. ad IV. Evangelia Anglo-Saxon.* p. 521 & 531. excitat hanc editionem Colonienſem. Idem facit Chriſt. Schotanus in *Beſchrieving van de Herlicheit van Fresland*, edit. 1664. p. 36. ſqq. item Præfatio ad G. Japix *Friſiſche Rymlerie.* Hæc editio Colonienſis reperitur etiam impreſſa inter Codices Junianos. Vid. *Tentzels Monatliche Unterredungen* a. 1691. p. 728.

Chriſtoph OSTORODTS von Goslar Unterrichtung von den vornehmſten Haupt-Puncten der chriſtlichen Religion. *Rackau* 1612. in 8. iterumque 1625. in 8. pagg. 442.

Utraque editio in noſtra Bibliothecula adeſt. Raritatem probat Mich. Lilienthal *Theolog. Biblioth.* p. 928.

OTFRIDI, *Monachi Weiſſenburgenſis*, Liber Evangeliorum. *Baſileæ* 1571. in 8.

Liber inter rariores rariſſimus nuncupatur a doctiſſimo von Seelen in *Memoria Stadeniana* p. 129. Hæc namque editio adeo ad paucas eſt redacta, ut Liber parvus Hamburgi in Auctione Bibliothecæ Gudianæ octo Imperialium pretio divenditus fuerit. Vid. Jo. Andr. Schmidii *diſſ. de modo propagandi religionem per Carmina* §. XXI. Jam inſertus eſt Jo. Schilteri *Theſaur. Antiq. German.* T. I.

Rudolfi

Rudolfi OTREB, *Angli*, Tractatus Theologico-Philosophicus. Lib. I. de Vita. II. de Morte. III. de Resurrectione. Inseruntur nonnulla veteris Adami, infortunio superstitis, fragmenta. *Oppenh. ap. Theod. de Bry Bibliop.* 1617. in 4.

Autor est Robertus Flud; sed hic Tractatus non reperitur in Operibus ejus, & singulari se raritate commendat. Conf. Lud. Mart. Kahlius in *Biblioth. Philosoph. Struvian.* T. I. p. 374.

Jacob van OUDENHOVEN Haarlems Wieg, of geschiedkundige Bedenkingen over enige Oudheden, rakende den Toestand en Oorsprong van de Stad van Haarlem, en haren Omring. *Haarlem* 1671. in 12.

Librum hunc perrarum in ipsa Hollandia nec adeo facile obvium recenset Adrian Parsius in *Indice Batav.* p. 156 sqq.

OVIDII Nasonis Catalecta, nunc primum ex Veteribus membranis & MSS. Cod. edita. *Francof.* 1610. in 8.

Liber rarissimus a Melch. Goldasto nomine suo suppresso editus, cui Jo. Lud. Bunemannus in *Catalog. Libror. rariss. mor.* p. 121. pretium 5 Talerorum statuit. Recensetur a V. C. Jo. Alb. Fabricio in *Bibliotheca latina* T. I. p. 277 sqq.

Bartholomæi

P.

Bartholomæi PABROZKII Historia Bohemica. *Pragæ* 1613. in fol.

Liber utilissimus ingenti Diplomatum, Privilegiorum, Sigillorum &c. adparatu instructus, at notus pauciſſimis & admodum infrequens. Vid. de Ludewig T. I. *Reliquiar. MStor. præf.* p. 113.

- - - - Speculum Marchionatus Moraviæ. *Olmutz.* 1593. in folio.

Liber hic in Bohemica lingua conscriptus tantæ est raritatis, ut plurimi illum nunquam fuisse editum, arbitrentur. Vid. Jo. Hübneri *Biblioth. Genealogic.* p. 589. Nuperrime Compendium libri hujus lingua Germanica edidit M. Christoph. Pfeifer sub titulo: PABROTZKIVS *enucleatus*, oder *Kern und Auszug aus dem sogenannten Mæhrischen Geschicht-Spiegel Bartholomæi* PABROTZKII, *welcher aus dem Polnischen von Johanne Woditschka Böhmisch übersetzet, und endlich von einem vornehmen Gelehrten als ein deutsch MScript beforget worden, seiner Vortreflichkeit und Raritæt wegen im Compendio mitgetheilet. Breslau & Lipsi.* 1730. in 4. pl. 36. Editor tamen parum vel nihil de Historia hujus libri habet.

- - - - Dialogi Viatoris cum Hospite. in fol.

Opus itidem rarum ac pretiosum uti ex Jo. Sinapii *Schlesischen Adel* P. II. monent *Hamburgische Auszüge* pag. 336. Bohusl. Balbini de PABROTZKIO Judicium legitur in *Act. Erudit.* 1688. p. 53.

Georgii PACHYMERIS Historia Rerum a Michaële Palæologo gestarum Græc. Lat. ex edit. Petri Possini. *Romæ, typis Barberinis.* 1666. in fol. *Ejusd* Historia Rerum ab Andronico Palæologo gestarum. *Romæ, typis Barberinis* 1669. in folio.

Bina hæc volumina ad *Corpus Historiæ Byzantinæ* pertinentia admodum rara sunt & pretiosa. Vid. *Catalog. Histor.* Fresnoio-Menckén. p. 201.

PACI-

PACIFICATORES Orbis Christiani, sive Icones Principum, Ducum & Legatorum, qui Monasterii atque Osnabrugæ Pacem Europæ conciliarunt: quosque singulos ad nativam imaginem expressit A. v. HVLLE, *Celsissimi Principis Auriaci dum viveret Pictor.* Optimorum artificum dexteritate CXXXI. tabulis æneis incisæ, nunc demum post Viri illustris mortem in lucem editæ & Descriptione recens auctæ. *Roterod. typ. Petri von Slaart, Bibl. ad insigne Ciceron.* in fol. maj.

Descriptionem in rubro jactatam frustra quæsiveris; nisi forsan Petrus Robur, jejunam quam præmisit Præfationem, hoc nomine commendare voluerit. Historiam Libri breviter enarrat Christ. Gottfr. Hoffmann in *Biblioth. Jur. publ.* quæ Introduct. ejusdem adhæret, p. 261.

Andreæ PALLADII de Architectura, Operis, *Londini* aliquot abhinc annis editi, tantum 250. exemplaria fuere impressa, docente Schelhornio T. II, *Amœnitat.* p. 391.

Ferrantis PALLAVICINI Scripta,

Pleraque severissime sunt in Italia prohibita. Prostant tamen junctim edita sub titulo:

Opere Scelte di *Ferrante* PALLAVICINO, cioè, il Divortio Celeste, il Corriero Sualigiato, la Baccinata, Dialogo tra due Soldati del Duca di Parma, la Rete di Vulcano, l' Anima. Di nuovo ristampato, corretto, & aggiuntovi la Vita dell' Autore, e la Continuatione del Corriero. *In Villa Franca* 1660. II. T. in 12.

Seorsim prostant:

Il Divortio Celeste cagionato dalle dissolutezze della Sposa Romana, & consacrato alla Sim-

Simplicita de Scrupolosi Christiani. *In Villa Franca* 1643. in 12. pp. 196.

Gallice etiam prodiit. *Amstelod.* 1696. in 12. interprete Mr. Brodeau d' Oiseville, v. *Lettres* de Mr. Bayle p. 576. Germanice vero *Freystadii* 1643. in 12. & *Halæ* 1722. 8.

Baccinata, overo Battarella par le Api Barberini, in occasione della Mossa dell' Armi di N. S. Papa Urbano IIX. contro Parma. 1642. in 4. 1644. in 12.

La Rhetorica delle Putane. *Cambrai* 1648. in 12.

L' Anima di *Ferrante* PALLAVICINO. *Ultima impressione in Villa Franca* 1643. in 12. pagg. 103.

Plura de Fatis & Scriptis PALLAVICINI dabunt Vinc. Placcius in *Theatr. Anonym.* p. 654. sqq. *Naudæana* p. 109. sq. 222. sqq. Vigneul de Marville *Melanges* p. 11. sqq.

Jac. PALMERII, *a Grentemesnil*, Exercitationes in optimos fere Autores Græcos, velut Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Diodorum Siculum, Appianum, Memnonis fragmentum, Plutarchum, Arrianum, &c. ut & in antiquos Poëtas, Aristophanem, Theocritum, Moschi Idyllia; cum gemino Indice, græco & latino. *Lugd. Batav. apud Gaesbeeck*, 1668. in 4. pp. 819.

Recenset has Exercitationes Cl. Stollius in *den Nachrichten von den Büchern in seiner Biblioth.* p. 212. & de raritate illarum ita judicat: "Diese *Exercitationes* sind rar; noch "rarer aber seine *Apologie pro Lucano contra Virgilium.*„ Auguror vero ex hac superficiaria Commemoratione ipsum hunc Librum a Stollio nunquam fuisse visum. Non enim seorsum prodiit hæc diatribe, nec eo, quo scripta est, tempore, sed anno demum 1704, postquam per LXXV. annos latuis-

latuisset. Edita vero est a Jano Berckelio simul cum Rapini Comparatione Homeri & Virgilii latine a viro quodam docto reddita, Blondelli Comparatione Pindari & Horatii ab ipso Berckelio latine versa, Tollii Comparationibus Pindari & Horatii, Apollonii & Ovidii, Petronii & Virgilii, Senecæ & Sophoclis, sub titulo: *Jacobi Palmerii a Grentemesnil κριτικον επιχειρημα*, sive *pro Lucano Apologia e Scriniis Jani Berckelii Abr. filii edita, accedunt similis argumenti nonnulla alia. Lugd. Batav.* 1704. in 8. Mutarunt postea, quo vendibilius redderent opus, Bibliopolæ titulum, hunc in modum: *Dissertationes Criticæ de poëtis græcis & latinis, ex recensione Berckelii. Lugd. Batav.* 1707. Fata MScripti Palmeriani copiose enarrat Mencken. *Biblioth. virorum militia æque ac Scriptis illustrium*, p. 325.

Eliæ PANDOCHÆI Panthenosia, seu compositio omnium dissidiorum circa æternam veritatem, aut verisimilitudinem versantium, quæ non solum inter eos, qui hodie infidelium Judæorum, Hæreticorum & Catholicorum nomine vocantur, orta sunt, & vigent, sed jam ab admissis per peccatum circa nostrum intellectum tenebris fuere inter ecclesiæ particularis ac communis membra. in 8. Sine mentione loci, anni, Typographi.

Scriptum rarum, Guil. Postellum autorem habens. Vid. Placcii *Theatrum Pseudonym.* p. 481. Thom. Ittigii *Diss. de Postello* inserta *Opusculis* pag. 253. Brucker. *H. Crit. Ph.* Tom. IV. p. 753.

PANEGYRICI Veteres, interpretatione & notis illustrati a Jacobo de la Baune, in usum Delphini. *Parisiis* 1677. in 4.

Digna editio quæ recudatur, jam enim propter raritatem septem vel octo venditur Joachimicis. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Latin.* Tom. II. p. 773. ed. noviss.

Mutio PANSA della Libraria Vaticana Raggionamenti diversi in quatro parti. *In Roma, appresso Giovanni Martinelli* 1590. in 4.

Liber in ipsa Italia perrarus.

Henrici PANTALEONIS Prosopographia Heroum.

Integer Libri infrequentis ac rarioris titulus est: *Prosopographiæ Heroum atque illustrium virorum totius Germaniæ pars prima. In hac personarum descriptione omnium tam armis & autoritate, quam litteris & religione totius Germaniæ celebrium virorum vitæ & res præclare gestæ bona fide referuntur, a condito mundo adeoque prima linguarum Confusione, ad Caroli M. primi Germanorum imperatoris tempora, atque annum post Christi nativitatem octingentesimum usque. Opus plane novum & jucundissimum ex omnium fere gentium Chronicis, annalibus & historiis magna diligentia excerptum & vivis Heroum imaginibus quantum fieri potuit passim illustratum, ac nunc primum ob patriæ decorem in lucem editum, ita quod instar continuæ historiæ Germanorum esse queat autore* HENRICO PANTALEONE, *Physico Basilien si. Basileæ in officina Nicolai Brylingeri.* 1565. *Pars secunda* eodem anno, & *pars tertia* anno 1566. sub eodem titulo secutæ sunt. Complectitur vero *pars prima* vitas illustrium virorum ab Adamo usque ad Carolum Magnum; secunda a Carolo M. usque ad Johannem Aventinum; tertia a Jo. Aventino usque ad ipsum Pantaleonem, cujus Biographia opus concluditur. Prodiit postea ejusdem germanica versio ab ipso autore confecta sub Inscriptione: *Der erste Theil teutscher Nation wahrhaften Helden &c. Basel, durch Lienhard Ostein* 1578; quæ opere latino, judice ipso autore, multo est perfectior atque limatior. Conf. *die nützliche und auserlesene Arbeiten der Gelehrten im Reich,* 3tes Stück p. 265.

PANTHEISTICON sive formula celebrandæ Societatis Socraticæ in tres particulas divisa, quæ Pantheistarum sive Sodalium continet

net 1. Mores & Axiomata; 2. Numen & Philosophiam; 3. Libertatem & non fallentem legem neque fallendam. Præmittitur de antiquis & novis eruditorum Sodalitatibus, & de universo infinito & æterno Diatriba, Subjicitur de duplici Pantheistarum Philosophia, ac de viri optimi ac ornatissimi Idea, dissertatiuncula. *Cosmopoli* 1720. in 8. pp. 89.

Liber summopere detestandus, cujus Autor est famosus ille Joannes Tolandus. Vid. Jo. Laur. Mosheimii *Vindiciæ adv. Tolandum in præfat.* pag. penult. *Acta Eruditor. Germanic.* Tom. VII. p. 196 sqq. *Acta Eruditor. Latin.* 1729. pag. 318.

Onuphrii PANVINII, Bartholomæi Marliani, Petri Victoris & Jani Jac. Boissardi Topographia Romæ, cum tabulis Geographicis, Imaginibus, antiquæ & novæ urbis inscriptionibus, marmoribus, ædificiis, sepulcris &c. æri incisis. Partes VI. *Francofurti, apud Matth. Merianum in Bibliopolio Bryano.* 1627. in fol.

Liber perrarus ex indicio Christ. Junckeri de *Bibliotheca Isenacens.* p. 64. Recensetur Tom. IV. *Observat. Halens.* pag. 11 sqq.

PAPEKOST opgedist in Geuse Schotelen, handelende van de Pausselyke Opkomst, in niederduitsche Dichtkonst gebracht. *te Blockziel* 1720. in 8. cum fig. æn. Geusekost opgedist in Paapsche Schotelen, handelnde van de souveraine Oppemagt en Heerschappye des Roomschen Pausen. 1725. in 8. cum figuris æneis. Jesuitenkost of de Maaltyd der Jesuiten op de welcke verscheide vaaderen der voorsz. Societeit niet alleen hebben koomen

te noodigen de Roomſe Pauſen. *Gedruckt in de Kook-Keuken der Jeſuiten.* 1726. in 8.

Sunt Satyræ, quibus Papæ Romani, Jeſuitarum, aliorumque ordinum mores, & vitia vivis quaſi coloribus ob oculos ſiſtuntur, & depinguntur. Tria juſta volumina conſtituunt. In Hollandia ipſa, ubi impreſſæ fuerunt, graviter prohibitæ ſunt. Vid. Aug. Beyeri *Memoriæ Libror. rariorum* p. 229.

Theophraſtus PARACELSVS. vid. THEOPHRASTVS.

PARÆNETICORVM veterum Pars I. cum Notis Melchioris Haiminsfeldii Goldaſti. *Inſulæ ad Lacum Acronium ex off. Typ. Jo. Ludov. Brem.* 1604. in 4.

De eximia libri hujus, cujus altera pars nunquam prodiit, raritate legantur Jo. Henr. von Seelen in *Memoria Stadeniana* p. 188 ſqq. Died. von Staden in *Erläuterung der deutſchen Wörter in der Bibel*, præf. p. 40. Jo. Ludolph. Bunemannus in *Catalogo libror. rariſſ.* p. 100. Fabricius *Bibl. Lat.* P. I. p. 915. *Merckwürdigkeiten Bibliothecæ Dresdenſ.* T. II. p. 477.

PARALLELE de la doctrine des Payens avec celle des Jeſuites, & de la Conſtitution du Pape Clement XI. qui commence par ces mots: Unigenitus DEI filius. *Amſterd.* 1726. in 8. pl. 15.

Liber Pariſiis flammis juſſu Superiorum exuſtus, at *Amſtelodami* recuſus. Recenſetur in Actis Erudit. Germanic. T. XI. p. 100 ſqq.

Ludovici A PARAMO de Origine & Proceſſu Officii Sanctæ Inquiſitionis, ejusque dignitate & utilitate. *Madritii* 1598. fol.

Liber rariſſimus & in Germania vix ullibi obvius.

Roberti PARKERI Liber de deſcenſu Chriſti ad inferos. *Amſtelodam.* 1611. in 4.

De raritate hujus libri legatur Cl. Bruckerus apud Schelhor-

hornium Tom. V. *Amœnit.* p. 267 sqq. *& Bibliotheca mixta Hamb.* T. I. p. 880. Apparet in Catalogo Biblioth. Jo. Frid. Mayeri p. 92. n. 59. sub hoc titulo: *Hug. Sandfordi & Rob. Parkeri Libri IV. de descensu J. C. ad inferos. Amstel.* 1611. in 4.

Bernardini PARTHENII, *Spilembergii*, de Poëtica Imitatione Libri V. ad Maximilianum Imper. semper Augustum. Index rerum memorabilium in Codicis calce habetur cum Privilegio &c. *Venetiis* 1565. in 4. pp. 160.

Scriptum eximiæ raritatis, cujus uberiorem habes notitiam in *Göttingenschen gelehrten Zeitungen* 1745. p. 767.

Petri PARVI, *Rosefontani*, *Equitis Dani*, Refutatio calumniarum cujusdam Joannis Magni Gothi, Upsalienſis, quibus in Historia sua, ac famosa Oratione Danicam Gentem incessit. Huic accedit Chronicon, sive Historia Joannis, in declarationem ejusdem Refutationis. A. 1560. in 4. sine loco. plag. 40.

Scriptum hodie perrarum.

Caroli PASCHALII, *regis in sacro consistorio consiliarii*, Legatio Rhætica. *Paris. ex offic. Petri Chevalier* A. 1620. in 8.

Res in decennali legatione videlicet ab anno 1604-1614. gestas eleganter in hoc libro admodum raro exponit auctor in negotiis civilibus versatissimus. Vid. Gryphium *de Scriptoribus hist. Sæc. XVI.* p. 413. N. H. Gundling. *colleg. hist. Litt.* p. 681. *Bibl. philos.* Struvio - Kahlianam II. p. 377. Exstat & ejusdem auctoris aliud Scriptum magis obvium, sub titulo: *Legatus sive opus Caroli Paschalii, regii consiliarii & in Normaniæ Senatu advocati generalis. Distinctum est in 77 Capita. Accessit græcarum vocum interpretatio & index. Rothomagi* 1598. in 8. & *Parisiis* 1612. & denique apud *Elzevirium* 1645. in 12. Vid. *Bibl.* Struvio - Kahl. l. c.

Etienne PASQUIER Recherches de la France. à *Paris, chez Sonnius.* 1607. in 4.

De variis hujus Libri editionibus satis diligenter ac copiose agit Jaq. le Long *Biblioth. Hist. de France* p. 667. Prima prodiit *Parisiis* 1560. postrema *ibidem* 1665. in fol. Ad le Longium supplendum inseramus de raritate *editionis Sonnianæ* verba Autoris *d'Essais de Litterature* Tom. I. p. 79: "Ce Livre, inquit, n'est pas rare, & on le trouve fort communement. Mais ce, que peut-être tout le monde ne sait pas, & qu'il est très-essentiel de savoir c'est, qu'entre les differentes editions, qui ont été données de cet Ouvrage, celle de *Sonnius* est la plus recherchée des curieux, parce qu'elle contient à la fin du III. Livre tout ce, que l'Auteur a fait contre les Jesuites; ce que ne se trouve pas dans les editions suivantes."

PASQVILLORVM Tomi duo: quorum primo Versibus ac Rhythmis, altero soluta Oratione conscripta, quam plurima continentur ad exhilarandum, confirmandumque hoc perturbatissimo rerum statu pii Lectoris animum, apprime conducentia. Eorum Catalogum proxima a Præfatione pagella reperies. *Eleutheropoli* 1544. in 8. pp. 453.

Recensetur Liber hic admodum rarus satis copiose a Dn. de Sallengre T. II. *Memoir. de Litterat.* P. II. p. 203-232, qui Cœlium Secundum Curionem Autorem esse suspicatur. *Basileæ in offic. Jo. Oporini* excusus est. v. Maittaire *Annal. Typogr.* T. III. p. 217. Exemplari, quod e Biblioth. Heinsiana in Bibliotheca Hohendorfiana fuit, Daniel Heinsius hos Versus manu sua adscripsit:

Roma meos fratres igni dedit, unica Phœnix
Vivo, aureisque veneo centum Heinsio.

Nuper etiam pro XXV. nummis aureis Hungaricis coëmtus fuit, teste Sam. Engel in *Catalogo Librorum rar.* pag. 122. Nolo equidem insignem hujus Libri raritatem in dubium vocare, v. Burckhardi *Vita Hutteni* P. III. p. 45. Supersunt tamen plura ejus exemplaria, nec Heinsianum illud unica Phœnix dici meretur. Vitembergæ olim tractavi ipse, & perlegi hunc Librum, in Bibliotheca publica scrinio inclusum.

In

In limine apparent manu Budæi hæc verba: *Guil. Budæus D. ex Bibliotheca Neandrina.* Hamburgi in Auctione Bibliothecæ Mattfeldian. VII. Marcarum Lubec. pretio vendebatur. Extat etiam in Bibliothecis Menckenia, de Kraftiana, Uffenbachiana, Schalbruchiana, &c.

Epistola *Magistri Benedicti* PASSAVANTII responsiva ad Commissionem sibi datam a Venerabili D. Petro Lyseto, nuper Curiæ Parisiensis Præsidente, nunc vero Abbate Sancti Victoris prope muros. Adjunctis quibusdam pertinentiis. Sine mentione loci & anni.

An. 1554. tamen fuisse excusam notat Simler Biblioth. Gesner. Epitomator & Continuator p. 112. Iterata postea est editio Libelli festivi 1568. sine nomine loci & Typogr. & 1584. *Lutrivianus* (sic legitur in fronte) *apud Ulysses Visc.* Exstat quoque in Collectione Ludicrorum Job. Hotomanni 1593. evulgata. Egit id Autor personatus, (latet enim sub ficto nomine Th. Beza) ut hac Satyra haud illepida & genere dicendi hybrido atque obscuris illis Viris familiari conscripta, *Commentarios* Lyseti *adversus Pseudo-Evangelicam Hæresin*, quos seria refutatione ducebat indignos, exagitaret, ipsumque Abbatem redderet deridiculum. vid. Sallengre *Memoires de la Litterature* T. I. p. 321. *Pertinentiæ*, quæ adjunctæ dicuntur, sunt duo Carmina Gallica jocularia; quorum alterum inscribitur: *Complainte de Messire Pierre Liset sur le trepas de son feu nez*; alterum vero; *A la Memoire du feu nez d'un Messire Pierre.* In editione Lutriviana posterius non decem, ut in prima, sed tantum quatuor constat Versiculis, & priori ut clausula subjunctum est. Accessit vero in eadem aliud quoddam sub tit. *Epitaphe de Messire Pierre Liset preux ut vaillant Champion*, quod, quoniam Lectori haud injucundum fore arbitramur, adscribere non pigebit:

Hercules desconfit jadis
Serpens, geans & autres bestes
Roland, Olivier Amadis
Feirent voler lances & testes.

Mais n'en desplaiſe à leurs Conqueſtes
Liſet tout ſot & ignorant
A plus faict que le demeurant
Des preux de nation quelconques,
Car il feit mourir en mourant
La plus grand, beſte qui fut onques.

PASSERAN de Morte.

Impiis & quemadmodum hinc fieri ſolet etiam rarioribus Libris annumerari meretur *Comitis* DE PASSERAN *Commentatio de Morte*, lingua Italica ſcripta, & poſtea a Th. Morgan in Anglicam translata ſub tit. *A Philoſophical Diſſertation upon Death. Lond.* 1733. Craſſioris Materialiſmi & Atheiſmi in eadem exponi Principia teſtatur Kahlius in *Biblioth. Philoſ.* I. p. 144.

Jo. PASSERATII de Litterarum Cognatione & Permutatione Libellum, *Pariſ.* 1606. editum, qui in Uffenbachiana Bibliotheca exſtat, rariſſimum non minus quam eruditiſſimum vocat J. H. Majus ap. Schelhorn. Tom. V. *Amœnit.* p. 268.

Marſilii PATAVINI Defenſor Pacis, rationem, qua Imperia ſive quævis aliæ Hominum Societates optime contineantur, atque fœderentur, citraque ſeditionis metum firmentur, continens; & in quantum ſe extendat Imperatoris & Pontificis poteſtas explicans. *Francof. ad Mœn.* 1612. in 8.

Rariſſimum ex indicio *Bibliothecæ Anonym.* T. III. p. 27. Aliæ editiones recenſentur in Sam. Engel *Catal. Librorum rariſſ.* p. 97.

Caroli PATINI Lyceum Patavinum, ſive Icones & Vitæ Profeſſorum Patavii 1682. publice docentium. *Patavii* 1682. in 4.

Extant in rariſſima hac Collectione Icones XXXIII. vid. Sigism. Jac. Apinus *von Bilder-Sammlungen* p. 154.

Fran-

Franciſci PATRICII, *Philoſophi eminentiſſimi & in celeberrimo Romano Gymnaſio ſumma cum laude Philoſophiam publice interpretantis*, nova de univerſis Philoſophia Libris quinquaginta comprehenſa: in qua Ariſtotelica methodo non per motum, ſed per lucem ac lumina ad primam Cauſam adſcenditur; deinde nova quadam ac peculiari methodo tota in contemplationem venit Divinitas; poſtremo methodo Platonica rerum univerſitas a Conditore Deo deducitur. Poſtremo ſunt adjecta Zoroaſtris Oracula CCCXX. ex Platonicis collecta; Hermetis Trismegiſti Libelli & fragmenta quotcunque reperiuntur ordine ſcientifico diſpoſita; Aſclepii diſcipuli tres Libelli; Myſtica Aegyptiorum a Platone dictata, ab Ariſtotele excepta & perſcripta Philoſophia; Platonicorum Dialogorum novus penitus a *Franciſco* PATRICIO inventus Ordo ſcientificus. Capita demum multa, in quibus Plato concors, Ariſtoteles vero Catholicæ Fidei adverſarius oſtenditur. *Venetiis*, *apud Robertum Megettum*, A. 1593. in fol.

Opus eximiæ & tantæ, judice Sorello, raritatis, "daß "man um deſſen Wehrt eine kleine Bibliothec haben "könne.„ Vid. doctiſſ. Jac. Bruckeri *Zufätze zu der Philoſoph. Hiſtorie* pag. 404. Conſtat IV. Partibus, quarum prima inſcribitur ab Autore *Panangia*, ſecunda *Panarchia*, tertia *Pampſychia*, & quarta *Pancoſmia*. Ejusdem Autoris *Diſcurſionum Peripateticarum Tomos IV. quibus Ariſtotelicæ Philoſophiæ univerſa Hiſtoria atque Dogmata cum Veterum placitis collata, eleganter & erudite declarantur*. *Baſileæ* 1581. in fol. Libris rarioribus annumerat & copioſe recenſet doctiſſ. Autor *Theſauri Biblioth.* Tom. I. p. 252. ſq. Conf. Brucker *Hiſt. Phil. Crit.* T. IV. P. I. p. 428.

Johannis PATVSÆ, *Athenienſis*, Encyclopædia Philologica, græce. *Venetiis, apud Nic. Sarum*, 1710. in 8. IV. Voll.

Rariſſima hæc Græcarum veterum Lucubrationum Collectio a Jo. PATVSA, Rectore Gymnaſii Græcorum Veneti, quod Flanginianum appellant, facta, recenſetur a Jo. Alberto Fabricio in *Biblioth. Græc.* T. XIII. p. 457 ſqq.

Libro del famoſo *Marco* PAULO, *Venetiano*, de las coſas maravilloſas que vido en las Partes Orientales, conviene ſaber en las Indias, Armenia, Arabia, Perſia, e Tartaria, e del poder del Gran Can, y otras Reys; con otro tratado de Micer Pogio Florentino etrata de las mesmas tierras y islas. *Sevilla* 1520. in fol.

Editio ipſa raritate rarior, v. *Biblioth. Anonym.* P. I. p. 95. cujus nullam videtur notitiam habuiſſe Andr. Müllerus Greifenhagius, editor Marci Pauli Veneti, uti patet ex *Præfat.* p. 9 ſqq.

Simonis PAVLI Miſcella Lectionis antiquæ.

Integer titulus eſt: *Miſcella antiquæ Lectionis, cujus quatuor Monumenta in Præfatione enumerata in publicam lucem reduxit ſuis impenſis Simon* PAVLI *Bibliopola. Argentor.* 1664. in 8. pp. 160. Continentur hac Collectione: 1) *Excerpta Autoris ignoti de Conſtantio Chloro, Conſtantino M. aliisque Imperatoribus;* 2) *Capitulatio Caroli M. de partibus Saxoniæ;* 3) *Chriſt.* Broweri *Diſſertatio de Trevirorum lingua;* 4) *Conſtitutio D. Caroli III. Craſſi dicti, de Expeditione Romana.* Raritatem indicat Joan. Henricus von Seelen in *Memoria Stadeniana* p. 95.

PAVLI V. *Pontif. Max.* Excommunicationis Sententia adverſus Sereniſſ. Ducem, ac Senatum, & univerſum Dominium Venetum, ob Decreta ſua &c. & pro iisdem diverſorum graviſſimorum Sereniſſ. Reipubl. Venetæ, cum Theologorum, tum JCtorum Reſponſiones, in

in quibus &c. Nuper ex Italico maximam partem in Latinum versæ, & in lucem editæ. *Francof. prelo Richteriano, curante Conr. Nebenio*, 1607. in 4. pp. 296.

Vid. Vinc. Placcii in *Theatro Anonym.* p. 103. Liber rarus dicitur, ibidemque copiose recensetur.

PAVSANIAM a Blasio Vigenerio gallice versum fuisse tradit Cl. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. Græc.* T. III. p. 471. Quæ versio, si extat, admodum rara, & fere nullibi obvia est. At vero dubitant Eruditi de existentia hujus interpretationis gallicæ. "Quod Cl. Fabricius Vigenerii studii interpretationem gallicam PAVSANIÆ fatam commemorat, ea nunquam fuit, certe nusquam hodie cognita est, „ scribunt *Acta Eruditorum* 1733. pag. 102. Conf. *Gelehrte Zeitungen* A. 1732. p. 130.

Laurentii PECKENSTEINII Enarratio Historica Marchionum Brandeburgensium & Burggraviorum Norimbergensium. Des Chur- und Fürstlichen Hauses der Marggraffen zu Brandenburg und Burggraffen zu Nürnberg von dem Fürstlichen Geschlecht der uhralten Welffen und förder von den Wolgebornen Graffen zu Zollern hergestammet, Ankunfft, Herkommen, deren aller und jeders namhaffte und fürnemste Thaten, zu Krieges- und Friedens-Zeiten, kurtze und ordentliche Beschreibung, mit sondern Vleiss colligirt. *Jenæ* 1597. fol.

Adhæret hic Libellus PECKENSTEINII *Prosapiæ Wittekindeæ familiæ.* Conf. Reimmannum *de Libris Geneal.* P. II. pag. 180 sqq. Georg. Godofr. Kusterum in *Notitia Script. Brandeburg.* p. 49. eundem in *Biblioth. Hist. Brandeb.* p. 342.

Joseph PELLICIER *de Salas y Tovar* El Fenix y su Historia natural. *Madrid* 1630. in 8.

Liber summæ raritatis ac quantivis pretii vocatur in *Catalogo Biblioth.* Heukelom-Akersloot. P. II. p. 175. De Autore

tore An. 1679. defuncto, ejusque Scriptis, quæ ad ducentorum fere numerum excrescunt, satis copiose agit Gerh. Ern. de Franckenau in *Biblioth. Hispan.* p. 249. sqq.

Pompeo PELLINI Storia di Perugia, Parte I. e II. *Venezia* 1664. in 4.

De raritate hujus Operis hæc leguntur in *Catalogo Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 364: "Der Autor hatte auch "den dritten Theil schon drucken lassen, darinnen er von "den Adelichen Familien von Perugia handelt; allein die- "ser wurde gleich supprimiret, so dass die wenigen Exem- "plar, so noch unter die Leute gekommen, sehr rar seyn. „

PENTATEVCHVS, hebraice, cum V. Megilloth & Haphtharis. *Oelsnæ in Silesia, Anno Christi 1530.* in fol. 90. plag.

Fusius hunc Codicem, quia raro obvius est, & magnæ inter Judæos æstimationis, descripsit Jo. Christ. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* Tom. II. p. 386. 387. Extat in Bibliotheca R. Oppenheimeri, cui XXX. Imperialibus constat.

PENTATEVCHVS Hebræo-Chaldæo-Persico-Arabicus. *Constantinopoli* 1546. in fol.

Codex rarus, pretiosus & paucis Judæorum visus vocatur a Petro Lambecio T. I. p. 114. *Commentar. de Biblioth. Vindobon.* Conf. W. E. Tenzelius *de Bibliis Polyglott.* §. V. Rev. Wolfius *Bibl. Hebr.* T. II. p. 354.

Etienne PERARD, *Dojen de la Chambre des Comptes de Dijon*, Recueil des pieces servant à l'Histoire de Bourgogne. *à Paris, chez Cramoisy*, 1644. in fol.

Liber perrarus. Vid. *Catal. Biblioth.* Mencken. p. 519.

Collectiones PEREGRINATIONVM in Indiam Orientalem, & Indiam Occidentalem, XXV. Partibus comprehensæ, & lingua germanica editæ, cum figuris Fratrum de Bry, & Meriani. *Francof.* 1598 sqq. in fol.

Opus rarissimum, ex indicio *Catalogi Biblioth. Anonym.* P. I. p. 93.

Bar-

Bartholomæus DE PEREGRINIS de sacra Bergomensi Vinea. *Brixiæ* 1553. in 4.

Opus admodum rarum, teste *Catalogo Historicorum* Fresnoio - Mencken. p. 400.

Jo. PEREGRINI, *Petrosélani*, Convivalium Sermonum Liber, meris jocis & salibus non impudicis, nec lascivis, sed utilibus & seriis refertus. Acced. Libellus de variis Moribus Urbium, Virorum & Mulierum. Adjectæ sunt Forcianæ Quæstiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, Autore Philalete Politopiense Cive. *Basileæ, apud Westhemerum*, 1542. in 8.

Liber rarissimus nominatur in *Catalogo Biblioth.* Hasæan. p. 614. & ab aliis etiam inter rariores numeratur. Sub Philaletis Politopiensis nomine latere Hortensium Laudem, Bailletus & Placcius indicant.

Georg. Gometii PEREIRÆ Antoniana Margarita.

Integer titulus ita habet: *Antoniana Margarita. Opus nempe Physicis, Medicis ac Theologis non minus utile quam necessarium. Per Gometium* PEREIRAM *Medicum. Methymnæ Duelli, quæ Hispanorum lingua Medina del Campo appellatur, nunc primum in lucem æditum. A. M D LIIII. decima quarta die Mensis Augusti*, in fol. min. In calce legitur: *Methymnæ Campi excusum est hoc Opus in Officina Chalcographica Guilielmi de Millis* 1554. iterumque 1587. in fol. deinde *Francofurti* 1610. Renatum Cartesium hunc Librum summa diligentia, ne plagium ejus deprehenderetur, suppressisse, ab aliis affirmatur, a Petro Bælio rationibus non contemnendis negatur. v. *Dictionn. Histor.* art. *Pereira*. Asserit tamen Jo. Guil. Bergerus in *Disputat. de Autographis Veterum, Vitemb.* 1723. § 17. p. 26. nec dissentire videtur Bruckerus *Histor. Phil. Crit.* T. IV. P. II. p. 209. Conveniunt tamen in illo omnes, hunc Librum esse rarissimum. "*L'Antoniana Margarita*, „ inquit Mr. Bayle, " est

"un

"un Livre qui eſt devenu fort rare. Il étoit à la Biblio-"theque de Mr. Briot, qui fut vendue à Paris l'an 1679. "Mr. Faure l'y acheta: il l'eut pour deux Louis, & il me "dit, en me le montrant, qu'il n'avoit pas cru qu'on le "laiſſeroit aller à ſi bon marché. Je penſe, que cet exem-"plaire eſt paſſé avec toute la Bibliotheque de Mr. Faure "dans celle de Monſieur de Rheims.„ PEREIRA Librum hunc nuncupavit a Patre, Antonii, & Matre, Margaretæ nomen gerentibus; relatus idcirco a Cl. von Seelen inter Autores, qui Libris ſuis ſingulares & obſcuras inſcriptiones dederunt, quorum Catalogum nectit in *Orat. de doctis Præcocibus* p. 41. Exſtat etiam ejusdem Autoris: *Novæ veræque Medicinæ experimentalis & evidentibus rationibus comprobatæ prima Pars; per Gometium* PEREIRAM *Medicum Methymnæ Duelli* (*quæ Hiſpanorum nomine Medina del Campo nominatur*) *nunc primum in lucem edita. Quæ in hoc Volumine tractantur elenchus verſæ paginæ docebit. Methymnæ Duelli, excudebat Franciſcus a Canto,* 1558. *Menſ. Octobr.* fol. min. Conf. *Theſaurum Bibliothecalem* Tom. II. p. 8. & 9. ſq.

Aegid. PERIANDRI Germania, in qua doctiſſimorum Virorum elogia & judicia continentur, ex diverſiſſ. Poëtarum Monumentis congeſta; quibus addita in ſingulos Autores & Doctos ejusdem judicia. *Francof. ad Mœn. per Petr. Fabricium; impenſ. Sigism. Feyerabend,* 1567. in 8.

Laudatur ut Opus doctum ac rarum, illique pretium III. Imperialium ſtatuitur in *Catalogo Librorum rariſſ.* Bunemanniano p. 114. Nec minus aliud Opus ejusdem Autoris tanquam rarum commendari poteſt, quod inſcribitur: *Aegidii* PERIANDRI, *Bruxelle-Brabantini, Nobilitas Moguntinæ Diœceſis, Metropolitanæque Eccleſiæ Capitularis, uno Libello complexa, quantum fieri potuit accurato Carmine Elegiaco; veros Heroes eorumque laudes complectens. Acceſſit Libellus de ea Nobilitate Canonicorum, quæ Capitularis non eſt; ad nobilem Virum D. Wolfgangum de Worms, dictum a Dalberg, Eccleſiæ Metropolitanæ Scholaſticum.*

In

In Aurea Moguntia, apud Casp. Behem, 1568. in 8. Scriptum sex plagulis constans quadraginta quatuor Insignia buxo eleganter incisa totidem Nobilium Moguntinæ Diœceseos continet, additis Elogiis Carmine Elegiaco expressis. Maximæ ceteroquin est raritatis, & pauciſſimis visum; hinc anxie conquiri, & satis magno pretio comparari solet, a doctis harum cupediarum amatoribus. Idem Autor eriam edidit: *Noctuæ Speculum complectens omnes res memorabiles variasque & admirabiles Tyli Saxonici, novo mane ex idiomate germanico, latino idiomate ligato donatum. Francof.* 1567. in 8. Cum Iconibus singularum historiarum elegantissime buxo insculptis.

Mr. PERRAVLT, *de l'Academie Françoise*, les Hommes illustres, qui ont paru en France pendant ce Siecle; avec leurs Portraits au naturel. *à Paris, chez, Antoine Dezallier, Rue St. Jacques, à la Couronne d'or*, 1696. *avec Privilege du Roi.* in fol. Constat paginis 100. & 51. Imaginibus. Tom. II. *ibid.* 1700. in fol. constat pagg. 100. & 50. Iconibus.

Opus elegantissimum, quo Carol. PERRALTIVS omnium Eruditorum gratiam sibi conciliavit. Recusum fuit Amstelodami sine Iconibus, quæ editio plerorumque manibus teritur. At editio Parisiensis charta maxima nitidissime impressa, & 101. Effigiebus Illustrium ad stuporem usque artificiosissime æri incisis adornata, admodum rara est & pretiosa. Viri illustres, quorum Elogia hic exhibentur & Icones, commemorantur in *Actis Eruditor.* An. 1699. p. 323 sq. & An. 1701. p. 241 sq. Reperiuntur etiam in hac nostra editione originali, quod inprimis raritatis pretium auget, Elogia & Effigies Antonii Arnaldi & Blasii Paschalii, qui Duumviri jussu Superiorum postea deturbati fuerunt ex hoc Opere in gratiam Jesuitarum; quod non sine indignatione narrat P. Bayle *Dict. Hist. Crit.* art. *Arnauld* (B. B.)

Pauli PETAVII, *in Francorum Curia Consiliarii*, Antiquariæ Supellectilis portiuncula, & veterum

veterum Nummorum Gnorisma, constans XII. magnis Tabulis æneis, perpulchra Antiquitatis Monumenta, cum rarioribus Nummorum typis, sed sine expositione, offerentes. *Parisiis* 1610. in 4. *Ejusd.* de Nithardo, Caroli M. Nepote, ac tota ejusdem Nithardi prosapia, breve Syntagma. *ibid.* 1613. in fol.

Libri admodum rari, hinc recusi: prior quidem ab Alb. Henrico de Sallengre in Tomo II. *Novi Thesauri Antiquit. Rom.* posterior autem ab Andrea du Chesne in Tomo II. *Rerum Francicar.* Vid. Burch. Goth. Struvii *Biblioth. Histor.* p. 148.

Sam. PETITI Eclogæ Chronologicæ, in quibus de variis Annorum Judæorum, Samaritanorum, Græcorum, Macedonum, Syro-Macedonum, Romanorum, typis, cyclisque veterum Christianorum Paschalibus disputatur. *Parisiis, apud Morel*, 1632. in 4.

Rarioribus adnumeratur in *Catalogo Bibliothecæ Anonym.* P. II. p. 138.

Sylvestri A PETRA SANCTA Tesseræ Gentilitiæ. *Romæ* 1638. in fol. cum fig.

Vid. *Catal. Biblioth.* Mencken. p. 722.

Theod. PETRÆI, *Lingg. Orient. Propagatoris*, Doctrina Christiana, Armenice, in Latinum versa & publicata. *Amstelod. impensis Autoris, & typis Armeniorum*, 1667. in 8.

Compendium hoc catecheticum Doctrinæ Christianæ Armeniorum admodum rarum esse indicat Rev. Reimmannus in *Catalogo Biblioth. Theol.* p. 401. Conf. Theoph. Sinceri *Bibliotheca Historico-Critic. Libror. rar.* p. 34 sqq. Exstat etiam ejusdem Autoris & NISSELII aliud Scriptum hujus generis sub tit. *Johannis Apostoli & Evangelistæ Epistolæ Catholicæ tres Arabicæ & Aethiopicæ, omnes ad verbum in Latinum versæ; cum vocalium figuris exacte appositis -*

Curæ

Cura & industria Jo. Georg. NISSELII *& Theod.* PETRÆI, *Philolog. Sacræ & Linguar. Oriental. φιλομαθῶν. Lugd. Batavor. ap. Elzevirios*, 1654. Adjungi potest tertium, quod inscribitur: *Prophetia Joël, Aethiopiæ interpretatione latina ad verbum donata, & perbrevi vocum Hebraicarum & Arabicarum Harmonia illustrata, labore & studio M. Theodori* PETRÆI *Cimbri. Lugd. Batav. sumtibus Autoris, & typis Nisselianis*, 1661.

Isaaci PEYRERII Epistola ad Philotimum, una cum Deprecatione ad Alexandrum VII. de Præ-Adamitis. *Romæ, typis S. Congregat. de propag. Fide*, 1657. in 4. *Ejusd.* Epistola, qua exponit rationes, propter quas ejuraverit Sectam Calvini, & Librum de Præ-Adamitis. *Francof.* 1658. in 4.

In pretio habendæ binæ hæ Epistolæ, quia raræ sunt, & Scriptoris Scriptique historiam quandam comprehendunt. Editio gallica extat in Sam. Engel *Catal. Librorum rarior.* P. II. p. 49.

Georg. Mich. PFEFFERKORNII merckwürdige und auserlesene Geschichte von der berühmten Landgrafschaft Thüringen, darinnen das Denckwürdigste von dieses Landes Chronicken, Lage, Fruchtbarkeit, Bergen, Gründen, &c. aus den geschriebenen und gedruckten Chronicken, und andern brieflichen Urkunden, allezeit mit Zusetzung der neuesten Begebnisse, bis auf diese Zeit, aufs kürtzeste und fleissigste, in 33. Capiteln, mit wahrhaftiger und aufrichtiger Feder beschrieben. Anno 1685. in 4. pagg. 562. Sine mentione loci & Typographi, ut & Autoris, cujus nomen in titulo non comparet.

De hoc Libro observandum est, plurima ejus exemplaria esse castrata. Scil. Pfefferkornius in aliquibus narrationibus,

e. gr. de Jo. Friderico II. liberius & minus prudenter scripserat: hinc folia quædam excisa fuerunt. Exemplum, a quo nihil rejectum, extat in Bibliotheca Cyprianica; reliqua exempla autoritate publica mutilata sunt. Vid. Jo. Chr. Coleri *Antholog.* T. I. p. 109. Interdum etiam reperiuntur exemplaria, quibus manu adscripta sunt, quæcunque inde sustulerunt censoris vel justitia, vel aulica prudentia. Vid. Heumanni *Conspect. Reipubl. Litterar.* p. 298. edit. recentiss. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buder. p. 1151.

Eusèb. PHILADELPHI, *Cosmopolitæ*, Dialogi duo de Vita Caroli IX. Regis Galliarum, Reginæque Matris. *Edimburgi* 1574. in 8.

Rarissimi hujus Libri notitiam dedit Jo. Chr. Colerus T. I. *Antholog.* pag. 293. De Autore legatur etiam Placcius in *Theatr. Pseudonym.* p. 497.

Eusebio PHILOPATRO Riflessioni Morali e Theologiche sopra l' Istoria Civile del Regno di Napoli, esposte al Publico in più lettere familiari di due Amici, e divise in due Tomi. *Coloniæ* (revera *Romæ*) 1728. in 4.

Josephus Sanfelicius, S. J., qui sub tecto hoc nomine latet, turpissime in dicto Libro impetum fecit in Petrum Giannonium, Historiæ Civilis Neapolitanæ Scriptorem, cui ita insultatum hic videas, ut convicia atrocissima, calumniæ, scommata, omne denique injuriæ ac contumeliæ genus, in unum quasi cumulum hic congesta compareant. Verum enim vero Liber ejus non solum proscriptus, usuque hominum interdictus fuit; sed Autor etiam ditionis Cæsareæ finibus exulare jussus. Rem copiosius ex publicis Actis enarrant *Acta Eruditor.* 1729. p. 423. 424. Conf. *Merckwürdigkk. Biblioth. Dresd.* T. I. p. 301. sqq.

Het Leven van PHILOPATER. *tot Groeningen* 1691. in 12. Vervolg van 't Leven van PHILOPATER. *ibid.* 1697. in 12.

Libris atheisticis & impiis accenseri communiter solent.

Pauli

Pauli PIASECII Chronica ad annum 1648. *Cracoviæ* 1648. in fol.

Vid. *Catalogus Bibliothecæ* Hübner. p. 193.

Petri PICHERELLI, *Viri doctissimi*, Opuscula Theologica, quæ reperiri potuerunt, partim antea, partim nunc primum edita, quorum Catalogus infra sequitur. *Lugd. Batav. ex Offic. Elzeviriana*, 1629. in 12. pp. 368.

Pauciſſimis hæc Opuſcula fuiſſe viſa monet doctiſſ. Magnus Cruſius in *Diſſertat. Epiſtol. ad Wormium* p. 47. qui illa proinde ob præſtantiam ac raritatem novo prelo deſtinavit. De PICHERELLO conferendus eſt Paulus Colomeſius in *Gallia Oriental. Oper.* p. 26. nos docens Andream Rivetum Opuſculorum Picherelli editorem eſſe.

Jo. Franciſci PICI, *Mirandolani*, de Auro Libri III. in quo de Auro tum æſtimando, tum conficiendo, tum utendo, diſſeritur; cum Explicatione complurium Philoſ. & Medic. Facult. Arcanorum. *Venet.* 1586. in 4.

Libris omnium rariſſimis adnumeratur in *Catal. Biblioth.* Heukelom-Akersloot. P. II. p. 81.

Joſuæ PICTORII, alias *Maalers*, Lexicon Germanico-Latinum.

Sub tit. *Die teutſche Spraach. Alle Wörter, Nahmen und Arten zu reden in hochteutſcher Spraach dem A B C nach ordentlich geſtellt, und mit gutem Latein gantz fleiſſig und ordentlich verdolmetſcht, dergleichen bisher noch nie geſehen. Zürich* 1561. in 4. Debemus hunc titulum Autoribus *der Beyträge zur Crit. Hiſtor. der teutſch. Sprache*; qui tamen ipſum Librum ſibi unquam viſum fuiſſe negant. Conf. *Partem XIII.* p. 4.

Johannis PIDERITII, *Paſt. der Stadt Blumberg*, Chronicon Comitatus Lippiæ, das iſt: Eigentliche Beſchreibung aller Antiquitäten und Hiſtorien der uralten Grafſchaft Lipp,

darinnen zugleich von Aſconis Geſchlecht, Ankunft, Monarchie, Religion, Moribus und Ritterlichen Thaten; von den Römiſchen Kriegen gegen dieſe Länder, Aufbauung der Veſtung Aliſon, Niederlage Quint Vari, Witekindi und Caroli M. Kriegen, Genealogie und Stamm-Linie der Grafen zur Lippe. *Rinteln, bey Peter Lucius*, 1627. in fol. pp. 667.

De raritate hujus Operis teſtantur *Catalogus* Bünemanni p. 67. *Catalogus* item *Biblioth.* Haſæan. p. 281. Nos etiam edocti experientia idem atteſtari poſſumus.

L' Abbé DE S. PIERRE Reflexions Critiques ſur les Travaux de l'Academie Françoiſe.

Libri hujus XL. ſaltem exemplaria fuiſſe impreſſa, refert Cl. Schelhornius Tom. II. *Amœnitat.* p. 391.

Theodorici PIESPORDII Stemma Auſtriacum. *Bruxell.* 1620. fol.

Opus valde rarum XII. æneis Tabulis conſtans ampliſſimi ſpatii. Vid. Jac. Frid. Reimmannus *de Libris Genealog. rar.* P. II. p. 187. Jo. Hübneri *Biblioth. Genealog.* p. 392. ſqq.

Franciſci DE PIETRI Storia Napoletana. *Napoli* 1634. in fol.

Raritatem indicat *Catalogus Hiſtor.* Fresnoio-Mencken. pag. 372. his verbis: "iſt ſehr rar, wiewol nur der erſte "Theil gedruckt.„

Jo. Bapt. PIGNÆ de Principibus Ateſtinis Libri IIX. *Ferrariæ* 1585. in 4. iterumque *ibid.* 1596. in fol.

Germanice prodiit: *treulich, deutlich und fleißig in gemein Hochdeutſch gebracht, durch ihrer Fürſtlichen Durchl. deutſchen Secretarien, Tiburtum Dreyfilder. Maintz, durch Caſpar Behem*, 1580. in fol. Liber admodum rarus, cujus notitiam hauries ex Jo. Frid. Reimmanno *de Libris Geneal. rarior.* P. II. p. 182. ſq. & Jo. Hübneri *Bibliotheca Geneal.* p. 308. *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buder. p. 1445.

PIN-

PINDARI, *Lyricorum Principis*, plus quam ſexcentis in locis emaculati &c. Opera Eraſmi Schmidii, Delitiani, Græc. & Math. Prof. P. *Witebergæ, ſumtibus Zach. Schureri*, 1616. in 4. pagg. 1257.

Raritas & præſtantia indicatur in *Merckwürdigkk. Biblioth. Dresd.* T. II. p. 467. ſq. # vide infra.

Rocchi PIRRI Sicilia Sacra, Tomi IV. *Panormi* 1630. ſqq. in fol.

Inter rariſſimos antea numerabatur hic Liber, nunc recuſus in *Theſauro Antiquitatum & Hiſtoriarum Siciliæ*. Vid. *Acta Eruditor.* 1724. pag. 152. Editio hujus *Siciliæ Sacræ* tertia emendata & Continuatione aucta *cura Antonii Mongitore* prodiit *Panormi* 1733. in fol. Vid. *Biblioth. Hiſtorica* Struv-Buder. p. 1418.

Aloyſii PISAVRII, *Patricii Veneti*, de priſcorum Sapientum placitis, ac optimo philoſophandi genere Sententiæ & Theoremata varia ad ingenuas diſciplinas pertinentia. *Patavii* 1567. in 4.

Curatam Libri hujus rarioris recenſionem dedit doctiſſ. Heumannus *Actorum Philoſoph.* P. X. p. 635. ſqq. Raritatem etiam indicat Cl. Kahlius in *Bibliotheca Philoſ. Struv.* P. I. p. 153.

Joſeph DE LA PISE Tableau de l' Hiſtoire des Princes, & de la Principauté d' Orange. *à la Haye* 1639. in fol.

Raritatem indicat Ern. Joach. de Weſtphalen Tom. III. *Monumentor. ineditor. Præfat.* p. 109.

Jo. PISTORII, *Nidani, Medic. D. & Marchion. Badenſ. Conſiliarii*, Artis Cabbaliſticæ, hoc eſt, reconditæ Theologiæ & Philoſophiæ Scriptorum Tomus I. in quo præter Pauli Ricii Theologicos & Philoſophicos Libros ſunt

Hic addendus est Petri Pintor, medici papae Alex. 6ti, liber de morbo foedo hisce temporibus affligente — vide Moehsens Geschichte der Wissenschaften in der Mark Brandenburg (cf. ... Baden, ... pag. 70. ... 1816.)

latini pene omnes & hebræi nonnulli præstantissimi Scriptores, qui artem Commentariis suis illustrarunt. Opus omnibus Theologis, & occultæ abstrusæque Philosophiæ Studiosis perneceſſarium, & hactenus a clarissimis multis Viris magno desiderio exspectatum. *Cum gratia & Privilegio Cæsareæ Majest. Basileæ, per Sebastum Henr. Petri, 1587. mense Aprili,* in fol. pp. 979.

Continentur in hoc Opere parum obvio, & plures ob causas hodie rariori: *Pauli Ricii Scripta; R. Josephi Castilienſis Porta Lucis; Leonis Hebræi de Amore Dialogi III; Jo. Reuchlini Ars Cabalistica; Ejusd. de Verbo mirifico Libri III; Archangeli Burgonovenſis Cabalistarum Dogmata; Abrahami Sephis Jezira.* In Præfatione refert PISTORIVS, se jussu summi alicujus & primarii Principis Germaniæ tales Scriptores congregasse, & typis publicis evulgasse, additque: *Sequentur alii in ſecundo Tomo ex hebraica literatura, majorum Gentium Cabalistæ.* Alterum hunc Tomum, quem Autor hic promittit, sedulo ubivis pervestigatum nullibi reperire potui. Hinc certissima conjectura auguror illum nunquam prodiisse; licet istud innuere videantur tum Dan. Georg. Morhofius scribens Tom. I. *Polyhistor.* Lib. I. Cap. X. p. 99: "Legendi de Cabbalisticis Libri III. Reuchlini, & "illi omnes, quos aliquot Voluminibus in fol. Jo. Pistorius "Basil. 1587. edidit; „ tum etiam Rich. Simon, qui in *Bibliotheca Selecta* T. I. p. 322. Artis Cabalisticæ Scriptores Tomis II. ex Bibliotheca Jo. Pistorii prodiisse asserit. Lege de hac Collectione Pistoriana præter Rich. Simonem Jo. Franc. Buddeum in *Introduct. ad Histor. Philoſ. Hebr.* p. 223. Petrum Bælium in *Dictionario* T. III. p. 2315. Jo. Christ. Wolfium in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 1245. sq.

Petri PITHOEI Opera sacra, Juridica, Historica, Critica, Miscellanea. *Paris.* 1609. in 4.

Liber admodum rarus dicitur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruch. p. 194.

PLAN

PLANTES Orientales & Occidentales, au nombre de 320 repreſentées en 320 très-belles planches, parfaitement bien gravées par Boſſe, Robert & Chatillon. *à Paris de l'imprimerie Roïale.* 1701. in fol. 2 Voll.

De opere hoc ſequentia annotat *Bibliotheca Anonymian.* P. I. p. 63. „Les Planches de cet ouvrage, qui n'a jamais „été rendu public, ſont dans le Cabinet du Roi. Il n'y „en a eu qu'un très petit nombre detiré; & cet exemplaire, „qui eſt en grand papier, eſt de la derniere beauté & „très-rare.„

Baptiſtæ Sacchi Cremonenſis, vulgo appellati PLATINÆ, Hiſtoria inclytæ urbis Mantuæ & Sereniſſimæ Familiæ Gonzagæ in Libros VI. diviſa, & nunc primum ex Bibliotheca Cæſarea a Petro Lambecio in lucem edita, atque neceſſariis adnotationibus illuſtrata. *Vindob.* 1675. in 4.

Liber perrarus & autoritate publica ſuppreſſus, cujus uberiorem notitiam dant Serpilius *de Libris rarior.* pag. 25 ſqq. Scheiben *freymüthige Gedancken* p. 165. ſqq. "Dies "Buch iſt jederzeit ſo rar geweſen, „ ſcribit *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 488. "dafs der gelehr-"te Naudæus nicht einmahl hat glauben wollen, dafs es "gedruckt worden ſey. Allein die Herren Journaliſten "von Venedig in Tom. III. p. 424. haben die Wahrheit "davon gar fein ans Licht gebracht.„ Nuper Ludov. Anton. Muratorius hanc Platinæ Hiſtoriam in *Tomo XX. Scriptor. rerum Ital.* publicandam duxit. Vid. *Acta Eruditor.* 1733. p. 397.

- - - Hiſtoria de Vitis Romanorum Pontificum.

Liber variis quidem locis & temporibus excuſus, cujus tamen illæ editiones præcipue æſtimantur, quæ Seculo XV. editæ, quippe nondum caſtratæ, ſed parum obviæ. "Les

"derniers editions de Platine, „ verba sunt Bælii in *Diction. Histor.* "ne sont pas plus fidelles, par Exemple "dans la vie du Pape Cletus p. 13. de l'edit. de *Jean Petit.* "1530. in 8. on lit: *Uxorem habuit in Bithynia;* à quoi "est aussi conformé une ancienne traduction Italienne; au "lieu que par une depravation grossiere les editions suivan- "tes ont: *Uxorem non habens in Bithynia.* „ Versio Italica quam innuit doctissimus Bælius, eadem procul dubio erit cum illa, quam exhibet Haym *Notiz. de libr. rari* p. 103. *La Istoria di Battista* PLATINA *delle vite de' Pontifici sino a Paolo II. con il seguito d' Onofrio Panvinio sino a Paolo IV. e le annotazioni dello Stesso Panvinio, tradotta par Lucio Fauno. In Venezia per Michel Tramezino* 1563. in 4. De qua editione observat, "si trovano molte particularita, che "nelle altre sono state lasciate fuori. „ Servo inter reculas meas versionem hujus libri Gallicam, *Paris.* 1551. in 8. *apud Jean Real* impressam, in qua p. 14. legitur: *il fut marié en Bithynie.* At eadem verba, quæ in decem & amplius editionibus leguntur, in recentioribus non tantum contra fidem, sed inepte quoque & ridicule mutata sunt in hanc sententiam: *Vixit annos octoginta quatuor, Uxorem non habens in Bithynia;* quasi nempe alibi uxorem Lucas, non autem in Bithynia habuisset. Conf. Casp. Löscheri *Tractat. de Latrocin. Libror.* p. 86. Casp. Sagittarius in *Introd. ad Hist. Eccles.* T. I. p. 657. sqq. Jo. Frid. Mayeri *diss. de Pontificibus R. uxoratis, Kilon.* 1699. habit. §. 8. & Joan. Christ. Götze *Merkwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 389. sqq. ex quo sequentia huc transcribenda duximus: "Es werden folgen- "de drey Kennzeichen einer rechten Edition des PLATI- "NÆ angegeben: 1) Das aus dem Leben Cleti angeführte; "2) dass von Joanne VII. erzehlet wird, dass er eine Frauens- "Person gewesen; wiewol PLATINA dabey saget: hæc "quæ dixi, vulgo feruntur incertis tamen & obscuris au- "ctoribus; 3) dass von dem Pabst Pio II. vorgegeben "wird, als ob er zu sagen pflegen, dass man wichtige Ursa- "chen gehabt, den Geistlichen das Heirathen zu verbieten, "dass aber noch viel wichtigere vorhanden wären, es ihnen "zu erlauben. „

Le

Le PLATONISME devoilé, ou Eſſai touchant le verbe Platonicien. Diviſé en deux parties. *à Cologne*, 1700. in 8. pagg. 395.

Liber peſtilentiſſimus, cujus Autor eſt Souverainius, confutatus a P. Balto, Jo. Frid. Mayero, Jo. G. Neumanno & aliis. Vid. *Bibliotheca* Reimmannian. pag. 669. Recenſetur hoc ſcriptum, quod etiam Anglice prodiit 1700. in 4. ſub titulo: *Platoniſm Unueild, or An Eſſay &c.* in *Nouvelles de la Republ. des Lettres.* 1700. Juil. p. 100. ſqq. *Hiſt. des Ouvrag. des Sav.* 1700. p. 97. Mich. Lilienthal *Biblioth. Theol.* p. 938. ſq. L. M. Artemonius in *Initio Evang. S. Joann. reſtituto & illuſtrat.* p. 335. mentionem facit alius tractatus MSti ejusdem Autoris, cui tit. *Generales quædam ſuper initium S. Joannis Evangelii Reflexiones.*

Eduardi POCOCKII Specimen Hiſtoriæ Arabum, ſive Gregorii Abulpharagii, Malacienſis, de origine & moribus Arabum ſuccincta narratio, in linguam Latinam converſa, notisque e probatiſſimis apud ipſos autoribus fuſius illuſtrata. *Oxon.* 1650. in 4.

Liber admodum rarus vocatur a Rich. Simonio, qui illum copioſe recenſet Tom. III. *Biblioth. Critiq.* p. 63. ſqq. & T. II. *Biblioth. Choiſ.* p. 93. Conf. Jac. Bruckeri *Hiſtoriam Critic. Philoſ.* T. III. p. 913.

POEMATA varia doctorum piorumque virorum de corrupto Eccleſiæ Statu, ante noſtram ætatem conſcripta, cum præf. Flacii. *Baſil. ex offic. Ludov. Lucii*, 1557. in 8.

Carmina hæc non ubique hodie obvia eſſe, & digna omnino, quæ novæ aliquando Flaciani *Catalogi Teſtium veritatis* editioni annectantur, vel etiam denuo ſeorſim prelo ſubjiciantur, ſcribit Cl. Jo. Georg. Schelhornius *Amœnit. Hiſtor. Eccleſiaſt.* T. II. p. 655. Pretium illis IV. imperialium ſtatuitur a Cl. Bünemanno in *Catalogo Libror. rariſſ.* p. 113. Plura de hoc libro leguntur in Pol. Leyſeri *Hiſtoria Poëtar. med. ævi* p. 979.

POETÆ Satyrici minores, de corrupto Reip. ſtatu, cum Jani Douſæ, Caſp. Barthii & M. Z. Boxhornii notis. *Lugd. Batav.* 1633. in 12.

Liber valde rarus ex indicio *Catalog. Biblioth.* Schalbruch. P. III. p. 26.

POETE ſans fard.

Scriptum penitus fere ſuppreſſum; de quo in *Journal Literaire* a. 1715. T. VI. p. 452. hæc lego: "Il y a envi-"ron 20. ans que Gaçon fit imprimer un premier ouvrage "ſous le titre de *Poete ſans fard.* Il y commit tant d'excés "ſatyriques, que Monſeigneur Boucherat, lors Chancelier, "à qu'il fut denoncé, en fit ſupprimer les Exemplaires, & "fit ſubir pluſieurs mois de priſon à l' Auteur."

Antoine LE POIX diſcours ſur les Medailles & gravures antiques, principalement Romaines. *à Paris* 1579. in 4.

Vid. *Catalog. Biblioth.* Mencken. p. 225.

Amandi POLANI *a Polensdorf* Neues Teſtament. vid. Novum TESTAMENTVM.

Entwurf einer wohleingerichteten POLICEY.

Hæc Sciagraphia a Theodoro Ludovico Lau, cujus duo ſcripta atheiſtica ſupra jam recenſuimus, a. 1717. *Francofurti* primum evulgata, poſtea 1719. cum tribus aliis ejusdem Autoris opuſculis recuſa, ſub titulo: *Aufrichtiger Vorſchlag von glücklicher, vortheilhaftiger, beſtändiger Einrichtung der Intraden und Einkünfte der Souverainen und ihrer Unterthanen, in welchen von Policey- und Cammer-Negotien und Steuer-Sachen gehandelt wird, entworfen von dem hochfürſtlich-churländiſchen Hoffrath und Cabinets-Directeur, Theodor. Ludew. Lau. Franckfurt am Mayn, verlegts Frid. Wilh. Förſter.* 1719. in 4. Sed poſt primam ſtatim publicationem in ſuſpicionem Atheiſmi adductus eſt a Chriſtiano Thomaſio in *Notis ad Teſtamentum Melch. von Oſſe* p. 500. ſqq. Satis copioſe de hoc libro agitur & vita Autoris percenſetur in *Nachrichten von den Büchern in der Stolliſchen*

Stollischen Biblioth. p. 366. sqq. Conf. Reimmanni *Historia Atheismi* pag. 523. *Beytræge zur Critischen Historie der deutschen Sprache*, P. II. p. 234 sqq.

Reginaldi POLI, *Cardinalis*, pro Ecclesiasticæ unitatis defensione Libri IV.

Quatuor hujus operis, quod recensetur in *Nov-Antiq. Theol.* 1701. p. 309. sqq. habentur editiones, quæ omnes raræ sunt. Prima *Romæ per Anton. Bladum Asulanum* in fol. anno non indicato prodiit, ab ipso tamen autore postea fuit suppressa. Unde factum est, ut hæc editio libris omnium rarissimis annumeranda sit, & vel in ipsis instructissimis Principum Bibliothecis desideretur. Secunda *Argentorati, cum præfat. Petri Pauli Vergerii, per Wendelinum Rihelium* 1555. in fol. plag. 43. excusa est; etiam hæc editio in pauciſſimorum manibus versatur. Tertia editio *Ingolstadii in officina Davidis Sartorii* 1587. in 8. recusa multo adhuc infrequentior est Argentoratensi. Denique opus hoc Poli recusum etiam exhibetur in Jo. Thom. de Roccaberti *Bibliotheca maxima Pontificia* T. XVIII. p. 191. sqq. Legatur omnino doctissimi Joan. Georg. Schelhornii Historia hujus operis raro obvii in *Amœnitat. Histor. Ecclesiast.* T. I. p. 1. sqq. & 963. sq.

La Hypnerotomachia di POLIPHILO, cioe Pugna d' Amore in Sogno. Dou' egli mostra, che tutte le cose humane non sono altro che Sogno: & dove narra molt' altre cose degne di cognitione. Ristampato di novo & ricorretto con somma diligentia, a maggior commodo de i Lettori. *In Venetia de Figlivoli d' Aldo*, 1545. in fol.

Liber valde rarus, & non solum incognitus Nic. Franc. Haym, qui ejus nullam fecit mentionem in *Notizia de libri rari nella Lingua Italiana;* sed plurimis aliis Bibliothecariis. Prima editio *Venetiis in ædibus Aldi Manutii* 1499. prodiit. Poliphili sub nomine latet Frater Franciscus Columna, investigandus ex Litteris initialibus singulorum capitum, quæ

si

si colligantur, exhibent hæc: POLIAM *Frater Franciscus* COLVMNA *peramavit*. Reperiuntur in hac nostra editione quam plurimæ figuræ omnis generis antiquitatum sculptæ secundum formam adumbrationis Raphaëlis Urbinatis. In plerisque exemplaribus figuram Sacrificii Priapi desiderari disco ex *Catalogo Bibliothecæ selectiss. Comitis* de Schönberg T. I. p. 130. Quæ de isto libro leguntur apud Vossium de *Histor. Latin.* & Placcium *Theatr. Pseud.* p. 515. 516. non satis accurata sunt. Gallicas hujus operis Versiones recenset Mr. de la Monnoye pec. *dissertatione sur le Songe de Poliphile*, inserta Menagianis T. IV. p. 69-85. Conf. Aug. Beyeri *Memor. Libr. rar.* p. 11. sq. & *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 65. sqq.

Petri POMPONATII, *Mantuani*, Tractatus de immortalitate Animæ. A. 1534. in 12.

Liber inter rariores rarissimus, & propter Atheistica dogmata publice combustus. Vid. Bayle *Dictionair. & Nova Act. Erudit.* 1736. p. 136. In *Catalogo Bibliothecæ* Uffenbachian. T. I. p. 770. pretium VI. imperialium est appositum huic editioni, quæ tamen quamvis gerat a. 1534. judice Mich. Maittaire T. II. *Annal. Typogr.* p. 805. videtur valde recentior esse, titulumque confictum habere. Eadem hæc editio nuperrime etiam in Germania typis recentissimis annum tamen 1534. referens iterum recusa est. Vid. Herm. Ulr. von Lingen *Schriften* P. III. p. 193. & Sam. Engel *Catal. Libr. rar.* p. 129. Possideo editionem in forma octava impressam, antiquitatis notam ubique ostentantem, cui vero titulum demsit nescio quis. Hanc omnium primam ac rarissimam esse arbitror. Constat pag. 128. ad calcem hæc leguntur: *Finis impositus est huic tractatui per me Petrum, filium Joannis Nicolai Pomponatii de Mantua, die 24. mensis Septemb. anno Christi* 1516. *Bononiæ anno* 4. *Pontificatus Leonis X. ad laudem individuæ Trinitatis &c.*

Petri POMPONATII, *Mantuani*, Tractatus utilissimus in quo disputatur penes quid intensio & remissio formarum attendantur, nec minus parvitas & magnitudo. in 4. fol. 70.

Sub

Sub examen hic vocatur ejusdem argumenti liber a Richardo Suiſſetho confectus. In fine hæc leguntur: *Ad laudem Dei omnipotentis & divi Auguſtini, in cujus feſtivitate ego* PETRVS, *filius Joannis Nicolai* POMPONATII, *de Mantua, finem impoſui dicto tractatui, anno Chriſtianorum* 1514. *In Civitate Bononiæ, annoque ſecundo Leonis decimi ſummi Pontificis. Impreſſum Bononiæ, per Hieronymum Platonidem de Benedictis, Civem Bononienſem. Anno Domini* 1514. Extare hanc editionem in Bibliotheca regia Dresdenſi docent *Merckwürdigkeiten Bibl. Dresd.* T. II. pag. 413.

Petri POMPONATII, *Mantuani*, Tractatus de Reactione, item quæſtione: an actio realis immediate fieri poteſt per Species ſpirituales? *Bononiæ in ædibus Benedicti Hectoris Bononienſis* 1515. in fol. pagg. 66.

Iterum extat in Bibliotheca R. Dresdenſi, vid. l. c.

Petri POMPONATII, *Mantuani*, Tractatus de Nutritione & Auctione. *Bononiæ, per Hieronymum de Benedictis*, 1521. in fol. pagg. 98.

Etiam hic liber adeſt in Bibliotheca Dresdenſi.

Petri POMPONATII, *Mantuani*, Tractatus acutiſſimi, utiliſſimi & mere peripatetici: De intenſione & remiſſione formarum, ac de parvitate ac magnitudine. De Reactione. De modo agendi primarum qualitatum. De immortalitate animæ. Apologiæ Libri tres. Contradictoris Tractatus doctiſſimus. Defenſorium Autoris. Approbationes rationum defenſorii per fratrem Chryſoſthomum Theologum. De nutritione & augmentatione. *Venetiis impreſſ. arte & ſumtibus hæredum quondam Domini Octaviani Scoti*, 1525. in fol. pagg. 278.

Prima

Prima operum Pomponatii Collectio, pauciſſimis olim cognita, quam recenſent Mr. Jordan *Hiſtoire d'un Voyage Literaire*, p. 73. edit. Hag. 1736. Herm. Ulr. von Lingen P. III. p. 193. *Merckwürdigkeiten Bibl. Dresd.* T. II. p. 415 ſq. Joan. Chr. Mylii *Memorabilia Biblioth. Jenenſis* p. 516.

Petri POMPONATII *Mantuani, ſummi & clariſſimi ſuo tempore Philoſophi*, de Naturalium effectuum cauſis, ſive de Incantationibus, Opus abſtruſioris Philoſophiæ plenum, & breviſſimis Hiſtoriis illuſtratum, atque ante annos 35 compoſitum, nunc primum vero in lucem feliciter editum; adjectis brevibus Scholiis a Guil. Gratarolo, Phyſico Bergomate. *Baſileæ, per Henricum Petri.* 1556. in 8. pagg. 349.

Libris atheiſticis adnumeratur a Reverendiſſ. Löſchero in *Nov-Antiquis Theolog.* 1702. p. 827. ſqq. ubi recenſetur. Copioſiorem recenſionem habes Tom. II. *Actor. Philoſoph.* p. 341. ſqq. ut & in *Bibliothec. Antiqua Struviana* p. 249 ſqq. Chriſt. Thomaſius in *diſſ. de Crimine Magiæ* §. 3. ſibi nunquam hunc librum fuiſſe viſum fatetur.

- - - Opera 1) de Naturalium effectuum admirandorum cauſſis & de incantationibus; 2) de fato; 3) de Libero arbitrio; 4) de prædeſtinatione; 5) de Providentia Dei, Libri V. *Baſileæ, ex officina H. Petri.* 1567. in 8. pp. 1015.

Luculentiſſime de hoc libro agit Cl. Heumannus T. II. *Actor. Philoſoph.* p. 340. ſqq. Conf. *Theſaurus Bibliothecalis* T. I. p. 291. ſqq. Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* p. 248 ſqq. Addantur de Pomponatii Vita & Scriptis exponentes S. R. Bruckerus in *Hiſtoria Critic. Phil.* T. IV. p. 158-182. & Niceronius Tom. XXV. *Memoir.* ut & in *Nov. Act. Erud.* 1736. p. 135-138.

Petri

Petri POMPONATII, *Mantuani Philosophi*, Operum MStorum & evulgatorum Nomenclator, ex Bibliotheca Jo. Bourdelotii. *Parisiis, apud Clodomerum Cotard*, 1633. in 8.

Catalogum hunc inspiciendi mirabili cupiditate se ardere fatetur J. G. Olearius in *dissert. de Pomponatio* §. 34.

Joannis Isaaci PONTANI Originum Francicarum Libri sex. *Harderovici* 1616. in 4.

Raro hodie prostat hic liber, in quo præter Germaniæ & Rheni Chorographiam, Francorum Origines, & primæ sedes aliaque notatu digna continentur. Vid. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buder. p. 747.

Mr. de la POPELLINIERE l' Amiral de France, & par occasion de celui des autres Nations tant vieilles, que nouvelles. *à Paris*, 1584. 4.

Librum hunc plane eximiæ raritatis esse testatur *Catalogus Biblioth.* Heukelom-Akersloot. P. II. p. 125.

PORCHETI *de Salvaticis, Genuensis*, Victoria adversus impios Hebræos, in qua tum ex sacris litteris, tum ex dictis Talmud. ac Cabbalistarum, & aliorum omnium Autorum, quas Hebræi recipiunt, monstratur veritas Catholicæ fidei: ex recognitione R. P. Aug. Justiniani, Ord. Prædicat. Episcopi Nebiensis. *Paris.* 1520. in 4. maj. 94. integr. fol.

Liber admodum rarus, quem more suo diligenter, adcurate & copiose recensetJo. Christ. Wolfius Tom. II. *Bibliothec. Hebraic.* p. 1001. 1124. sqq.

PORPHYRIVS de Abstinentia ab esu animantium, ex versione Jo. Bernardi Feliciani. *Venet. apud Jo. Gryphium* 1547. in 4.

Rarius obvia est hæc interpretatio, & neutri interpretum, qui postea libros hos latine verterunt, visa. Plura dabit Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. Græc.* Tom. IV. p. 384.

Philippe

Philippe des PORTES Pſeaumes de David, mis en Vers françois. *à Paris* 1604. in 12.

Rarum imo perrarum eſſe hunc librum indicatur in *Theſauro Epiſtolico* Lacroziano T. I. p. 214. Sebaſtianus Kortholtus in Literis ad Cl. Lacrozium ſcribit: "Te Doctore "didici *Philippum de* PORTIS *Carmina Sapphica Gallica* "elucubraſſe: *Pſalmorum verſionem Gallicam* & quidem "rariorem, ab ingenio hujus autoris profectam eſſe &c.„ Ingenti elogio hæc verſio mactatur in *Memoriis Trevoltinis* a. 1712. p. 485. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Notitia Metaphraſtarum Davidis* p. 104.

Simonis PORTII, *Neapolitani*, de Mente humana liber. *Florentiæ* 1551. in 4.

Recuſus poſtea cum *Jac. Antonini Martæ, Neapolitani, Apologia de animæ immortalitate &c. & digreſſione, quod intellectus ſit multiplicatus. Neapoli* 1578. fol. Opus infrequens & ſumme rarum, de quo hæc leguntur in B. G. Struvii *Introduction. ad Hiſtor. Litter.* Cap. IX. §. 7. "Simon Portius in diſputationibus ſuis *de Anima & mente* "*humana. Florent.* 1551. 4. Pomponatii Præceptoris ſui "culpæ adfinis, animas cum corpore interituras credidit. "Opus hoc impium & porco non homine autore dignum "judicat in Bibliotheca Gesnerus, & qui ex eo hauſit Nico"laus Toppius.„ Conferantur omnino Bruckeri *Hiſt. Critic. Philoſ.* T. IV. p. 183. ſq. & *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. II. p. 419. ſqq. Ejusd. PORTII *de Rerum Naturalium Principiis Libri duo, Neapol.* 1553. in 4. pagg. 160. antea rariſſimi recuſi ſunt *Marpurgi* 1598. in 8. De cæteris *Simonis* PORTII Scriptis evolve G. A. Mercklini *Lindenium renovatum* p. 974.

Les PORTRAITS des Hommes illuſtres François, depeints dans la Gallerie du Palais du Cardinal Richelieu, avec leurs principales actions, armes, deviſes & eloges latins, deſignez & gravez par Zacharias Heince & François Bignon, Peintres & Graveurs ordinaires du Roi. Enſemble

Enſemble les Abregez Hiſtoriques de leurs Vies, compoſez par Marc Vulſon, Sieur de la COLOMBIERE, Gentilhomme ordinaire de la Chambre du Roi. *à Paris* 1650. in folio maximo.

Continet ſplendidum hoc opus, Catalogo Iconographico Apini inſerendum, 25 Icones. Editio *Pariſienſ.* 1668. in 8. extat in *Catalogo Bibl.* Uffenbach. T. II. p. 433.

PORTRAITS des Princes, Seigneurs & Perſonnes illuſtres, par Balthaſar MONCORNET. *à Paris* 1680. in fol.

PORTRAITS des illuſtres François & etrangers, avec leurs Eloges ſommaires; gravez par Pierre DURET & dediez à Mr. de Chevreuſe. *à Paris* 1652. in 4.

Utrumque opus inſerendum eſt Catalogo Iconographorum, qui legitur in Apini *Anleitung wie Bilder zu ſammlen.*

POURTRAITS & Vies des Hommes illuſtres Grecs, Latins & Payens, recueillez de leurs Tableaux, Livres, Medailles, antiques & modernes. Par André Thevet, Angoumoyſin, premier Cosmographe du Roy. *à Paris, par la Veufve J. Kervert & G. Chaudiere.* 1584. in fol.

Eximiæ raritatis opus copioſe recenſetur in *Theſaur. Biblioth.* T. II. p. 349 ſqq.

Guilielmi POSTELLI Scripta pleraque; imprimis vero ſequentia:

- - - De orbis Concordia Libri IV.

Duplex libri hujus rariſſimi editio extat, altera in *octava* forma, altera in *folio*, utraque ſine loci & temporis indicio. Editio in octavo eſt ſine dubio antiquior, continetque primum ſaltem librum. Extat illa in *Biblioth. Uffenbach.* T. I. p. 765. hac inſcriptione: *Gail.* POSTELLI *quatuor Librorum*

rum de orbis terræ Concordia, primus; excud. Petrus Gromorosus. Altera editio, quam recensent Thomas Ittigius in *Opuscul.* p. 251. & Sallengre T. I. *Memoir. de Litterature* p. 30 sqq. hunc præfert titulum: *De orbis terræ Concordia Libri IV. multijuga eruditione ac pietate referti, quibus nihil hoc tam perturbato rerum statu, vel utilius, vel accommodatius potuisse in publicum edi, quivis æquus lector judicabit. Guilielmo* POSTELLO, *Barentonio, Mathematum in Academia Lutetiana Professore Regio, Autore.* in fol. pagg. 456. In primo libro Religionis Christianæ placita rationibus Philosophicis docentur. In Libr. II. Vita, educatio, moresque Muhamedis ejusque sectatorum traditur, & Alcoranus a Capite ad calcem excutitur & refutatur. In III. quid commune totus orbis tam jure humano quam divino habeat. In IV. qua arte sine seditione falsæ de Deo diisque persuasiones ad veram pertrahi possint. Gesnerus in *Biblioth.* commemorat prodiisse hanc editionem *Basileæ, apud Joan. Oporinum* 1544. Vid. Maittaire *Annal. Typogr.* T. III. p. 217.

Guilielmi POSTELLI de Nativitate Mediatoris ultima nunc futura, & toti orbi terrarum in singulis ratione præditis manifestanda, opus; in quo totius Naturæ obscuritas, origo & creatio ita cum sua caussa illustratur, exponiturque, ut vel pueris sint manifesta, quæ in Theosophiæ & Philosophiæ arcanis hactenus fuere. Autore Spiritu Christi, Exscriptore *Guilielmo* POSTELLO, *Apostolica professione sacerdote.* in 4. pagg. 188.

Editio quam tractavi, nullam nec anni, nec temporis notam habebat. Frisius interim in *Bibl.* p. 309. *Basileæ* 1547. hunc librum prodiisse narrat, quod & in *Catalogo Biblioth.* Hasæan. p. 761. legitur. Præfationem his verbis claudit Autor: *Hoc facite Patres, ut nemo perfunctorie hæc scripta legat, quia non nostra sunt, sed Christi, in nobis sensibiliter suum evangelium exponentis. Inutile Servorum Dei mancipium Elias Pandochæus.* Recensent hunc librum Thom. Ittigius in *diss. de Postello* l. c. p. 257. Mr. de Sallengre T. I. *Memoir. de Litter.* p. 35 sqq. *Guill.*

Guill. POSTEL les tres merveilleuſes Victoires des Femmes du monde, & comme elles doivent à tout le monde par raiſon commander; & même à ceux, qui auront la Monarchie du monde vieuil. Livret écrit par G. POSTEL. à Madame Margarite de France. *à Paris, de l'imprimerie de Jehan Gueullard* 1553. in 24.

Diligenter & accurate recenſetur a Theod. Haſæo in *Biblioth. Bremenſ.* pag. 702 ſqq. itemque a Mr. Sallengre T. II. *Memoir. de Litterature* p. 196. qui recenſionem ſuam his verbis inchoat: "Tous ceux qui ont oüi parler "de Poſtel ont auſſi oüi parler de ce livre, qu'on nom-"me communement *la mere Jeanne de Poſtel;* Livre au "reſte ſi rare, que, quoi qu'une infinité d'Auteurs en "ayent fait mention, presque aucun d'entre eux ne le "cite comme l'ayant vû &c.„ MStus extat in *Bibliotheca* Uffenbach. T. III. p. 683. impreſſus in Sam. Engel *Catalogo Libror. rariſſ.* p. 131.

\- - - de Virgine Veneta Liber.

Scriptum ipſa raritate rarius, de quo Scriptores vitæ POSTELLI non ſatis adcurate exponunt, confundentes hunc plerumque cum priore *de la mere Jeanne.* Vid. *Eſſais de Litterature* T. I. p. 124. Mentionem ejus facit Matth. Flacius in præfatione, quam Poſtelli Epiſtolæ ad Schwenckfeldium, nuper in *Nov-Antiq. Theol.* 1729. p. 882 ſqq. recuſæ, præmiſit. Ex qua diſcimus, Librum iſtum *Venetiis* 1555. prodiiſſe, & impia multa ac fœda continere. Proſtat in Bibliotheca Uffenbachiana p. 767. hoc inſignitus titulo: *Guil.* POSTELLO *le prime nove del altro mondo cioe l'admirabile hiſtoria intitulata: La Vergine Venetiana, appreſſo del Autore* 1555. in 8. pagg. 80. Illuſtris Poſſeſſor pretium 20 Talerorum huic ſcripto appoſuit. Extat quoque in Bibliotheca Regia Dresdenſi, & copioſe recenſetur in *Merckwürdigkeiten Bibl. Dresd.* T. II. p. 437-440.

\- - - Il libro della divina ordinatione, dove ſi tratta delle coſe miraculoſe, le quali

ſono ſtate, & ſino al fine hanno da eſſere in Venetia &c. *In Padoua* 1555. in 8. pp. 56.

Liber hic POSTELLI *de divina Ordinatione*, ſcriptus videtur in confirmationem nugarum in præcedenti comprehenſarum. Extat MStus in Bibliotheca Uffenbach. T. III. p. 754. impreſſus vero in Bibliotheca Reg. Dresdenſi.

Guilielmi POSTELLI de rationibus Spiritus S. Libri II. *Pariſiis* 1543. *apud Petrum Gromoroſum.* in 8.

Dicti ſunt ab Autore hi libri de rationibus Spiritus S. propterea, quod doctrinam Spiritus S. h. e. Chriſtianam ad ſua usque tempora Autoritate fere propagatam jam rationibus confirmandam putaret. Atque ita duo hi Libri quaſi Theologiam quandam Dogmaticam & Moralem complectuntur, immixta utrobique, & ſæpius quidem, confutatione adverſariorum. Satis copioſe recenſentur hi libri, multo rariores cæteris POSTELLI ſcriptis, a Cornel. Dieter. Koch in *Actis Societatis Conantium, inſertis Annalibus Academiæ Juliæ Semeſtr.* II. p. 130-138. Fuerunt in Biblioth. Haſæana. Vid. *Catalog.* p. 762. MSti extant in Bibliotheca Uffenbach. T. III. p. 755.

- - - Reſtitutio rerum omnium conditarum per manum Eliæ Profetæ terribilis, ut fiat in toto mundo converſio perfecta, & maxime inter Judæos; interprete ex Hebræis *Guil.* POSTELLO. *Pariſ.* 1552. in 16.

Scriptum 31 pagg. at ſumme rarum, de quo tacent omnes vitæ POSTELLI Scriptores. Recenſetur a Summ. Rev. Wolfio in *Biblioth. Hebraic.* T. III. p. 1187.

- - - Vinculum Mundi Compendio expoſitum, in quo baſis earum rationum exponitur, quibus veritas articulorum fidei chriſtianæ aut probatur, aut defenditur; Pariſiis in Quadrageſima dictabat Auditorum ſuorum humanitati in Babylonis ruinam *Guilielmus*

POSTELLVS

POSTELLVS 1552. ad corrupti mundi finem. *Proſtant Exemplaria ſub Ciconiis in Via Jacobæa.* in 4.

Hic titulus eſt libelli rarioris, ac incogniti omnibus, qui hactenus de Vita & Scriptis POSTELLI commentati fuerunt. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* T. III. p. 610.

Guilielmi POSTELLI de Fœnicum Literis, ſeu de prisco Latinæ & Græcæ Linguæ Charactere, ejusque antiquiſſima origine ac uſu, Commentatiuncula *Guilielmi* POSTELLI, *Barentonii. Pariſiis, apud Vivantium Gaultherot.* 1552. in 8.

Vid. Mich. Maittaire l. c. p. 616.

- - - Liber de Originibus, ſeu de varia & potiſſimum orbi latino ad hunc diem incognita, aut inconſiderata Hiſtoria cum totius Orientis, tum maxime Tartarorum, Perſarum, Turcarum & omnium Abrahami & Noachi alumnorum origines & myſteria Brachmanum retegente. *Baſil. per Jo. Oporin.* 1553. in 4.

Guil. POSTELLI, *Baren. Dolerienſis*, de Originibus, ſeu de Hebr. Ling. & Gentis antiquitate, deque variarum linguarum affinitate liber. In quo ab Hebræorum, Chaldæorumque gente traductas in toto orbe colonias vocabuli Hebraici argumento humanitatisque authorum teſtimonio videbis, literas, leges, diſciplinasque omnes inde ortas cognoſces, communitatemque notiorum idiomatum aliquam cum Hebraismo eſſe. *Proſtant Pariſiis, apud Dionyſium Leſcuyer.*

Recenſet hunc librum rarius obvium Jo. Chr. Wolfius in *Biblioth. Hebr.* Tom. IV. p. 318. nos docens extare illum inter tres POSTELLI tractatus uno volumine junctos hoc titulo: *Guil.* POSTELLI *Barentonii, Tractatus tres uno*

volumine juncti: 1) *Linguarum XII. Characteribus differentium Alphabetum, Introductio ac legendi modus longe facillimus.* 2) *Grammatica Arabica.* 3) *De Originibus seu de Hebraicæ linguæ ac gentis antiquitate deque variarum linguarum affinitate. Parisiis* 1538. in 4. Collectionem hanc rarissimam curiosam & notabilem copiose recenset Cl. Maittaire in *Annal. Typogr.* V. III. p. 293 sqq.

Guilielmi POSTELLI de Hetruriæ regionis Originibus, institutis, religione & moribus, & imprimis de aurei seculi doctrina & vita præstantissima, quæ in divinationis sacræ usu posita est. *Florentiæ* 1551. in 4.

Rarissimum hoc opusculum recusum est in Tomo VIII. *Thesauri Antiquitat. & Historiarum Italiæ* Burmanniani. Thomas Ittigius in *Opuscul.* p. 260. editionis *Florentinæ* 1555. meminit.

- - - Absconditorum a Constitutione mundi Clavis, qua mens humana tam in divinis, quam in humanis pertingat ad interiora velaminis æternæ veritatis, *Guilielmo* POSTELLO, *ex decretis divinis exscriptore*, una cum appendice pro pace religionis Christianæ, *editore A. Francisco de Monte S. Amstel. apud Jo. Janssonium* 1646. in 16. pagg. 140.

Abrahamus von Franckenberg libellum hunc ante centum annos impressum recusum dedit. Vid. Sallengre *Memoir.* Tom. I. p. 22.

- - - de Universitate Libri II. in quibus Astronomiæ, doctrinæque Cælestis Compendium ostenditur. *Lugd. Bat.* 1635. in 12.

Recensetur in Reimanniana *Bibliothec. Theolog.* p. 1136.

- - - de Cosmographica disciplina & signorum Cælestium configuratione. *Basil.* 1561. in 4. *Lugd.* 1632. in 24. ib. 1636. in 12.

Recensetur in Reimanniana *Bibl. Theolog.* p. 1005 & 1137.

Guili-

Guilielmi POSTELLI Syriæ descriptio, anno 1540. in 8.

Extat in *Catalog. Biblioth.* Hafæan. p. 762.

- - - Histoire memorable des expeditions des Gaulois ou François, depuis la France jusqu' en Asie. *à Paris, apud Nivellum* 1552. in 12. *Ejusd.* Apologie contre les Detractateurs de la Gaule & des Privileges & Droits d'icelle; avec les additions de plusieurs Histoires omises par la malice d'aucuns Ecrivains. A. 1552. in 8. *Ejusd.* la Loy Salique. *Paris, chez Nivellum* 1552. in 8.

Tres hi libri citantur a Jacobo Longio in *Biblioth. Histor. Gall.* n. 984. 11766. 11104.

- - - Panthenosia. v. *Elias* PANDOCHEVS.

- - - Demonstration tres-claire, que Dieu a plus de sollicitude de la France, qu'il n'a de tous les Etats temporels; & principalement declaration, quelle fut la Pucelle Lorraine Jeanne de Veaucouleur. in fol.

Opus hoc MStum citatur a Jac. le Long *Bibl. Hist.* n. 7355.

- - - Tractatus de admirandis Platonicorum numerorum secretis, & quod hi libri, qui nomine Aristotelis circumferuntur, non sunt ejus.

Extat MStus in Bibliotheca Carmelitarum Excalceatorum Claramontensium in Arvernia, ut indicat Phil. Labbeus in *Nova Bibliotheca MStor. Librorum* p. 207.

- - - Apologia pro se ipso.

MScripta extat in Bibliotheca Regia Parisiensi. Satis copiose illam recenset Rich. Simon T. I. *Lettres choisies* p. 205-217. *edit. noviss. Amstel.* 1730. ex quo hæc notanda duximus: "Postel s'etant constitué lui-meme volontairement prisonnier pour se justifier des Heresies dont on l'accusoit, il y fut declaré fou, & non pas Heretique; ce que j'ai lû dans la Bibliotheque du Roy. *J'y reçus*, dit-il, parlant de Venise,

"*sentence par laquelle je fus declaré fou, comme en Latin* "*portoit ma sentence, amens.* Cette Apologie, & quelques "autres Ouvrages qui sont dans la même Bibliotheque en "manuscrît étant comme le clef des reveries de Postel, je "prendrai la liberté de vous marquer les principaux en- "droits, & vous jugerez vous-même, s'il ne meritoit "pas plutot d'être renfermé dans les petites maisons, que "dans les prisons de l'inquisition. „ Idem etiam Adrianus Bailletus *de Pueris celebr.* p. 442 sq. testatur, Postellum nimirum judicio Senatus Parisiensis stultum fuisse declaratum, & in Conventum S. Martini de Campis Parisiensem fuisse missum, in quo mortuus est An. 1581. ætat. 77. Martinus Marrier ejusdem Monasterii Prior Claustralis in *Historia Regalis Monasterii S. Martini de Campis Parisiensis, Ordinis Cluniacensis, Paris.* 1637. in 4. Elogium Postelli & Epitaphium ejus habet. De quo ita judicat Mr. Simon *l. c.* pag. 217: Peu s'en faut que le Moine, qui a ecrit l'Histoire de ce Monastere ne fasse un Saint de nôtre Guillaume Postel. „ Epitaphium ejus tale est:

POSTELLVS *postquam peragravit, plurima passus*
Pro pietate, polos Parisiis petiit.
Obiit sexto Septembris 1581.
Mœrens ponebat Adrianus Tertrier, Medicus.

Jo. Bapt. POZÆ Elucidarium Deiparæ prævius explorator. *Lugduni* 1627. in 4.

Liber impurus, impius, obscœnus. Vid. *Biblioth.* Uffenbach. T. I. p. 968. Conf. *Gelehrten-Lexicon.*

Hier. PRADI, & *Jo. Bapt.* VILLALPANDI, *e Societate Jesu*, in Ezechielem Explanationes, & Apparatus Urbis ac Templi Hierosolymitani, Commentariis & Imaginibus illustratus. Opus tribus Tomis distinctum; quid vero singulis contineatur quarta pagina indicabit. *Romæ, Superiorum permissu*, 1596. fol. maj.

Opus rarum ac pretiosum in Auctione Biblioth. Hasæan. pag. 7. divenditum pretio XXXI. Imperialium. PRADVS

totos

totos integros XV. annos tam ſtrenue in iſto Opere laboravit, ut Romam etiam Veritatis indagandæ, atque idoneorum ad eam rem artificum quærendorum cauſa ex Hiſpania fuerit profectus. Vid. Alegambe *Biblioth. Scriptor. S. J.* Tomo I. continentur : *Hieron.* PRADI, *Biacenſis, e Societ. Jeſu, Explanationes & Commentarii in priora XXVI. Capita. Romæ, ex Typographia Aloyſii Zannetti apud S. Marcum*, 1596. pp. 360. Tomo II. inſunt: *Jo. Bapt.* VILLALPANDI, *Cordubenſis, e Soc. Jeſu, Explanationum Ezechielis Pars I.* in XIII. Capita ſubſequentia, pp. 104. *Pars II. in qua Templi ejusque vaſorum forma tum Commentariis, tum æneis quam plurimis deſcriptionibus exprimitur.* pp. 655. In fine hæc leguntur : *Romæ, typis Illeſonſi Ciacconii excudebat Carolus Vallicttus, abſolvitque tandem hanc Partem in Vigilia Nativitatis S. Johannis Baptiſtæ, A. D.* 1605. *a qua die tres ſimul Tomi incipient evulgari.* Tomo III. vero continetur : *Apparatus Urbis ac Templi Hieroſolymitani Jo. Baptiſtæ* VILLALPANDI, *Cordubenſis. Romæ* 1604. pagg. 573.

Radulphi PRATEJI Jurisprudentia vetus Draconis & Solonis cum Romano Jure Legum Regiarum ac Decemviralium diligenter collata. *Lugduni* 1559. in 8. *Ejusd.* Jurisprudentia media. *ibid.* 1561. in 8.

Vid. *Obſervatt. Hallenſ.* T. I. p. 82 ſqq.

Gabriel. PRATEOLI Elenchus alphabeticus Hæreticorum omnium. *Colon.* 1599. in folio. *ibid.* 1605. in 4.

De raritate ita judicat *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 45 : "Iſt ſehr rar, und wird ſtarck ge-"ſuchet. Woher es komme, weiſs ich nicht ; denn es iſt "nicht ſonderlich geſchrieben ; und machet ſich der Au-"tor eine Ehre daraus, viele neue Ketzereyen zu erden-"cken. „ Poſſideo editionem *Colonienſem, apud Gerv. Calenium, & hæredes Joannis Quentel*, 1569. in fol.

Jehan DU PRE', *Seigneur des Bartes*, le Palais des nobles Dames, auquel treize parcelles

ou Chambres principales, en chacune desquelles sont declarées plusieurs Histoires, tant Grecques, Hebraiques, Latines que Françoises. Ensemble fictions & couleurs poëtiques, concernant les vertus & louanges de Dames. in 8.

Liber plane eximiæ raritatis dicitur in *Catalogo Biblioth. Anonym.* P. III. p. 216.

PRECATIONES piæ ab Illustrissimo Principe Frideric-Wilhelmo, Duce Saxoniæ &c. congestæ, & summa quotidie pietate usurpatæ. *Torgaviæ* 1594. in 4.

Librum rarissimum vocat Christ. Junckerus *de Biblioth. Isenac.* p. 69. Recusus est *Lipsiæ* 1605. in 12. qua editione utor. Jo. Wanckelius, qui illam procuravit, in Dedicatione ad Duces Saxoniæ narrat, exemplar quoddam hujus Libri umbilicis aureolis eleganter exornatum ex incendii discrimine, quo non pauci, & quidem magni pretii Libri fuerant absumti, prorsus undique illæsum remansisse. Conf. *Thesaurus Bibliothec.* T. II. p. 329 sq.

Johannis PREVSSII Scripta.

Rariora sunt, & pleraque Fisco fuere addicta. Fuit ille Ecclesiastes Unitariorum in Polonia, post eorundem exulantis Ecclesiæ in Marchia Brandenburgensi. Scripta ejus, quæ innuo, hæc sunt:

Hertzliches Saitenspiel, oder geistreiche und schriftmäsige Lieder. *Franckfurt an der Oder, bey Erasmus Rœsnern*, 1657. in 8.

Geistlicher Weyrauch, GOtte zum Opfer und süssem Geruch; dem Nechsten aber, vornemblich der Einfältigen, zu Erweckung inbrünstiger Andacht angezündet von *Johann* PREUSSEN, *Dienern der Gemeine J. C. im Worte GOttes.* 1662. in 8.

Glau-

Glaubens Bekentnis der algemeinen Christlichen Warheit zu Steuer, zu Rettung aber seiner eigenen Unschuld an den Tag gegeben im Jahr 1662. in 4.

Fasten-Speise, krancke Gewissen damit zu erquicken; von einem wolerfahrnen bekehrten Sünder, für bussfertige und zerknirschete Hertzen zubereitet, auf freyen Tisch getragen. im Jahr, aLs ChrIstI gnaDenthVre Denen bVssfertIgen fVnDern offen VVar, i. e. 1678. in 8.

Imprimis vero huc pertinet, quem rarioribus Bibliothecæ meæ Libris adnumero:

Theologia, oder geistliche Gespräche von unterschiedenen Artickeln der Christl. Religion, insonderheit von der Warhaftigen und Heil. Drey-Einigkeit, angefangen von zween Handwercksleuten; welche aber, nachdem sie zu tief in die Schrift kommen, ihre Seelsorger zu Hülfe geruffen: von welchen zwar in ihrer beiderseits Gegenwart drey gantzer Tage lang disputiret, aber der Streit nicht beygeleget worden; sondern weil beide Parten vermeinet gewonnen zu haben, sind sie raths und einig worden, aller Welt Urtheil ihre gehaltene Disputation, mit beiderseits Unkosten, und Erlaubnis allenthalben nachzudrucken, durch öffentl. Druck zu unterwerfen. im Jahr, aLs DIe haVptIrrthVMer begVnten zV VVanCken, i. e. 1682. *Freystadt, in Verleg. der Autoren*, in 4. pp. 1078.

Scriptum publice proscriptum, de quo Sam. Frid. Lauterbach in *Ariano-Socinismo* p. 440. refert: "Ob wol in "solcher stand, als ob sie zu Freystadt gedruckt; so kam "es

"es doch durch einen Buchdrucker-Gesellen heraus, daß "sie heimlich bey der Nacht zu Guben gedruckt worden. "Und als solches von Berlin aus nach Merseburg berichtet "ward, verfiel der Buchdrucker, Christoph Gruber, des- "wegen in eine Strafe von 50. Rthlrn. „

Adami PREYELII Europæ & Sinæ Admiranda. *Frfurt.*

De Libro isto Mr. Masson Tom. III. *Histoir. Critiq.* p. 34. scribit: "*Adam* PREYELIVS fit imprimer *à Francfort* "1656. un Livre en 12. intitulé: *Europæ & Sinæ Admi-* "*randa;* lequel Livre je n'ai jamais pu trouver jusqu'ici "chez mes Amis, quelque exacte recherche que j'aye "pu faire. „ Est mihi ad manus, pagg. 1505. constans. Titulus integer est: *Artificia Hominum, Miranda Naturæ, in Sina & Europa, ubi eximia, quæ a mortalium profecta sunt industria, sive Architectura spectetur, sive Politia, & singularia, quæ Sol uterque in visceribus terræ, aquarum varietate, radicum virtute, florum amœnitate, montium portentis unquam produxit, compendiosè proponuntur, conferuntur ad Creatoris laudem amplissimam. Francof. ad Mœn. sumtib. Wilh. Serlini, & Georgii Fickwirth.* A. 1655. in 12. Autor in Præfat. designatur litteris A. P. F. B. Idem Liber germanice etiam prodiit. En titulum: *Abentheuer von allerhand Mineralien, Wurtzeln, Stauden, Blumen, Röhren, und Bäumen, von Thieren, Würmen, &c. welche in dem uralten Königreich Sina, auch in Europa, gefunden worden. Von dem Einfall der Orientalischen Tartern in Sina, grosser Verrätherey und Veränderung. Samt einem vollständigen Register und Schlüssel zu den angezogenen Geschichten, Nahmen und Wörtern, durch A. P. F. B. Franckf. am Mayn* 1656. in 4.

Humfredi PRIDEAUX Marmora Oxonienſia, ex Arundelianis, Seldenianis, aliisque conflata. *Londini* 1677. in fol.

De præstantia & raritate hujus Operis hæc leguntur in *Catalogo Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 11: "Dis "Buch, worinnen grosse Gelehrsamkeit, ist gut, die alte "Griechische Chronologie in Ordnung zu bringen, und "beginnet rar zu werden. „ *Fran-*

Francesco PRISCIANESE della Lingua Romana. *In Venetia* 1540. in 4.

Rarissimum esse in ipsa Italia testatur Haym *Notiz. de Libri rar.*

Alle PROPHETEN nach Hebræischer Sprache verdeutschet. *Worms, ap. Petr. Schöffer,* 1527. in fol. *Augspurg, apud Henr. Stainer,* 1528. in fol.

Versio hæc a Ludov. Hetzero & Jo. Denckio confecta admodum rara est. Initium Jesaiæ ita se habet: *Ich habe Süne erzogen und aufbracht; sie aber sind zu Schelmen an mir worden.* Et versus 1. Cap. LIIX. *Schrey, daß dir der Hals kracht.* Possideo editionem in 12. vel potius in 16. *Gedruckt zu Worms bey Peter Schöffern, am VII. Tag des Herbst-Monats, im M D XXVII. Jar.* Editionem *Augustanam* 1528. in 8. recenset Jac. Bruckerus in *Beyträgen zur Crit. Historie der deutschen Sprache,* P. XVII. p. 42 sqq. De aliis hujus versionis editionibus vid. Jo. Diecmannus in *Operibus German.* P. II. p. 92. Frid. Jac. Beyschlagius *Syllog. Opuscular.* Tom. I. p. 210 sqq. p. 433. & p. 932 sqq. Gust. Georg. Zeltnerus im *Sendschreiben von der Wormser Bibel,* p. 10 sqq.

PSALTERIVM.

In fine hæc notatu prorsus digna leguntur: *Præsens Psalmorum Codex venustate Capitalium decoratus, rubricationibusque sufficienter distinctus, adinventione artificiosa imprimendi ac characterisandi absque calami exaratione sic effigiatus, ad eusebiam Dei industrie est consummatus per* Joann. Fust, *Civem Moguntinum, &* Petrum Schœffer de Gernszheim, *Anno Domini* 1457. *in Vigilia Assumptionis.* in 4. Hic Liber paucis notus, &, quantum hodie constat, primus omnium impressorum, tantæque raritatis est, ut ejus nonnisi duo extent exemplaria, alterum in Scholæ Freibergensis, alterum in Cæsarea Vindobonensi Bibliotheca. Vid. Maittaire *Annal. Typograph.* T. I. p. 270. ed. nov. & *Acta Eruditor.* A. 1739. p. 586.

PSAL-

PSALTERIVM in quatuor linguis: in Hebræa, Græca, Chaldaica, & Latina. *Coloniæ*, 1518. in fol.

Vid. *Catal. Biblioth.* Gerhardi a Maſtricht p. 3. Schelhornii *Amœnit.* T. III. p. 24.

PSALTER des Kinigs und Propheten Davids, durch Otmarn Nachtgallen. *Augſpurg* 1524. *per Sigism. Grymm.* in 4.

V. Cl. Jac. Bruckeri Notitia hujus Libri longe rariſſimi legitur in Schelhornii *Amœnit.* T. VI. p. 495 ſqq. Alteraque ejus Commentatiuncula de latina verſione æque rara *l. c.* T. VI. p. 478 ſqq.

PSALTER des Königl. Propheten Davids, geteutſchet nach warhaftigem Text der hebræiſchen Zungen. *Auguſt. Vindel. per D. Sigism. Grymm*, 1523. in 8.

De verſione hac rariſſima, quæ Caſp. Ammanno debetur, fuſius commentatur Cl. Schelhornius T.V. *Amœnit.* p. 291. & Jo. Henr. a Seelen pec. Obſervatione in *Selectis Literar.* p. 732 ſqq.

Souter Liedekens gemaakt ter Eren Gods, op alle de PSALMEN van David, tot ſtigting en geeſtlyke Vermakinge van alle Chriſten-Menſen. *Gheprent t'Antwerpen, op de Lombaerde Veſte, by my Symon Cock*, 1540. *Cum gratia & Privil.* Recuſ. *Utrecht* 1613.

Liber apprime rarus, cujus notitiam ſuppeditat Adrianus Parſius in *Indice Batav.* p. 237. & 431 ſqq. "Souters Lie-"deren," inquit, "ſynde de Pſalmen Davids, gedicht "ob de wyſen van ligte Straatliedjes, die geſongen ſyn "op een bedeckte wyſe onder de Vervolging van den Her-"tog van Alba. Hier heeft men wyſen van Liedjes, die "beginnen:

"*Daar had een Meijken een Ruiter wat lief.*
"*De Bruid wouw niet te Bedde, wat's dat?*
"*Het voer een Magdelijn over den Rijn.*

Claudii

Claudii PTOLOMÆI, *Alexandrini*, Geographicæ enarrationis Libri IIX. Ex Bilibaldi Pirkheymeri translatione, sed ad græca & prisca exemplaria a Mich. VILLANOVANO jam primum recogniti. *Lugduni, ex Offic. Melchioris & Casp. Trechselii Fratrum*, 1535. fol. maj.

Cum rariſſimus ſit hic Liber, Mich. Serveti opera & labore in lucem editus, celeberrimusque Michaël de la Roche publice in *Biblioth. Angloiſe* T. V. p. 22. exoptaverit uberiorem ejus notitiam, Vir S. Rev. Jo. Laur. Mosheim accurate ac copioſe hunc PTOLOMÆVM recenſet in *Hiſtoria Serveti* p. 176 ſqq. Cujus recenſioni bina hæc adjicienda duximus.

Primum eſt, hanc ipſam editionem ex ſecunda Serveti recognitione *Viennæ in Gallia, ex Offic. Fratrum Trechſeliorum, ſumtibus Hugonis a Porta, Bibliopolæ Lugdunenſis*, 1541. in fol. prodiiſſe, quam pauciſſimis viſam & cognitam arbitror. Deſcriptum dedit illius titulum Cel. Doppelmayerus in Opere *de Mathematicis & Artificibus Norimbergenſibus* p. 43. Dedicata eſt Petro Palmerio, Archiepiſc. & Comiti Viennenſi, A. 1541. prid. Cal. Mart. Et in hac editione quam emendatiſſime excudenda Villanovanus haud parum adhibuit diligentiæ, Bibliopola ſumtuum; id quod iſte exemplis quibusdam in Allocutione ad Lectorem docet. Convenit ea, pauciſſimis exceptis, cum Præfatione editioni priori præmiſſa. In margine Textus leguntur recentiora locorum nomina antiquis adſcripta. Tabulæ quoque per omnia cum priori editione conveniunt; niſi quod ordo interdum immutatus, & in tergo nonnullarum, quæ recentiorem ſiſtunt Geographiam, ac Terræ Sanctæ deſcriptionem, deſint explicationes Villanovani, quibus varia contra Fidem Chriſtianam dicta continebantur: adeoque omni jure in titulo ſtatim vocatur hæc editio caſtigata. Vid. Georgii Martini Raidelii *Commentatio Critico-Literaria de Cl.* PTOLOMÆI *Geographia ejusque Codicibus tam MStis quam typis expreſſis, Norimbergæ* 1737. in 4. evulgata, qua certe nihil elegantius, nihil limatius. Rariſſimis autem Libris accenſendam eſſe hanc repetitam Ptolomæi Servetiani editionem exinde patet, quia illa præſtantiſſ. Bibliothecariis hactenus fuit incognita. Mr. des

Mai-

Maizeaux in loco mox citando scribit: "Servet publia "en 1541. une seconde edition de son PTOLOMÉE, & "la dedia à l'Archeveque de Vienne, à qu'il avoit autre "fois expliqué cet Ouvrage, & qui l'honoroit de sa Pro- "tection. Cette seconde Edition est comme ensevelie dans "l'oubli. On ne parle que de la premiere. Cependant "elle est beaucoup plus correcte & plus exacte, que la pre- "miere. „

Alterum, quod mihi adjiciendum est, pertinet ad Controversiam nuperrime motam: Utrum Servetus recte a Calvino accusatus fuerit, quod Mosen pro impostore habuerit? Constat inter Eruditos legi in utraque PTOLOMÆI editione Servetiana de fertilitate terræ Canaan sequentia verba: *Scias tamen, Lector optime, injuria aut jactantia pura tantam huic terræ bonitatem fuisse adscriptam, & quod ipsa experientia Mercatorum & peregre proficiscentium, hanc incultam, sterilem, omni dulcedine carentem depromit.* Hæc sunt decantatissima illa verba, ob quæ Servetus a Calvino violati Mosis, & spretæ Religionis Judaicæ accusatus est. Ad quam accusationem Servetus in judicio dixit, sese verborum illorum Autorem non esse. Vera hic Servetum locutum fuisse nuperrime probavit Mr. des Maizeaux *dans une lettre à Mr. de la Motte sur l'accusation intentée à Servet au sujet de sa edition de la Geographie de* PTOLOMÉE, quæ inserta legitur *dans la Bibliotheque raisonnée* Tom. III. p. 172 sqq. Ex collatione enim editionis Pirckheymerianæ, quam *Argentorati Jo. Grieninger communibus Jo. Kobergeri impensis excudebat 3. Kalend. April. 1525.* cum Servetiana, apparet, verba, de quibus controvertitur, cum jam in illa Argentoratensi legantur, Servetum minime habere Autorem. Neque tamen arbitror, verba illa autoritate Mosis plurimum derogantia a Pirckheymero ipso primum fuisse prolata. Ita enim sub finem Annotationum scribit: *Nec hoc prætereundum, nihil a nobis, præter* PTOLOMÆI *Scripta, ac Johannis Regiomontani Annotationes editum esse; cætera vero ab aliis utcunque addita, quo Librarii suas merces facilius extrudere possint.* Quibus verbis Pirckheymerus præsagiens quasi ea, quæ postea acciderunt, sese contra omnes iniquas censuras munire, famæque suæ consulere voluit. Conf. Georg. Mart. Raide-

Raidelium *l. c.* p. 60. & *Biblioth. Hamburg. mixt.* Tom. II. p. 835-842.

Franciſci PVCCII, *Filidini*, Aſſertio Catholica de Chriſti Servatoris Efficacitate in omnibus & ſingulis hominibus. *Goudæ, apud Jo. Zaſſenum*, 1592. in 8. plag. 7.

Recenſetur in *Nov-Antiq. Theolog.* 1730. pag. 556. ſqq. Conf. Frid. Peter Tacken in Tract. *von den Sünden der Menſchen nach dem Tode*, p. 102. qui tamen falſo aſſerit, Libellum hunc in Bibliotheca Guelpherbytana non extare. Extat ibidem omnino; uti indicavit mihi per litteras ſæpe laudatus Dn. Haſſelius. Legitur etiam inter Franc. Junii *Opera Theologica*.

Decor PVELLARVM, per *Nicolaum Jenſon.* 1461. in 8.

Primus Liber in Italia impreſſus; hinc ſumme rarus, & vix a milleſimo Eruditorum oculis viſus. Recenſetur a Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* Tom. I. p. 36. ſqq. Cui addi poterit Jo. G. Iſelins *recherche ſur l' année de l' impreſſion d' un Livre Italien, intitulé:* Decor Puellarum; *que l' on pretend communement avoir paru de l' an* 1461. quæ extat *dans le Mercure de Suiſſe, mois Novembre* 1734. & J. H. Leichii *Hiſtor. Typogr. Lipſienſ.* p. 124.

Samuelis DE PVFENDORF de Rebus geſtis Friderici Wilhelmi Magni Electoris Brandenburgici, Commentariorum Libri novendecim. *Cum ſpeciali Privil. Sereniſſ. Electo. Brandenb. Berolini, impenſis Jeremiæ Schrey & Hæred. Henr. Bayeri*, 1695. in fol.

Reperiuntur etiam quædam exemplaria, quæ in titulo habent: *Cum ſpeciali Sac. Cæſar. Majeſt. & Sereniſſ. Elect. Brandenb. Privilegio.* Interim tamen arbitramur opinionem illorum fundamento carere, qui duabus vicibus Librum hunc editum & in altera editione non pauca omiſſa eſſe affirmant. Sunt quidem in egregio hoc prudentiæ civilis theſauro plurima, quæ alii deleri mallent. Satis enim notum eſt Epi-

gramma Ratisbonense aculeatum in hoc Opus Pufendorfianum:

Gesta Ministrorum, secretaque Principis acta,
Quæque solent forulis clausa jacere sacris,
Dum sine judicio disseminat Autor in omnes,
Multa monenda tacet, multa tacenda monet.
Sæpe per invidiam nobis quoque fœdere junctos
Rodit, & insontes livida charta premit.
Qui sapit, historicum non hos sibi quærit in usus,
Servat & arcanum rectius aulæ suum.

Sed frustra tanto Viro post fata hæc objici plenius docet Dav. Braunius *de Script. Polon. & Pruss.* p. 285. Et quantum mihi hactenus cognoscere contigit suppressa hujus Operis editio non extat. Consentit mecum Gundlingius in *Collegio Litterario in Heumanni Conspect.* pag. 6050. scribens: "Man sagt, des Pufendorfs Werk sey castriret; aber "es ist nicht wahr. Es sind nur einige Bogen gedruckt ge- "wesen, die dem Hofe nicht gefallen; welche man da- "her weggeschmissen, und die Sache anders eingerichtet "hat." Eodem fere modo in *Catalogo Historicor.* Fresnoio-Menckeniano dicitur: "Es ist hernach eine kleine "Veränderung damit vorgegangen, indem etliche Blätter "davon umgedruckt worden." Plura hac de re leguntur in *G. G.* Küsteri *Biblioth. Brandenburg.* p. 502 sq. Nuperrime recusum fuisse istud Opus Pufendorfianum constat.

Guilielmi PVPPII & *Henrici* STROMBERGII Poëmata. *Hagæ Comit.* 1625. in 8.

Liber festivus & rarus dicitur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruch. P. II. p. 98.

Petri PVRICELLI Monumenta Ambrosianæ Mediolani Basilicæ, ac Monasterii hodie Cisterciensis. *Mediolani* 1645. fol.

Opus perrarum, ut sunt cuncta hujus Autoris.

Heliæ PVTSCHII, vid. GRAMMATICÆ Autores.

Rocchi PYRRHI, v. *Rocchi* PIRRHI.

QVADRV-

Q.

QVADRVVIVM Ecclesiæ quatuor Prælatorum officium; quibus omnis Status tum Secularis, tum vero Ecclesiasticus subjicitur.

In fine hæc leguntur: *Exaratum est Opus hoc salubre in inclitissima Helveciorum urbe Argentina per Jo. Gruninger, Calcographiæ artificem,* A. 1504. in fol. cum fig. Insignem hujus Operis raritatem, quod in Auctione Menarsiana pro 33. Florenis 10. Stuv. venditum, deprædicat Cl. Jo. Lud. Bunemannus in *Catalogo Libror. rariss. venalium* p. 25. qui exemplari suo 13. Taleror. pretium constituit. Johannem Hugonem Sletstadiensem JCtum Autorem esse disces ex Jo. Alb. Fabricii *Bibliothecæ med. Latin.* Tom. III. p. 866. conf. p. 880. Editionis *Venetæ* A. 1584. in 4. mentio fit in Casim. Oudini *Comment. de Script. Eccl.* T. III. p. 2585.

Catolica QVERIMONIA. *Malacæ, typ. Matthei Hidalgo, Typogr. Illustr. ac Rev. Dni mei Episcopi.* A. 1686. in 8.

Editio hæc prima rariſſima est, ab Ildefonso Malacensi Antistite, Autore, Innocentio XI. Pontif. Max. dedicata, in qua innocentiam suam adversus Scriptorem *de la Morale Practique des Jesuites* vindicatum ivit. Hic enim ipsum Ildefonsum famosissimi atque omnium sane Librorum rarissimi *Theatri Jesuitici* Autorem pronuntiaverat; Ildefonsus igitur in *Querimonia* causam & suam & Societatis suæ agere instituit. Recensetur satis copiose ab Aug. Bayero in *Memor. Libror. rarior.* p. 93 sqq.

QVESTION Royale, où est montré en quelle extremité principalement en tems de paix, le sujet pourroit être obligé de conserver la vie du Prince aux depens de la sienne. *à Paris, chez Toussaint du Bray, avec Privilege du Roi,* 1609. in 12.

Libelli hujus ab Abbate de S. Cyrano pro ἀντοχείρια scripti, inque ipsis Galliis rariſſimi, notitiam habes apud Joann. Chriſtoph. Colerum in *Anthologia* p. 29. ſqq.

Franc. QVIGNONII Breviarium Romanum ex ſacris potiſſimum Litteris, & approbatiſſimis ſanctorum Patrum Hiſtoriis collectum & concinnatum. *Romæ* 1537. in 8. *Antwerp.* 1537. in 8. *Pariſ.* 1557. in 12.

Admodum rarum eſſe hunc Librum, licet ſexies fuerit excuſus, teſtatur Autor *Eſſais de Litterature* T. I. p. 38. ſqq. Breviarium iſtud recenſens. Approbavit illud Sedes Romana, & dicere propoſuit autoritate Pauli III. Julii III. & Pauli IV.; impreſſum etiam fuit, *cum Privilegio Summi Pontif. & Regis Galliæ*, ut legitur in limine editionis, A. 1540. Nihilo tamen ſecius ſequenti tempore prohibitum fuit, & ſuppreſſum. Propoſuerat ſibi Autor Lectionem Scripturæ S. frequentiorem introducere. *Illud ante omnia viſum nobis eſt in conſuetudinem revocare*, ſunt verba QVIGNONII, *ut Scriptura S. maxime omnium toto anno, & omnes Pſalmi ſingulis ſeptimanis perlegerentur.* Et hæc ſine dubio cauſa fuit, cur periculoſam, nec minus ferendam judicarint Inquiſitores hujusmodi Breviarii editionem. Conf. Rich. Simon *Lettres Choiſies* T. I. p. 233. ſqq. edit. recentiſſ.

Ivan DE QVINNOMES Explicacion de unas Monedas de oro de Emperadores Romanos, que ſe han hallado en el Puerto de Guadarrama, donde ſe refieren las vidas dellas y el origen dellas con algunas advertencias politicas, y otras coſas antiquas y curioſas. *Madrid, ap. Luis Sanchez,* 1620. in 4. pp. 93. c. fig. æn.

Recenſet hunc Libellum Cl. Aug. Bayerus in *Memor. Librorum rarior.* p. 147. ſqq. obſervans pleraque alia doctiſſimi hujus Hiſpani Scripta jamdudum argumentorum raritate pretium inſolitum adſecuta fuiſſe.

Johannes QVINTINVS, *Comes.* v. JÖRGER. *Phi-*

Philippi QVORLI Historia Concilii Tridentini Pet. Suavis Polani ex Autorismet assertionibus confutata. *Panormi* 1661. in 4.

Scriptum rarum pauciſſimisque cognitum, in quo Pauli Sarpii Historia Concilii Tridentini ſub cenſuram vocatur, ſed conatu plane infelici. Non enim præclare de illo ſentiunt Eruditi; & hinc ſine dubio raritas hujus Libri, qui non ſolum in loco diſſito fuit excuſus, ſed neglectus etiam & parvi habitus ab Eruditis. Conſtat Libris IV. quorum duos priores Autor adhuc ſuperſtes edidit *Venetiis* 1655. duos autem poſteriores reliquit ineditos, qui deinde cum prioribus ſimul *Panormi* prodierunt in lucem. Petr. Franciſcus le Courayer, in verſione gallica Hiſtoriæ Sarpianæ, de Philippo QVORLI judicat, illum nec ex Actis Concilii, nec ex Hiſtoricis coævis attuliſſe quidquam, quod Paulo opponeret; conquiſiviſſe potius ex Paulo ea, quæ ipſi viſa ſunt fronte inter ſeſe adverſa pugnare: hinc conatum Autoris fuiſſe irritum, ipſiusque Librum vix in ullius notitiam perveniſſe. Vid. *Acta Eruditor.* 1737. p. 203.

QVOTLIBETISCHES Welt- und Hummel-Keficht. 1623.

Liber mihi huc dum inviſus, de quo hæc leguntur in Chriſt. Gryphii Diſſertat. *de Scriptoribus Hiſtoricis Sec. XVI.* p. 101: "Imprimis mihi, non quidem ob rem ipſam, ſed "miros ingenii ſales mirifice placuit, quod tot actorum vo- "lumina perluſtranti ſemel tantum occurrit, Scriptum Ger- "manicum, *Quotlibetiſches Welt- und Hummel-Keficht*, "1623. primo excuſum, & deinde 1632. recuſum, in quo "exul Palatinus Pontificios & Proteſtantes probe depexos "dedit, & vix ulli parcet, ſimulque tamen oſtendit, ſe "Hiſtoriæ Patriæ, & rerum quæ tunc agitabantur, ſummo- "pere peritum eſſe. „

R.

Magencii RABANI *Mauri* de Laudibus Sanctæ Crucis Opus, eruditione, versu, prosaque mirificum.

In fine legitur:

Librarii de se ad Lectorem,
Et cujus sit, Epigramma.

Ipse Magisterium tu te cognoscis abunde:
Sed Patriam si vis: nomen & artificis?
Est natale solum Baden: Sedes mihi Phorciis:
Dicor & Anshelmi bibliopola Thomas.
Phorcheim, in ædibus Th. Anshelmi, 1503. fol.

Est Liber rarissimus, tum propter summam infrequentiam, tum etiam propter innumeras figuras Crucium diversas formas exhibentes. Conf. *Merckwürd. der K. Biblioth. zu Dresd.* Tom. II. p. 514. Nescio, an legatur inter RABANI *Opera omnia, studio Jac. Pamelii, Anton. de Henin, & Georg. Coloenerii, VI. Tomis, Colon. Agripp.* 1627. in fol. excusa, quæ itidem rarissima sunt, ex indicio *Catal. Biblioth.* Schalbruch. P. I. p. 4.

Matthæi RADERI Bavaria Sancta & Pia. *Ingolstad.* 1581. in fol. 2. Voll.

Editio hæc elegantibus figuris æneis exornata est, quæ in repetita A. 1709. in fol. editione pallidæ apparent; quia æs, cui incisæ, exemplorum impressorum multitudine nimis fuit attritum. Hinc raritas & caritas editionis prioris.

Nicolai Christoph. RADZIVILI Itinerarium Hierosolymitanum.

Rarioribus Libris adnumerandum. Curiosa est & non semper obvia Ducis RADZIVILI Peregrinatio ex Polonico sermone in Latinum translata, & *Antwerpiæ* in lucem edita, scribit Cl. Christ. Gottl. Buderus in *Bibliotheca Historica Struviana copiose locupletata*, pag. 179. Habemus illam præ oculis. Inscriptio est: *Jerosolymitana Peregrinatio Illu-*

Illustrissimi Principis Nicolai Christoph. RADZIVILI, *Ducis Olicæ & Niesvisii Palatini Vilnensis, Militis Jerosolymitani, &c. primum a Thoma Tretero, Custode Varmiensi, ex Polonico Sermone in Latinum translata; nunc varie auctæ & correctius in lucem edita. Antwerpiæ, ex Offic. Plantin. apud Viduam & Filios Jo. Moreti,* 1614. in fol. pp. 308.

Jo. RAINOLDI, *Angli,* Censura Librorum Apocryphorum V. Test. adversus Pontificios, Tom. I. & II. *Oppenheim.* 1611. in 4.

Opus valde rarum venditum in Auctione Biblioth. Ittigianæ VII. Taleris; in Auctione autem Kielmansegg. XXIIX. Marcis, sæpe majori pretio. Cl. Bunemannus in *Catal. Libror. rariss.* p. 105. exemplari suo pretium statuit X. Imperial.

Giov. Battist. RAMVSIO Raccolta delle Navigationi & Viaggi diversi. *In Venetia* 1613. in fol. III. Vol.

Opus curiosum, at maxime rarum. "Man muss sich "wohl damit in acht nehmen,„ scribit *Catal. Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 492. "wenn man es complet haben "will; denn das erste Volumen muss von der dritten Edi- "tion seyn, das andere von der andern, und das dritte "von der ersten.„

RAPPEL des Juifs. A. 1643. in 8. pp. 375. sine indicio loci & Typographi.

Opus rarum & infrequens Isaacum Peyrerium Autorem agnoscens. Commentatur de hoc Libro Rich. Simon *Lettr. Choisi.* T. II. p. 29 sqq. qui MStum habuit, putatque nunquam illum fuisse excusum. Conf. Jo. Chr. Wolfius in *Bibliothec. Hebraic.* T. IV. p. 498 sq.

Lettres Missives du Sr. DE RANGOVZE. *Imprimés à Paris de l'Imprimerie des nouveaux Caracteres, inventés par P. Moreau, Escrivain juré à Paris, & Imprimeur ordinaire du Roy,* 1648. in 8.

Liber admodum rarus & memorabilis vocatur a doctiss. Christoph. Aug. Heumanno in *Historiæ Gotting.* T. III. p. 186.

Causa raritatis hæc est, quia novis & insolitis typis hic Liber fuit expressus. Cum enim istæ literæ, quibus in scribendo utimur, non omnino æquant figuras typographicarum; P. Moreau novas typographicas literas chirographicis similimas introducere nisus est. Sed merito caruit consilium illud successu. Conf. Cl. Heumanni *Conspect. Reipubl. Literar.* p. 57. edit. noviss.

Henr. RANZOVII Libellus de Origine, Nomine, Rebus gestis, & Fidelitate Cimbrorum, partim Prosa, partim Carmine collectus e diversis Autoribus, & e Bibliotheca Ranzoviana editus. A. 1594. in 8. pl. 6.

Pertinet hic Libellus ad raro obvios. Testis est Jo. Mollerus in *Isagog. ad Histor. Cimbric.* P. I. p. 51. quod eundem a Petro Lindebergio, Andr. Angelo, Jona Elverfeldio, Mart. Zeilero, Thom. Bartholino aliisque allegatum, sedulo quidem quæsiverit, sed obtinere tamen, vel oculis usurpare non potuerit. Extat in hoc Opusculum Laudatio Dan. Rogersii, Legati Angli, inserta Petri Lindebergii *Hypotyposi* p. 83. Conf. Ern. Joach. de Westphalen *Monumenta inedita Rerum Germanic.* T. I. *Præf.* p. 8. Jungam huic Scripto rariss imo aliud ejusdem RANZOVII Scriptum itidem rariss imum: *Descriptio Pompæ funebris habitæ Rodtschildii in Exequiis Sereniss. ac Potentiss. Domini, D. Friderici II. Daniæ, Norvegiæ, Gothorum, Wandalorumque Regis &c. una cum Epitaphiis nonnullis in Obitum ejusdem. His adjecta sunt Descriptio Sacelli prope Monasterium Segebergense in Memoriam perpetuam prænominatæ Sereniss. Regiæ Majestatis, & Emolumentum Pauperum Segebergensium ab Henr. Ranzovio, Regio per Holsatiam &c. Vicario, propriis expensis extructi &c. Hamburgi, excudebat Jac. Wolfius*, A. 1588. in 4. pl. 12. Recusum est hoc Scriptum eodem anno *Rostochii* curante Chytræo, quæ editio passim in Bibliothecis reperitur. Hæc autem *Hamburgensis* editio originalis, quam nos possidemus, adeo rara est, ut Cl. Adam. Henr. Lackmannus *Introduct. in Histor. Slesv. Holsat.* P. I. p. 702. existentiam ejus in dubium vocare videatur.

RATIO

RATIO Studiorum Societ. Jes. vid. Societatis JESV ratio.

Jo. Franciſc. RAVCH Diſputatio Medico-Diætetica de aëre & eſculentis. *Viennæ Auſtriæ apud Jo. Bapt. Schilgen*, 1722. in 4. pagg. 36.

Autor, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor ejusdemque apud Viennenſes Prof. Publ. Primarius, in hac diſputatione quædam de laſcivo vitæ genere Monachorum, chocolathæ potu, vero veneris pabulo, ſeſe ingurgitantium, ſcripſerat. Quam graviter autem Monachi verbis his, quæ diſputationi huic raritatis pretium attulerunt, offenſi fuerint, exinde clarum eſt, quod diſputationem memoratam cum alia ejusdem autoris *de Potulentis*, ib. 1724. in 4. ſuppreſſerint. Vid. Aug. Beyeri *Memoriæ Libror. rarior.* p. 40. ſqq.

Chriſtiani RAVII Chronologia Biblica infallibilis. *Kiliæ* 1670. in fol.

Liber rariſſimus vocatur a Gerh. a Maſtricht in *Catalog. Biblioth.* p. 530.

- - - - Prima tredecim partium Alcorani. *Amſtelod.* 1646. in 4.

Scriptum hoc vix octo quaternionibus abſolvitur, ſed difficillime hodie ab eruditis, anxie illud undique quærentibus, reperiri poteſt. Vid. Wendleri *diſſ. de Libr. rarior.* §. VIII. & J. M. Langii *diſſ. de Speciminibus doctorum viror. in edendo Alcorano* §. 19-23.

Religioſiſſimi Viri Fratris Joannis RAVLINI, *Artium & Theologiæ Profeſſoris*, Epiſtolarum illuſtrium virorum opus eximium. *Pariſiis* 1521. in 4.

De ingenti hujus libri raritate teſtatur Jacob le Long in *Biblioth. Hiſtor. Gall.* n. 12702. De cæteris Jo. Raulini Scriptis H. Warthonus ad Caveum & diligentius Jo. Launojus in *Hiſtoria Gymnaſii Navarrei* p. 612. ſqq. agunt, qui etiam p. 620. ſqq. argumenta Epiſtolarum perſequitur.

Jo. Martini RAVSCHERI Stemma Mariæ Eleonoræ Suecorum. *Auguſtæ* 1633. in 4.

Libellus satis eleganter typis exscriptus, sed rariſſimus, & Hübnero, qui hac de re in *Biblioth. Genealog.* p. 529. dolet, non visus. Id quod minus mirandum, cum libellus sit minutiſſimus saltem pl. $13\frac{1}{2}$ constans. Conspicitur in Bibliotheca Augusta, quæ Guelferbyti est, & recensetur in Georg. Goth. Küsteri *Bibliotheca Historica Brandenburgica* p. 329.

Stephani RAVSINI, *Bellorani J. U. D.* Leodium Ecclesiæ Cathedralis, sive de Dominio, Regalibus, mero mixtoque imperio & omnimoda jurisdictione Episcopo & Principi in urbe Leodiensi Sacro Romano imperio mediate subjecta. *Namurci* 1639. in 4.

Liber infrequens recensetur in *Bibliotheca Historica Hamburg.* Cent. VIII. p. 161 sqq.

L'Abbé de St. REAL Discours de la Valeur à l'Electeur de Bavarie. *à Cologne* 1689. *chez Jaq. le Jeune.* in 12.

Libellus admodum rarus, quem recusum dedit Mr. de Sallengre T. II. *Memoir. de Litterature* P. II. p. 106 sqq.

RECVEIL de Maximes pour l'institution du Roy contre le Cardinal Mazarini. 1653. in 12.

Liber jussu & autoritate Superiorum publice combustus recensetur a Paulo Colomesio *Oper.* p. 464.

REFLEXIONS curieuses, vid. *Bened. de* SPINOSA.

REFORMATIO Papatus juxta Confessionem Augustanam, qua proponitur Rom. Pontificum atque Conciliorum Consensus cum Augustana Confessione in omnibus fidei articulis, cum præfat. Jo. Arndtii, *Goslariæ* 1621. in 8.

Vid. *Nov-Antiqua Theologic.* 1708. p. 530.

Urbani REGII Opera.

Rariora hodie esse indicat S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Libror. rarior.* p. 98.

REGI-

REGINONIS, *Monachi Prumienſis*, Annales, non tam de Auguſtorum Vitis, quam aliorum Germanorum, & docte & compendioſe diſſerentes, ante ſexingentos fere annos editi. *Cum Privilegio Imperiali. Moguntiæ in ædibus Joannis Schöffer, menſe Auguſto*, anno 1521. in fol.

Editio omnium prima, nitidiſſima & rariſſima, quam celeberrimus Coburgenſium Antiſtes Jo. Gerh. Meuſchenius Hagæ Comitum ex auctione Marci Meibomii pretio XXV. florenorum ſibi comparavit. Sebaſtianus de Rotenhan Eques auratus Hiſtoricum hunc e pulveribus eruit, Carolo V. nuncupavit, & circa operis calcem quædam adjecit ad ejus propiorem agnitionem facientia. Subjuncta etiam ſunt in fine effigies generoſiſſimi Rotenhanii ejusque inſignia nitidiſſime ſculpta. Recenſet hanc editionem Cl. Ludov. Salom. Eyringius in *Vita Sebaſt. de Rotenhan. Jen.* 1739. in 4. edita p. 14 ſq. qui & Privilegium Imperatoris, quo editio hæc munita eſt, plenum elogiorum Rotenhanii, ut & dedicatoriam epiſtolam, itemque literas Rotenhanii ad Wolfg. Fabricium Capitonem de Vita Reginonis, in Schediasmate ſuo recuſas exhibet.

DE REGNO vulvarum Liber.

Liber admodum rarus, quem Mr. d'Aubigne attribuit Franciſco Hotomanno. Vid. Bayle *Diction. art. Hotoman.* Meminit etiam Placcius in *Theatr. Anonym.* p. 527. libri cujusdam Anglici *adverſus monſtroſum fœminarum regimen*, quem Jo. Knokio adſcribit.

Reineri REINECCII, *Steinheimii*, Tomus I. Syntagma de familiis, quæ in Monarchiis tribus prioribus rerum potitæ ſunt. Tomus II. continens Hiſtoriam de familiis Ægypti, & Dynaſtarum ac Regum Iſraëliticorum. *Baſileæ, ex officin. Henric. Petrina.* 1574. Tomus III. continens Hiſtoriam Familiarum, quæ in Trajano, & Latinis regnis imperarunt. ibid. *ex offic. Henric. Petrina*, absque anni nota. Tomus IV. quo pertractantur

tur regna in græca & latina Hiſtoria celebratiſ ſima. *Baſileæ, per Seb. Henric. Petri.* 1580. in fol cum variis figuris rariorum numismatum & multis Tabulis genealogicis.

Opus in Germania rarum, exteris carum, quodque fruſtra in multis Bibliothecis quæritur & fere nullibi apud nos obvium eſt, indicante Jac. Frid. Reimmanno *de Libr. genealog. rar.* P. II. p. 163. ſqq. & *Catalog. Hiſtoric.* Fresnoio-Mencken. p. 50. Recuſum eſt poſtea iſtud opus Genealogicum multo auctius & luculentius *Tomis III. Helmſtadii* 1594. & 1595. Noli autem arbitrari editionem Helmſtadienſem eſſe frequentiorem; rarior eſt, imo rariſſima, divendita in Auctione Bibliothecæ Heinſianæ pretio XLII. Florenorum. Titulus integer in Tomo I. ita habet: *Hiſtoria Julia, ſ. Syntagma Heroicum. Cujus pars I. quam modo damus continet Monarchiam primam, h. e. Chaldæorum & Aſſyriorum Imperium, item regna LIII. implicatam Dynaſtiam unam, Tyrannides duas; quæ ſingula ejusdem Monarchiæ tempore floruerunt. Auctore Reinero* REINECCIO, *Steinhemio, Academiæ Juliæ Hiſtorico. Uſus totius operis patet &c. Helmſtadii, typ. Lucii, ſumtibus Ambroſ. Kirchneri,* 1594. in fol.

REINEKE de Voſs.

Libri hujus ſatis noti at præſtantiſſimi variæ exſtant editiones. Omnium ſane librorum rariſſimi ſunt editiones *Delfenſis* a. 1485. in 4. quæ & omnium prima eſt, & recenſetur una cum *Lubecenſi* 1498. in 4. a Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Hiſtoria Typogr. Lubecenſis* p. 33. ſqq. Poſt *Lubecenſem* notam raritatis habent editio *Francofurtenſis, bey Cyriaco Jacobi zum Bart.* 1545. fol. *Francofurtenſis, apud Dav. Zephelium* a. 1562. in 4. editio *Roſtochienſis, bey Stephan. Möllemann* a. 1592. in 4. quam copioſe recenſet clariſſimus nobisque amiciſſimus Ad. Henr. Lackmannus in *Annal. Typographic.* p. 163 ſqq. editio latina *Francofurtenſis* a. 1584. in 12. ſub titulo: *Speculum vitæ aulicæ. De admirabili fallacia & aſtutia Vulpeculæ* REINEKES *Libri IV. Nunc primum ex idiomate Germanico Latinitate donati adjectis elegantiſſimis Iconibus, Autore Hartmanno Schoppero;* & forte aliæ editiones nobis hactenus incognitæ.

Caſſiodori

Cassiodori REINII Evangelium Joannis, h. e. justa ac vetus Apologia pro æterna Christi divinitate, atque adeo quatenus unum cum eo est æqualitate cum Patre; adversus impietatem Judæorum, Cerinthi, Ebionitarum, Arii, Mahumetis demum & illorum Scholæ, cum veteris tum novæ. *Frfurti* 1573. in fol.

Rarissimus liber dicitur in *Catalogo* Heukelom-Akersloot. P. I. p. 26.

Joannis REISKII ad Jobum Ludolfum Epistola qua Exercitationes suas de Imaginibus J. C. adversus censuram paulo iniquiorem Jo. Mabillonii vindicat. Una cum Inscriptione Imaginis J. C. apud Monstrolienses in Gallia servatæ. *Lipsiæ* 1692. in 4.

Epistola hæc, quam raro occurrit, tam lectu digna est propter varias, quas complectitur res memorabiles. Vid. Cl. a Seelen *Selector. Litterar.* edit. 2. p. 478.

Adam. REISNERS Historia Herrn Georg und Hrn. Casparn von Frundsberg, Vaters und Sohns, beyder Herrn zu Mündelheim &c. Keyserlicher oberster Feld-Herren, darinnen neben ihren ritterlichen Thaten &c. *Frf.* 1572. folio.

Liber hodie non ubivis obvius & dignus, qui ob memorabilium rerum copiam denuo prelum exerceat, judice S. R. Schelhornio T. II. *Amœnitat. Historiæ Eccles.* p. 224. sqq.

La RELIGION des Hollandois, representée en plusieurs lettres écrites par un Officier de l' Armée du Roi à un Pasteur & Professeur en Theologie à Berne. *à Cologne, chez Pierre Marteau.* 1673. in 12.

Prodiit hic libellus oppido rarus etiam Belgice, *ibid.* 1673. in 12. pag. 176. & Italice 1674. Autor est Mr. Stouppe Brigadier

Brigadier General. Vid. Bayle *Diction.* art. *Spinoza* not. c. Menckeniorum *Bibliotheca viror. militia æque ac scriptis illustr.* p. 444 sqq.

RELIGIO Bestiarum.

Est liber rarissimus, in quo ostenditur Thomistas severos ex hominibus facere quasi bestias. Autor est Theophilus Raynaldus. Vid. Mr. de Sainjore *Bibliotheq. Critiq.* T. IV. p. 274. & Jo. Chr. Mylii *Biblioth. Anonym.* p. 964.

Die einzige wahre RELIGION, von Gott selbst unmittelbar und mittelbar geoffenbaret, von Christo und seinen Aposteln erläutert, durch den Abfall im alten und neuen Bunde verdunckelt, nach dem Grunde der Wahrheit kürtzlich entworfen und vorgeleget von einem aufrichtigen Liebhaber derselben. Anno 1739. plag. 3.

En integrum titulum libelli Halberstadii fortasse excusi, at severissime prohibiti, id quod per litteras indicauit vir doctus Halberstadii tunc temporis degens.

RELIGIO exculpata Autore Alitophilo Religionis fluctibus dudum immerso, tandem per Dei gratiam & indefessam enatandi operam emerso. Anno 1684. in 4. pagg. 459.

Scriptum perrarum & in pauciſſimorum manibus. Opus in quatuor partes dissectum est. Rubrum Sectionis I. est: *Religio opponitur irreligioni.* Capitibus XI. Section. II. *Religio concorporationem desiderat.* Capp. VI. Sect. III. *Religio nititur ambulare ad sanctitatem per Viam justitiæ.* Capp. XIII. Sect. IV. *Religio in timore cultum divinum peragere satagit.* Capp. XXV.

Puræ RELIGIONIS Characteres & Pleropho-ria fidei Christianæ. *Brunsuicæ* 1718. in 8 maj.

Merito refertur inter libros rariores, quia centum duntaxat Exemplaria sunt impressa. Vid. Jo. Christoph. Harenbergii *Historia Gandersheimensis Diplomatic.* p. 1588. Autor est Probstius de Wendhausen, Ducis Brunsuic. & Luneb. Con-

Consiliarius Intimus nunc inter cælites. Possideo editionem 1715. in 4. evulgatam, quam originalem arbitror & rariorem esse posteriori.

REMONSTRANTIVM in Belgio Apologia pro confessione contra Censuram Professorum Leidensium. Anno 1630. in 4. Sine indicio loci & typographi.

Libris rarioribus adnumeratur in *Catalogo Biblioth.* Gerh. a Mastricht p. 116.

Der RENNER. *Frf. per Cyriacum Jacob zum Bock Buchdrückern* 1549. fol.

Liber satyricus infrequens ab *Hugone a Trimberg* Seculi XIII. Poëta Germano conscriptus, taxans sui temporis abusus, falsque perstringens vitia tam Clericorum, quam Laicorum, nulla personarum dignitatumque habita ratione. Codices hujus libri MSti evulgato longe sunt auctiores, quod observavit pridem Morhofius *de Lingua & Poësi Germanor.* p. 320. qui utrumque inter se comparavit. Conf. Jo. Christ. Gottsched doctissimum *Programma de rariori-bus nonnullis Bibliothecæ Paulinæ Codicibus, Lipsiæ* 1746. p. 10 sqq. Codex MStus Gudianus nunc est apud illustr. Andersonium, meritissimum Reipubl. Hamburgensis Consulem, ex quo specimina profert Cl. von Seelen in *Orat. de Præcoc. eruditis* pag. 42. Extat idem liber MStus in Bibliothecis Lipsiensi, Uffenbachiana & Hailbronnensi. Codex Lipsiensis copiose describitur a Cl. Gottschedio l. c. & Uffenbachianus in *Bibliotheca Uffenbachiana MSta* P. IV. p. 244-247. Hailbronnensem autem, qui est membranaceus p. 157. in fol. describit Jo. Lud. Höckerus in *Catalog. Biblioth. Hailbronnensis* p. 71 sqq. Rationem appellationis Autor suppeditat in Codice Hailbronnensi hac Inscriptione:

Renner *ist dis Buch genannt,*
Wanne es sol rennen *durch die Land.*

Nomen etiam aperte profitetur circa finem pro suæ ætatis captu ita canens:

Der dis Buch getichtet hat,
D' pfloc de Schul zu Thurstadt
Wol vierzig Jahr vor Babenberch,
Und hies Hug von Trimberg.

Hs

Es wart follenbracht, das iſt ware,
Da duſent und drie hundert Jare
Nach Chriſtus Geburt vergangen waren,
In der Zyt und in den Jaren,
Da die Juden in Francken wurden erſchlagen &c.

In fine Codicis Heilbronnenſis hæc leguntur: *Explicit Centilogium Magiſtri Hugonis de Trimbergk cujus anima requieſcat in ſancta pace. Amen. Anno Domini* 1447. *Completus eſt iſte Liber proxima feria III. poſt Reminiſcere.* Codici autem Lipſienſi deſcriptor addidit ſequentia: *Anno Domini milleſimo* 391. *Sabbato ante Dominicam Invocavit completus eſt Liber, per manus f. Wilhelmi Tornow. Orate Dominum pro Scriptore.* Uffenbachianus Codex CII. parabolas continet, quarum Indicem habes in *Bibliotheca Uffenbach. MSta* l. c.

Georgii Chriſt. RENSCHELII Stamm-Baum des Hauſes Brandenburg, wie ſelbiger in natürlicher Ordnung durch ſo viele unvergleichliche Helden und Heldinnen aufwachſend befunden worden. *Bayreuth* 1666. in 4. pl. 17. item *Berol.* 1668. pl. 12.

Berolini libellus hic uno eodemque anno bis recuſus eſt, ita tamen ut altera editio caſtrata dicenda ſit. Caſtrationes indicat G. G. Küſterus in *Biblioth. Brandenburgica* p. 319. 320.

Jo. Wolfgang RENTSCHEN Brandenburgiſcher Ceder-Hein, worinnen des Hauſes Brandenburg Aufwachs- und Abſtammung, auch Helden-Geſchichte und Groſs-Thaten. Mit zierlichen Kupfer-Bildniſſen. *Bareuth* 1682. in 8.

Liber doctus, egregius, elegans, ſed raro obvius & dignus qui recudatur. v. Küſter l. c. p. 318. ſq.

RENVERSEMENT de la Morale Chrêtienne par les deſordres du Monachisme, enrichi de figures. *On le vend en Hollande chez les Marchands libraires & imagers. Avec Privilege d' Innocent XI.* in 4.

Gallice

Gallice & Belgice: "Es iſt dieſe bittere Pasquil auf die "Römiſche Geiſtlichkeit ein ungemein rares Werck---- "und erinnere mich noch wol, daſs ein groſſer Bücher- "Kenner 50 Reichsthaler dafür gegeben.„ Verba ſunt Theoph. Sinceri *in der Nachricht von alten und raren Büchern* p. 6 ſqq. qui ſatis copioſe de hoc ſcripto.

Stanislai RESCII *Poloni* Tractatus de Atheiſmis & Phalarismis Evangelicorum. *Neapoli* 1596. in 4.

Liber hodie rariſſimus. Vid. Jo. Chriſtoph. Wendleri *diſſert. prælim. qua aſſeritur contr. Stanisl. Reſcium, Baronium &c. Lutheranos neque ſupprimere, neque corrumpere Scriptores* § 1.

Petri Jo. RESENII Bibliotheca Regiæ Academiæ Hafnienſi donata, cui præfixa eſt ejusdem RESENII Vita. *Hafniæ* 1685. in 4.

Liber maximæ hodie raritatis.

Petri Jo. RESENII Edda antiqua, cum verſione antiqua Stephani Olai, Parochi in Islandia Orientali, ejusque ac Gudmundi Andreæ Scholiis; & recentior Snorronis, cum verſione Danica & Latina a Magno Olai confecta, additis variis Lectionibus & Notis exegeticis. *Hafniæ* 1665. in 4.

Liber inter exteros rariſſimus, de quo conſuli poſſunt Jo. Mollerus in *Iſagog. ad Hiſtor. Cimbr.* P. II. p. 5 ſqq. Magnus Beronius in *diſputationibus de Eddis Islandicis, Upſal.* 1735. in 4. editis, & imprimis S. R. Brückerus in *Hiſtoria Critic. Philoſoph.* T. I. p. 326 ſqq.

Juſti REVBERI Scriptores veteres Rerum Germanicarum diligenter recogniti & luculentis acceſſionibus aucti, curante Georgio Chriſtiano Joannis. *Francofurti* 1726. in fol.

In Incendio nupero Francofurtano Exemplaria fere omnia periere. Vid. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen.* An. 1726. p. 533. Conf. quæ ſcripſimus ſupra G. C. Joannis.

Ad *Joannem* REVCHLINVM, *Pforcenſem*, Epiſtolæ clarorum Virorum Latinæ, Græcæ & Hebraicæ variis temporibus miſſæ. *Tubingæ, per Thom. Anſelmum Badenſem* 1514. in 4.

Omnium rariſſimam eſſe hanc Epiſtolarum Collectionem pluribus docet D. Gerdes in *Florileg. Libror. rar.* pag. 100 ſq. Conf. *Merckwürdigkeiten der königl. Bibliotheck zu Dresden* T. II. p. 560.

Jacobi REVII Epiſtolas Gallicas ad Scaligerum Scriptas rariores eſſe Petr. Burmanni teſtimonio confirmat D. Gerdes l. c. p. 98. Titulus libelli a Gerdeſio non indicatus ita habet: *Epitres Françoiſes des Perſonages illuſtres & doctes à Mr. Joſeph Juſte de la Scala par Jaques de* REVES. *à Harderwic* 1624. in 8.

Nicolai REVSNERI, *J. C.* Icones, ſive Imagines virorum literis illuſtrium, quorum fide & doctrina religionis & bonarum literarum Studia, noſtra patrumque memoria, in Germania præſertim, in integrum ſunt reſtituta. Additis eorundem elogiis diverſorum Autorum. *Curante Bernhardo Jobino. Privilegio Cæſareo. Argentorati* CIↃ IↃ XIIIC. in 8.

Perrarum eſſe hunc librum, cujus nova editio 1719. *Francofurti typis Balth. Diehlii* in 8. prodiit, docent Cl. Eberh. Dav. Hauberus in *Biblioth. Magica* p. 797. Stollius in *Biblioth.* T. I. p. 541 ſqq. Autores *Nov-Antiquor. Theologicor.* A. 1739. p. 424 ſqq. Continet centum imagines virorum literis ingeniique monumentis illuſtrium a Bernhardo Jobino Typographo Argentinenſi collectas, in quibus ad vivum delineandas imprimis pictore vſus fuit Tobia Stimmero inter primos ſuæ ætatis ſummo atque perfectiſſimo. Singulis Iconibus ſingula appoſuit Diſticha Nicolaus Reusnerus, quibus deinde junxit eorundem vitæ & operum deſcriptiones breves partim ex ipſorum monumentis, partim ex aliorum ſcriptis Jovii præſertim, & Bezæ breviter & ſummatim compoſitas. Denique addidit etiam aliorum Clarorum virorum elogia de iisdem.

Con-

Conjungi debet cum hoc libro aliud REVSNERI Opus, satis etiam infrequens cui titulus: *Icones, sive Imagines vivæ literis Cl. virorum Italiæ, Græciæ, Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Ungariæ. Ex typis Waldkirchianis in lucem productæ, cum elogiis variis per Nicolaum* REVSNERVM. *Basileæ* 1589. in 8. Continet Icones XCI. partim ex Musæo Joviano depromtas, partim aliunde acquisitas. Utrum autem imagines, quæ ad vivum dicuntur expressæ, exhibeant vultus & lineas eorum quorum nomina sistuntur, aliis dijudicandum relinquimus.

Samuelis REYHERI Monumenta Landgraviorum Thuringiæ & Marchionum Misniæ. *Gothæ* 1692. in fol. typis exscripta, figurisque æneis longe plurimis exornata, tantæ hactenus fuere raritatis, ut vix unum alterumve exemplar, & quidem integrum, extra Gotham fuerit visum. Hinc ill. Menckenius recusum hunc librum dedit Tom. II. *Scriptor. Rerum Germanic.* p. 809 sqq. figuris tamen omnibus omissis. Nuperrime autem *cum figuris æneis & sigillis adornatus* prodiit iterum in *Thuringia sacra*, A. 1737. in fol. edita.

RHETORES Veteres, Græce. *Venetiis, apud Aldum. A.* 1508. *Mense Novembri.* in folio.

Liber extremæ raritatis maximique pretii, qui in Batavia 40 imo 50 florenis ex auctionibus, si aliquando occurrit, comparari solet. Inscriptus est ab Aldo Pio Manutio Johanni Lascari Oratori Regio. Hanc Inscriptionem subsequitur Græca Demetrii Ducis Cretensis ad Marcum Musurum Epistola. Continentur autem in hac collectione *Aphthonii, Hermogenis, Aristotelis, Sopatri, Cyri* Sophistæ, *Dionysii Halicarnassæi, Demetrii Phalerei, Alexandri* Sophistæ, *Mexandri* Rhetoris, *Aristidis, Apsini, Minuciani* vel *Nicagoræ* Scripta Rhetorica, quæ singula copiosius recensentur in Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. Græcæ* T. IV. p. 457 sqq.

Alexandri de RHODES, *è Soc. Jesu*, Catechismus pro iis, qui volunt suscipere Baptismum, in octo dies divisus, ac Latina & Tunckinensi

ckinenſi lingua diſtinctus. *Romæ, typis S. Congregat. de propag. fide.* 1651. in 4. pp. 319.

De ingenti hujus libri raritate teſtatur Litteratiſſimus Mr. de la Croze *Hiſtoir. du Chriſtianiſme des Indes* p. 502. 521 ſqq. In dubium autem hanc raritatem vocare videtur, qui la Crozium hunc libellum recenſentem in quibusdam corrigit, Cl. Jo. Chriſt. Gœtze *in den Merckwürdigkeiten Bibl. Dresdenſ.* T. II. p. 400. Alium ſine dubio rarum ejusdem Autoris librum recenſet Theoph. Sincerus in *Bibliothec. Hiſtoric. Critic. libror. rarior.* p. 28 ſqq. cui titulus: *Dictionarium Annamiticum, Luſitanum & Latinum ope ſacræ Congregationis de propaganda fide in lucem editum ab Alexandro de* RHODES, *e Soc. Ieſu, ejusdemque S. Congregationis Miſſionario Apoſtolico. Romæ, typis & ſumptibus ejusd. S. Congreg.* 1651. in 4.

Ambroſii RHODII Dialogus de transmigratione animarum Pythagorica, quomodo eadem concipi & defendi poſſit. *Hafniæ* 1638. in 8.

Eſſe hunc libellum inter raro obvios numerandum poſt Celeb. C. A. Heumannum obſervavit Cl. Gerdes *in Florileg. L. R.* pag. 101.

Laurentii RHODOMANNI Vita Lutheri Græco Carmine deſcripta & Latine reddita. *Urſellis* 1579. in 8.

Vid. Reimmann. *in Catalog. Biblioth.* p. 164. Gerdes l. c. pag. 101.

Marcelo de RIBADENEIRA Hiſtoria de las Islas del Archipielago y regnos de la Gran China, Tartaria, Cuchinchina, Malaca, Siam, Camboxa, y Japan. *Barcelonæ* 1601. in 4.

Extremæ raritatis liber dicitur tam in *Bibliotheca* Heukelom - Akerslootian. P. II. p. 143. quam in *Bibliotheca* Anonymiana P. II. p. 136.

Petri RIBADENEIRÆ Bibliotheca.

Vid. ſupra *Societatis* JESV *Bibliotheca.*

Guill.

Guill. RIBIER Lettres & Memoires d'état ſous les regnes de François I. Henry II. & François II. contenant les intelligences de ces Roys, avec les Princes de l'Europe, contre les menées de Charles V. principalement à Conſtantinople auprès du Grand Seigneur, en Angleterre avec Henry VIII. & dans Italie, les intrigues de quatre Conclaves & le pouvoir qu'y avoient nos Rois; avec diverſes pratiques ſur Napies, Gennes & Sienne; les cauſes de la Guerre de Parme, & autres particularitez. *à Paris* 1666. 2 Voll. in fol.

Liber infrequens & rarus ex indicio *Catalogi Biblioth.* Anonymianæ P. I. p. 132.

RICHTSTEIG über das Sächſiſche Land-Recht.

Sub finem hæc leguntur: *Volbracht is alſo ſalichliken deſſe nuwe Saſſen-Spegel met ſynen Additien. In der Keyſerliken Stadt Augsburch, des Landes Schawen dork Sylvanum Othmer Bukbrenther. Dorch Verordninge, unde Koſten des vorſichtigen Heren Hans Rennman van Oringen, namhaftigſten Bukfurer. Unde vullendet an unſer leven Vrouwen Avent, den man nennet Lichtmyſſen, in dem Jar, als man tellet na Godes Geborte MD und XVI.* Liber rarus, cujus autor non magis certus eſt, quam ætas qua vixit. Præfatio confectum eſſe refert hunc librum juſſu Friderici Imp. *na gades bort duſend Jar, un auderthalbhundert Jar, in dem acht und twintigſten Jare, in dem drudden Jare ſines Rikes in deme Pingeſter Dage, to Meylan in dem Palaze.* Ad Hiſtoriam hujus libri pertinent, quæ leguntur in Cl. Jo. Gottl. Heineccii *Elementis Juris Germanici* p. 490. 491. ubi lepidum errorem Jac. Frid. Ludovici notat, ſibi perſuadentis, nomen Autoris in ipſa fronte libri vocari *Sylvanum Othmer Buckbrenther*, cum nec leviter gnari linguæ patriæ vocabulo *Bruckbrenther* denotari typographum ignorent. Ad raritatem vero dicti libri faciunt, quæ in *Actis Eruditorum* a. 1737. p. 364. reperiuntur.

Joannis Stephani RITTANGELI Solennitates festi, precesque & orationes loco sacrificiorum cum aliis ceremoniis in ecclesia Judaica die primo novi anni receptis. *Regiom.* 1652. in 4. Germanice.

Vid. Summ. Rever. Jo. Christoph. Wolfii *Biblioth. Hebraic.* T. I. p. 477. T. III. p. 359.

Conradi RITTERSHVSII Vita & mors Juvenis ornatissimi Heliæ Putschii, Antwerpiani. *Hamb.* 1608. in 4.

Vid. Cl. von Seelen *Orat. de præcocib. Erudit.* p. 57.

RITVVM Ecclesiasticorum, sive Sacrarum Ceremoniarum S. S. Romanæ Ecclesiæ Libri III.

Vid. supra *Christoph.* MARCELLVS.

Joannis RIVII Opera Theologica, *Basil.* 1562. in fol.

Recensentur ab Autoribus *Relationum innocuarum* a. 1724. p. 685 sqq. qui hunc librum inter rarissimos collocant.

Andreæ RIVINI *Opuscula*, seorsim excusa.

In more RIVINVS habuit, ut quicquid ederet, suis sumtibus fieri curaret, paucis tantum exemplis evulgatis. Post mortem viri hujus nonnullæ erant exemplorum reliquiæ, sed hæredes quicquid molis erat inconditæ ac confusæ, institoribus ad merces involvendas dederunt. vid. Groschufii *præfat. de libr. rarior.* p. 27 & 35. Hinc illa raritas & caritas scriptorum a Rivino editorum. v. c. S. Orientii *Episcopi versus Commonitorii cum Scholiis Andr. Rivini*, Lipsi. 1651. in 8. Dracontii *Poëmata* & Eugenii *Opuscula, cum notis A. Rivini.* Lipsi. 1651. in 8. Victorinorum *duorum Opuscula Sacra, cum notis A. Rivini.* Goth. 1652. in 8. Ad Paschasii *Rathergi Carmen geminum, libro de Corpore & sanguine Domini cum præfixum, tum submissum, notæ Andr. Rivini.* Lipsi. 1652. in 8. 3 pl. S. Damasi *natione Hispani Romanorum primi Pont. M. Carmina sacra, Hymni, Elogia & Epigrammata, quæ ille Basilicis, Platoniis & Coemiliis S. S. Martyrum Romæ fere inscripsit. Diu fane desiderata, nec uspiam typis hactenus simul evulgata, nunc sigillatim*

e Rom.

e Rom. Marmoribus, priſcisque Chriſtianorum Monumentis, manuque partim exaratis, partim etiam editis Codd. congeſta, emaculata, & notis brevibus illuſtrata ab Andr. Rivino. Lipſ. 1652. in 8. 4. pl. Lactantii *& aliorum Veterum Chriſtianorum poëmata de Chriſti beneficiis & laudibus, cum notis A. Rivini.* Lipſ. 1652. in 8. Corippus *de Laudibus Juſtini & ejusdem Protrepticum ad Anaſtaſium ex recenſione A. Rivini.* Lipſ. 1653. in 8. Drepanii *Flori*, Theodulphi *Aurelii*, Jonæ *Epiſcopi*, Moduini *Hedui*, Agobardi & Laidradi *Poëmata, cum Notis A. Rivini.* Lipſ. 1653. in 8. Fulberti & Joannis *Sarisberienſis, Carnotenſium Epiſcoporum, Poëmata ſacra; &* Arnulphi, *Lexovienſis Epiſcopi, Epigrammata, cum notis A. Rivini.* ibid. 1655. in 8.

Jo. Reinharti Robbigii Codex Criticus, ſive Robigalia, Tom. I. *Lemgoviæ* 1617. Tom. II. *Hagæ Schaumburg.* 1619. in 4.

Liber admodum rarus dicitur in *Catalogo Biblioth.* Schalbruchianæ P. I. p. 193. Repetita editio prodiit *Rintel.* 1622. 4. Sed prior eſt optima. v. Jo. H. a Seelen *Miſcellan.* T. II. p. 189.

Eugenio de Robles Compendio de la Vida del Cardenal Franc. Ximenes y del oficio y Miſſa Muzarabe. *Toledo* 1604. in 4.

In ipſa Hiſpania maxime infrequens ac præteritus a Gerh. Ernſt de Franckenau in *Bibliotheca Hiſpanica Hiſtorico-Genealogico - Heraldica.*

Joannis Thomæ de Rocaberti, *Archiepiſcopi Valentin. &c.* Bibliotheca Maxima Pontificia, in qua Autores melioris notæ, qui hactenus pro ſancta Romana Sede, tum theologice, tum canonice ſcripſerunt, fere omnes continentur. Tomi XXI. *Romæ, typis Jo. Franciſci Buagni* 1695 - 1699. fol.

Conſtat Alphabetis 168. plagul. 9. Opus ſplendidiſſimum, pretioſum ac maxime rarum recenſetur in *Actis Erudit.* 1708. p. 385 ſqq. & in Chr. Gottfr. Hofmanni Bibliotheca *Juris Publici* p. 521 ſq.

Angeli ROCCHÆ *a Camerino, Ord. Eremitarum S. Auguſtini*, Bibliotheca Apoſtolica Vaticana, a Sixto V. Pontif. Max. in ſplendidiorem commodioremque locum translata, Commentario variarum artium ac ſcientiarum materiis curioſis refertiſſimo illuſtrata. *Romæ, ex Typographia Apoſtolica Vaticana*, 1591. in 4.

Liber valde quidem rarus, v. Gottl. Schwarzii *Diſſertat. de Ornament. Cod. Vet.* §. 10. & Gottfr. Balth. Scharfius in *Notis ad* Luc. Oſiandrum *de Studiis Verbi divini Miniſtror. privatis*, p. 44. ſed quo etiam ſine magno damno & haud illibenter carere jam poſſumus. Copioſe recenſetur in *Theſauro Bibliothecali* Tom. I. p. 313 ſqq. Idem ROCCHA *de Campanis Commentarium Romæ* 1612. in 4 edidit itidem rariſſimum. Vid. Sam. Pitiſcus in *Præf. Lexici Antiq. Rom.*

Antonii ROCCI Animæ rationalis immortalitas, & propagatio ex ſemine, Exercitatt. XIIX. *Francof.* 1644. in 4.

Liber Atheiſmi ſuſpectus, & maximæ infrequentiæ.

John Earl OF ROCHESTER Poeme on ſeverel occaſions. *Antwerp.* in 8. *Ejusdem* Sodom a Play. *Antw.* 1684. in 8.

Libri impii, impuri, deteſtandi. Vid. Aug. Bayeri *Memor. Libror. rarior.* p. 150 ſq.

Joſeph RODRIGVEZ Bibliotheca Valentiniana, y Cathalogo de los inſignes Eſcritores naturales de la Cividad y Reyno de Valença, cum Appendice. in fol.

Opus nondum ad finem perductum, imprimi cœptum eſt *Valentiæ* An. 1702. & 1703. quo anno eius Autor e vivis deceſſit. Hinc Libri raritas, quia pauciſſima ſaltem exemplaria ex Monaſterii, in quo recondita fuerunt, clauſtris evaſerunt, nec unquam Opus fuit venale. Plenius hæc omnia ex Georg. Mayanſii *Epiſtolis* enarrat Cl. Bayerus *l. c.* p. 114.

Hieron. ROEDLERS Thurnier-Buch, vid. THVRNIER-BVCH.

Le

Le ROMAN de la Roſe, nouvellement reveu & corrigé outre les precedentes Impreſſions. *à Paris* 1538. in 8. pp. 303.

Recenſetur a Cl. Bayero *l. c.* p. 96 ſqq. *Hamburgi* nuper recuſus in Bibliopoliis nunc habetur.

Franciſci RONCALLI, *Philoſophi & Medici Brixiani*, de Aquis mineralibus Coldoni ad oppidum Leuci in agro Mediolanenſi Diſſertatio. *Brixiæ* 1724. in 4.

Raritas indicatur in *gelehrten Leipz. Zeitungen* An. 1742. p. 920. his verbis: "Hievon ſind nur 50. Exemplaria gedruckt worden." Copioſam Scripti recenſionem habes in *Nov. Act. Erudit. Supplement.* T. IV. p. 86.

Gerardi DE ROO Annales Rerum ab Auſtriacis Principibus geſtarum, a Rudolpho I. ad Carolum V. *Oeniponti* 1592. in fol. *Halæ* 1709. in 4. & germanice *Auguſt. Vind.* 1621. in fol.

Editiones hujus Libri in folio maximo ſunt in pretio ob cauſſas adductas in *Biblioth. Hiſtoric. Hamburg.* Centur. IV. p. 150 ſqq.

Guilielmi ROPERI Vita D. Thomæ Mori, Equitis Aurati. Accedunt Mori Epiſtola de Scholaſticis; Academiæ Oxonienſis Epiſtolæ & Orationes; Anonymi Chronicon Godſtovianum, & Feneſtrarum depictarum Eccleſiæ Parochialis de Fairford in agro Gloceſtrienſi explicatio. *Londini* 1716. in 8.

Raritatem colligere licet ex ſequentibus, quæ leguntur in *gelehrten Leipz. Zeitungen* A. 1717. p. 579: "Der "Herr Thomas Hearne hat ROPERS Leben Mori mit ſeinen Anmerkungen und neuen Zuſätzen herausgegeben, "wovon aber nicht mehr als 148. Exemplare gedruckt "worden."

Johannis ROSÆ Commentarius in Academicas Quæſtiones M. Tullii Ciceronis, & ejusdem

Libros V. de Finibus. *Francof. ad Mœnum,* 1571 in 8.

Liber rarus, in Auctione Menarſ. p. 492. venditus novem Florenis & dimidio; cui Cl. Bunemannus in *Catal. Libror. rariſſ.* p. 115. pretium III. Imperial. adſignavit.

Zachariæ ROSENBACHII, *Med. D. Phyſices-que & Lingg. Prof. Herborn.* Moſes omniſcius, ſive Omniſcientia Moſaica, Sectionibus ſex quam breviſſime exhibens ſupra ſepties mille V. T. voces, ſecundum rerum locos communes novos ita diſpoſitas, ut quis inde non tantum omnium Auctorum Scripta accurate reſolvere, ſed & quæcunque cupit, expedite admodum componere poſſit. Opus quale huc usque non viſum. *Francof. ad Mœn.* 1633. in 4. pp. 542.

Liber infrequens & rarus, recenſetur a Jo. Chriſtoph. Wolfio in *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 558. 559.

Zachar. ROSENBACHII Methodus Omniſcientiæ Chriſti, cum Specimine Omniſcientiæ Gentilis & Ind. Coroll. Phyſic. N. T. *Ejusd.* Lexicon in LXX. Interpretes, & Libros Apocryphos. Elenchus Græco-Latinus Dictionum, quæ in Vet. & N. T. ſimul occurrunt. Elenchus Vocum, quæ N. Teſtamento ſunt propriæ. *Herborn.* 1634. in 8.

Opus itidem infrequens & rariſſimum. Vid. Jo. Ludov. Bünemanni *Catalogus Libror. rariſſ.* p. 103.

Olai ROSENCRANTII Apologia Nobilitatis Danicæ. Anno 1681. in 4.

Scriptum inſigniter rarum, indicante *Theſauro Biblioth.* T. I. p. 129 ſq.

Le ROSIER, ou Epitome hiſtorial de France, diviſé en trois parties. En la premiere eſt Traité

Traité depuis la Creation du Monde jusqu'au Roy Pharamond, contenant les Genealogies & Descentes de Gaulois ou François, Troyens, Latins, Allemans, Bretons, Anglois, Brabançons & autres jusqu'au dit Pharamond. La seconde partie laquelle fut compilée à la requête du feu Roy Louis XI. que Dieu absoulle, contient par maniere de Chronique & par années distinctes les faits & gestes des François, Anglois, Ecossois, Espagnols, & autres dignes de memoire. La tierce partie contient le Rosier des Guerres, où sont contenus plusieurs bons Enseignemens avec des Figures & Portraits. *à Paris* 1528. in fol.

Vid. Theoph. Sinceri *Nachrichten von alten und raren Büchern* p. 51. *Biblioth. Anonym.* P. I. p. 131.

Franciſci DE ROSIERES, *Archidiac. Tullenſis*, Stemmatum Lotharingiæ & Barri Ducum Tomi VII. ab Antenore Trojano ad Caroli III. Ducis tempora, in quibus præterea habes ubique gentium gestorum perutile Compendium Chronologicum. *Pariſiis* 1580. in fol.

Autor A. 1607. defunctus plura Diplomata vel effinxit, vel adulteravit, ut conducerent ad finem sibi in rebus & Genealogia Lotharingiæ propositum. Ea propter autem coram Henrico III. Galliæ Rege falsitatis convictus atque ad palinodiam condemnatus fuit Libro ejus proscripto, & exemplaribus plurimis combustis. Testantur hoc Henschenius in *Actis Sanctorum* d. 1. Febr. p. 233. & Jac. Masenius ad *Annales Rerum Trevirenſ.* Brower. Tom. I. p. 608. Exinde etiam ortum, quod hic Liber adeo difficilis sit emtu repertuque, licet tanta ejus non sit utilitas. Vid. Ill. Ludewigius in *Præfat. ad Tom. I. Spicileg. MStor.* p. 76. Jo. Hübneri *Biblioth. Genealog.* pag. 192 sqq. Jac. le Long *Bibliotheq. Historiq.* de

de Franc. n. 10460. *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio - Buder. p. 477. *Merckwürdigkk. Biblioth. R. Dresd.* T. I. p. 63.

Jo. ROSINI, *Iſenacenſis Thuringi, Miniſtri V. D. Naumburgenſis*, Exempla Pietatis illuſtris. Hoc eſt: Vitæ trium Illuſtriſſ. ac laudatiſſ. Saxoniæ Ducum, Principum Electorum, Friderici III. Sapientis, Johannis Conſtantis, & Jo. Friderici Magnanimi, Illuſtriſſ. Celſiſſimisque Principibus, Friderico Guilielmo Pro-Electori, & Johanni Fratri ejus dedicatæ. *Jenæ, Tobias Steinmann imprimebat*, 1602. in 4. plag. $3\frac{1}{2}$.

Exempla hæc culto ſtilo ſcripta, & rebus memorabilibus referta, rarioribus & parum obviis Libris adnumerantur a Chriſtiano Junckero in *Memoria Lutheri* p. 439. & aliis.

Leonis, L. B. DE ROSMIDAL, Itinerarium.

Recenſetur a Cl. Aug. Bayero in *Memor. Librorum rar.* p. 236 ſqq. Integer Libri rarioris titulus ita habet: *Commentarius brevis & jucundus Itineris atque Peregrinationis Pietatis & Religionis cauſſa ſuſceptæ ab Illuſtri ac Magnifico Dno Leone, Libero Barone* DE ROSMIDAL *& Blatna, Johannæ Reginæ Bohemiæ Fratre germano, Proavo Dni Zdenco Leonis, Liberi Baronis de Rosmidal & Blatna, nunc ſupremi Marchionatus Moraviæ Capitanei; ante centum annos bohemice conſcriptus, & nunc primum in latinam linguam translatus & editus. Ex conſenſu Johannis, Olomucenſis Epiſcopi. Olomucii, apud Fried. Millichthaler*, 1577. in 8. pagg. 135.

Scripta in Academia ROSTOCHIENSI publice propoſita, ab A. C. 1560. usque ad Octobrem An. 1563. & inde ad initium anni 1567. *Roſtoch.* 1567. in 8.

Rarioribus Libris jure adnumerandum eſſe indicat Cl. Jo. Henr. von Seelen in *Hiſtor. Typogr. Lubecenſ.* p. 46.

Hæri-

Heriberti ROSWEIDI Vitæ Patrum, seu Historia Eremitica. *Antwerpiæ* 1615. iterumque 1628. in fol.

De raritate hujus Operis testantur *Catalogus Historicorum* Fresnoio-Mencken. p. 53. & Gundlingius in *Collegio Litterar. ad Heumanni Conspect.* p. 6058.

Valentini ROTMARI, *P. L. & Eloq. Prof. Ordinarii*, Almæ Ingolstadiensis Academiæ Tomus I. in septem divisus Partes, quarum 1. Acclamationes poëticas, 2. Cancellarios & Pro-Cancellarios amplissimos, 3. Principes illustrissimos, 4. Comites illustres, 5. Barones generosos, 6. Archi-Episcopos & Episcopos reverendissimos, 7. Professores SS. Theol. venerandos, complectitur. Post immaturum Autoris obitum accurate fideliterque absolutus a M. Jo. Engerdo, SS. Theol. Baccal. P. L. ac Poës. Prof. Ordin. *Ingolstadii, ex Typographia Dav. Sartorii*, 1581. in 4. plag. 48.

Copiosam & accuratam recensionem habes in *nützlichen und auserlesenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche*, P. VI. pag. 501 sqq. ubi de raritate hujus Operis hæc leguntur: "Diss Buch ist so selten zu sehen, dass, ausser "dem Academischen Archiv in Ingolstadt, auch in "der Universitäts-Bibliotheque kein Stück davon anzu-"treffen.„ Aeque rarus est alius ejusdem argumenti Liber titulum gerens: *Valentini* ROTMARI *Annales Ingolstadienſis Academiæ in duas divisi Partes, quarum prior Acclamationes, posterior Rectorum seriem, celebriores personas, & acta memorabilia complectitur. Ingolst.* 1580. in 4. Vid. Jo. G. Schelhornii *Acta Historico-Ecclesiastica* P. I. p. 102..

Olavii RVDBECKII Atlantica sive Manheim, vera Japheti posterorum sedes ac patria. Tomus

mus I. *Upſal.* 1675. it. mutato ſaltem titulo 1679. iterumque 1684. in fol. Tomus II. *Upſal.* 1689. Tomus III. *Upſal.* 1698. in fol. Cum Tomo peculiari Tabularum & Figurarum ad illuſtrandam priſci ævi Hiſtoriam.

Tomus IV. prelo paratus & huc dum ineditus, conſtans foliis 588. extabat in Bibliotheca Lib. B. de Schœnberg. vid. *Catalogus ſelectiſſimæ hujus Biblioth. Amſtelod.* 1743. editus, T. II. p. 584. De raritate hujus Operis teſtantur *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 468. & illuſtr. de Ludewig in *Præf. zur Rechtlichen Erläuterung der Reichs-Hiſtor.* p. 32. Satis copioſe recenſetur in P. Bælii *Nouvell. de la Republ. des Lettres* 1685. *Janv. & Fevr.* itemque in Tenzelii *Monatl. Unterredungen* 1690.

Olavi RVDBECKII, *Filii*, Nora Samolad, ſive Lapponia illuſtrata. *Upſaliæ* 1701. in 4.

Rariſſimus & infrequens dicitur in *Catalogo Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 472. Conf. *Acta Eruditorum* 1703. p. 286 ſqq.

Olai RVDBECKII, *Filii*, Campi Elyſii. Tomus II. *Upſal.* 1701. in fol. cum multis figg.

Liber ipſa raritate rarior. Exemplaria Tomi I. hujus Operis omnia igne perierunt, & permulta Tomi II. Hæc *Catalogus Biblioth.* Lib. B. de Schœnberg T. I. p. 22. Bina ſaltem Tomi I. exemplaria in toto mundo extare docent *Hamburg. Berichte von gelehrten Sachen* A. 1743. p. 9.

Julii Conradi RÜDEMANNI Hiſtoricorum Palæo-Marchicorum Collectiones III. d. i. der Altmärkiſchen Hiſtoriſchen Sachen Sammlungen. *Saltzwedel* 1726-1728.

Collectionem hanc, cujus nonniſi trecenta exempla impreſſa ſunt, recenſet Georg. God. Küſterus in *Bibliotheca Hiſtoric. Brandenburgica* p. 767 ſq.

RVDI-

RVDIMENTVM Novitiorum. *Lubecæ, per Lucam Brandis de Schaß*, 1475. in fol. maj.

Hoc ingentis molis Opus rariſſimum eſt omnium, quæ ſub initium Typographiæ in lucem emiſſa; imo tanta eſt iſtius Libri raritas, ut, teſte Tenzelio in *Dialog. Menſtr.* 1692. p. 678. ex edito exemplari deſcriptus tantum extet in Bibliotheca Gothana alias inſtructiſſima. Adcurate hunc Librum, qui Hamburgi in Bibliotheca B. Gerh. Schrœderi, Conſulis quondam meritiſſimi, extat, delineat doctiſſ. Jo. Henr. von Seelen *Selector. Litterar. Specim. XVI.* p. 558 ſqq. it. *Hiſtoria Typogr. Lubecenſ.* p. 4 ſqq.

Esromi RVDINGERI Paraphraſis Pſalmorum. *Gorlicii* 1581. in 4. II. Voll.

Opus rarum & pauciſſimis viſum, judice Cl. Reimmanno in *Catalogo Biblioth.* p. 295.

Jo. Baptiſtæ RVFI Vita Octavii Pantagathi. *Romæ* 1657.

Vid. *Nova Litteraria Germaniæ* A. 1703. p. 87.

Hieron. RVSCELLI Lettere di Principi. Libri III. *Venet.* 1570. 1575. 1577. in 4.

Liber extremæ raritatis, indicante *Catalogo Bibliothecæ* Mencken. pag. 85. Prodiit etiam gallice hac inſcriptione: *Epitres de Princes, recueilles par* RVSCELLI, *& traduites en François par Belleforeſt. à Paris* 1574. in 8. Recenſet hanc verſionem Paul. Colomeſius *Biblioth. Choiſ.* p. 162. *Oper.* p. 473. ex quo ſequentia verba de raritate hujus Libri notari merentur: "Ces Lettres ſont toutes "ſi importantes, qu'il ſeroit à ſouhaiter que Belleforeſt "eut traduit les trois Tomes, que je me ſouviens d'avoir "vus imprimez *à Veniſe chez Zilet*, in 4. Comme ils ſont "extremement rares, nous nous conſolerions, ne les "ayant pas, d'en poſſeder la traduction.,,

RVTHENORVM Baptiſmus. Bulla de non rebaptizandis Ruthenis. Juramentum ab Rutheno

theno Pontifici R. præstandum. *Cracov.* 1544. in 12.

Libellus rarissimus.

Sigefr. Rybisch Monumenta Clarorum doctrina præcipue toto orbe terrarum collecta passim & maximo impendio cura & industria in æs incisa, opera Tobiæ Fendt. *Francofurti* 1589. fol.

Rariorem esse hunc Librum, licet repetita vice excusus fuerit, maximopere dolet Jac. Frid. Reimmannus Tom. II. *Biblioth.* p. 48.

Thomæ Rymeri, *Sereniss. Reginæ Historiographi*, Fœdera, Conventiones, Litteræ, & cujuscunque generis Acta publica inter Reges Angliæ, & alios quosvis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes & Communitates ab ineunte Seculo XII. videlicet ab anno 1101. ad nostra usque tempora habita aut tractata, ex Autographis intra secretiores Archivorum regiorum Thesaurarios per multa Secula reconditis fideliter expressa, in lucem missa de mandato Reginæ. *Londini, per A. & J. Churchil,* 1704 sqq. XVII. Voll. in fol.

Quorum priora XV. accurante Thoma Rymero A. 1713. demort. ab anno 1704. usque 1713. sunt edita. Vol. XVI. e Schedis Thom. Rymeri edidit Robertus Sanderson 1715. qui & An. 1717. ultimum Tomum tabulas alphabeticas totius Operis complectentem adjunxit. Opus hoc præstantissimum ob paucitatem exemplarium typis exscriptorum ingenti pretio hactenus redimendum fuit. Et licet An. 1717. *Londini studio Georgii Holmes* nova editio prodierit, nec minus etiam rara est altera editio, quippe quæ 150. saltem, vel ut alii volunt, 200. exemplis excusa. Singula hujus Operis Volumina

mina recenſentur tum in *Actis Eruditorum*, tum in Jo. Clerici *Bibliotheca ſelecta* & *Nov-Antiqua*. Separatim etiam prodierunt Excerpta, quæ in Clerici Bibliothecis dictis reperiuntur, quas debemus celebri Hiſtorico Rapin Thoyras. Excuſa autem fuerunt pauciſſima ſaltem exemplaria ſub titulo: *Abregé Hiſtorique de ce qui eſt contenu dans les Actes publiques, imprimez à Londres en l'an* 1704. *& ſuivans, recueilles par Thomas* RYMER. Vid. *Lettre contenant quelques particularitez de la Vie de Mr. Rapin Thoyras*, quæ legitur in limine Tomi X. *Hiſtoire d'Angleterre par Rapin Thoyras*, p. 13. & Chriſt. Gottfr. Hofmanni *Bibliotheca Juris publici*, p. 81 ſqq. Agit etiam de hoc Opere Jo. Alb. Fabricius *Biblioth. med. & infimæ Latinit.* T. I. p. 281 ſqq. ex quo ſequentia notanda duximus: "Cum "prioris editionis pretium eſſet immane *centum & viginti Librarum Sterlingarum*, hoc eſt, Thaleror. 600. etiam "poſterior hæc, cujus tantum ducenta exempla typis exſcripta ſunt, venditur *quinquaginta nummis aureis Guineenſibus*, hoc eſt, Thaleris 250." Etiam *Tomus XIIX. accurante Roberto Sanderſon Londini per J. Tonſon* 1726. in fol. lucem vidit, qui & ſpem fecit, ut reliqua pari cura collecta, quæ ad noſtrum pertingunt ævum, impoſterum nobis quoque polliceri queamus. Vid. *Acta Eruditor.* 1728. p. 193 ſqq. Bono Conſilio & ex uſu Reipublicæ Literatæ *tertiam editionem* producere cœpit *Hagæ Comitis* celebris nominis Bibliopola *Jo. Neaulme*, qui editionem alteram *Georgii Holmes* paucioribus Voluminibus, decem nimirum, in folio æquiori pretio dare conſtituit, & magna ex parte jam dedit.

S.

Diego SAAVEDRA, *Faxardo, Cavallero de la Orden de Santiago, &c.* Corona Gothica Caſtellana, y Auſtriaca, Politicamente illuſtrada. Parte primera. *Impreſa en Munſter, en Caſa de Ivan Janſonio*, 1646. in 4. pp. 514.

Opus doctum, egregium, præſtantiſſimum, judice Chiſletio apud Franckenau in *Biblioth. Hiſpan.* p. 97. Inſigniter dolendum alteram partem ob præmaturam Autoris mortem non prodiiſſe. De maxima autem hujus Libri raritate vid. *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buder. pag. 265. & *Catalogus Biblioth.* ill. a Ludewig p. 931. cujus tamen editio ab hac, quam poſſideo, diverſa eſt.

Raymundi DE SABVNDE, *in Artibus & Medicina Doctoris, & in ſacra pagina egregii Prof.* Theologia Naturalis, ſive Liber Creaturarum, ſpecialiter de Homine & de Natura ejus, in quantum homo, & de his, quæ ſunt ei neceſſaria ad cognoſcendum ſe ipſum, & Deum, & omne debitum, ad quod homo tenetur & obligatur tam Deo quam proximo.

Opus ad umbilicum perductum Toloſæ, ubi Autor docuit A. 1436. ſatis copioſe recenſetur a Jo. Alb. Fabricio *de Veritate Relig. Chriſtian.* p. 454 ſqq. Prodiit poſt editionem *Daventrienſem apud Rychard Paffroed* 1487. in fol. de qua vid. Wharton, & Theoph. Sincerus in der *neuen Sammlung von raren Büchern*, p. 525 ſqq. *Argentinæ* 1496. fol. iterumque 1501. fol. *Norimbergæ, apud Anton. Koburger*, 1502. fol. *Pariſiis, apud Jo. Parvum*, 1509. in 8. *Lugd.* 1540. in 8. *Venet.* 1581. in 8. *Francofurti* 1635. in 8. *Pariſ.* 1647. in 8. & *Lugd.* 1648. in 8. Et tamen, quod mireris, pleræque editiones omnes ita evanuerunt, vix jam ut appareant. Vid. Jac. Frid. Reimmanni *Biblioth. Theol.* p. 977. Aliud ejusdem Raymundi Opus inſcriptum: *Viola*

animæ

animæ per modum Dialogi inter Raymundum Sabundum, & Dominum Dominicum Seminiverbium, de Hominis Natura tractans ad cognoscendum se, Deum, & hominem, prodiit *Toleti* 1500. in 4. *Colon.* 1500. in 4. *Lugd.* 1568. in 12. & *Coloniæ* 1700. in 12. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infimæ Latinit.* T. VI. p. 117.

Francisci SACCHINI, *e Soc. Jesu*, de ratione libros cum profectu legendi. *Romæ* 1650. in 12. pl. 12.

Recensetur in *nova Librorum rarior. Collect.* p. 136.

Bernardi SACCI, *Patritii Papiensis*, de Italicarum rerum varietate & elegantia Libri X. in quibus multa scitu digna de populorum vetustate, dominio, & mutatione; it. de Provinciarum proprietate, & Rom. Ecclesiæ amplificatione. *Papiæ, apud Hieronymum Bartolum*, 1565. in 4.

Editio hæc rara in Auctione Biblioth. Menarsianæ p. 245. pretio viginti Florenor. divendita, cuique in Jo. Ludolph. Bunemanni *Catalogo Libror. rariss.* p. 89. septem Thaleror. pretium statuitur.

Hans SACHSEN sehr herrlicher und schöner Gedichte Volumina V. in fol.

Vol. I. *Norimbergæ per Leonhard Heusler* 1570. in fol. excusum prodiit, cum Præfatione tum Autoris, tum Collectoris Georgii Willeri. Vol. II. *ibid. apud Christophor. Heuslerum* 1560. in fol. cum Dedicatione a Georg. Willero nuncupata Senatui Norimbergensi, & brevi Præfatione Jo. Sachsii. Vol. III. hactenus se oculis meis subduxit. Vol. IV. *ibid. per Leonh. Heuslerum* 1578. in fol. cum Præf. Joach. Lochneri Bibliopolæ. Vol. V. *ibid. per Leonh. Heuslerum* 1579. in fol. cum Præfat. Lochneri. Raritatem hujus Operis attestatur etiam Cl. von Seelen in *Historia Typogr. Lubecensis* p. 81. In limine Voluminis IV. cernitur effigies Autoris his ornata rhythmis, ex quibus Cl. Jöcheri *Gelehrten*

Lexicon, aliique circa annum emortualem famosissimi Autoris errantes Scriptores emendari possunt:

Alſo war ich Hans Sachs geſtalt;
Gleich 81. Jahre alt,
Zehn Wochen, darzu 5. Tag,
Da ich von hinnen ſchmertzlich mit Klag
Durch die almächtge GOttes Wahl
Ward gefördert aus dem Jammerthal,
Und von den lieben Engeln bloß
Getragen in Abrahams Schooß.
Leb nun in Fried; deß mich vergewiſſt
Mein lieber Heiland JEſus Chriſt.
In ſechs und ſiebentzigſten Jahr,
Der 19. Jenner es war.

Scheich Mustah Eddin SADI Guliſtan, ſive Roſarium Politicum, ſeu amœnum humanæ ſortis Theatrum, latine redditum & Notis illuſtratum a Georgio Gentio. *Amſtelod. ex Typogr. Jo. Bleau*, 1651. in fol.

Editio propter ſplendorem cariſſima. Textus litteris perſicis verſioni latinæ adjunctus eſt magnifico apparatu, regioque ornatu. Hinc Opus iſtud rarum. vid. S. Rev. Bruckeri *Hiſtor. Crit. Philoſ.* T. III. p. 211.

Caſp. SAGITTARII Compendium Hiſtoriæ Saxonicæ Succeſſionem ab Alberto Urſo usque ad noſtra tempora breviter explicans.

Hujus Opuſculi primæ ſex plagulæ propriis Autoris ſumtibus in uſum Auditorii ſui impreſſæ juſſu Principali ſuppreſſæ ſunt. Vid. Georg. Chriſtoph. Kreyſigs *Hiſtor. Biblioth. von Oberſachſen* pag. 60. B. G. Struvii *Biblioth. Saxonic.* p. 353 ſqq. *Biblioth.* Reimmann. T. II. p. 654

SAIDINI Chronicon Turcicum.

Diverſis in locis editum hoc titulo: *Chronica dell' origini & progreſſi della Caſa Ottomanna, comporta da* SAIDINO *Turco, e tradotta da Vincenzo Bratutti, II. Tomi. Tom. I. Viennæ* 1649. *Tom. II. Madrit* 1652. in 4. Rariſſime occur-

occurrunt ambo Tomi. Vid. *Catalogus Biblioth.* Mencken. pag. 455.

Louis DE SAINT-AMOVR, *Docteur de Sorbonne*, Journal de ce, qui s'eſt fait à Rome dans l'affaire des cinq Propoſitions depuis 1646. jusqu'en 1653. avec des Additions, & un Recueil des Pieces. *Imprimé pour l'Auteur* 1662. in fol.

Continet hic Liber Acta Janſeniſtarum ad modum Diarii gallice deſcripta. Pariſiis autem manu carnificis publice fuit exuſtus, docente Thom. Stegero in *Epiſtola* ad B. Bebelium edita a Jo. Henr. von Seelen in *Philocalia Epiſtol.* p. 166 ſq. Nervoſum hujus *Diarii* rarioris, imo rariſſimi, Compendium dedit Autor Anonymus *Hiſtoriæ Generalis Janſeniſmi.* Franciſci Annatæ, Soc. Jeſu, *in Diarium Sancti-Amorii Notæ* excuſæ ſunt *Pariſiis* 1654. in 4. Ipſum autem *Diarium translatum in linguam anglicanam a G. Hauers, Londin.* 1664. in fol.

Mr. DE SAINT-EVREMONT Memoires de la Vie du Comte D***. avec la Suite. Tomes III. *à Bruxell.* 1696. 1697. in 12.

Libris damnatis & prohibitis adnumeratur in *Catal. Bibliothecæ* Menckenian. p. 816.

Scevole & *Louis* DE SAINTE-MARTHE Hiſtoire Genealogique de la Maiſon de France, avec les illuſtres Familles ſorties des Reines & Princeſſes du Sang, *à Paris* 1647. II. Tom. in fol.

Libris rariſſimis, qui inventu apud nos ſunt perdifficiles, adnumeratur, & copioſe recenſetur a Jo. Hübnero in *Bibliotheca Genealog.* p. 202 ſqq. Prodiit hoc Opus jam anno 1628. *Pariſiis* II. Tomis in fol obſervatque Mr. Langlet du Fresnoy, "qu'il faut avoir ces deux Editions. La derniere eſt "la plus ample, & la plus exacte par rapport à l'hiſtoire; "mais la deſcente des Familles ſorties des Princeſſes du "Sang y manque, parce qu'elle devoit faire un troiſieme

„Volume.„ Vid. Jaq. le Long *Biblioth. Hiſtor. de France* n. 9852.

Johannis SALABERTI Philoſophia Nominalium vindicata. *Pariſiis* 1651. in 8.

Ingens & tanta hujus Libri eſt raritas, ut ſummis in Gallia curis a præſtantiſſ. Maturino Veiſſ. la Croze quæſitus inveniri tamen non potuerit. Idem fatum aliis obtigit. vid. S. Rev. Bruckerus in *Hiſtor. Crit. Philoſ.* T. III. p. 904. T. IV. p. 130. Morhofius SALABERTI Librum advocat hoc titulo: *Logica in Nominalium Via.*

Pedro DE SALAZAR Hiſtoria de la Guerra y preza de Africa. *Napoles* 1552. fol.

Liber hic admodum infrequens eſt, ſummoque hinc ſtudio conquiri ſolet, ex indicio *Bibliothecæ* Heukelom-Akersloot. P. I. p. 129.

SALOMONIS Claviculæ, & Theoſophia Pnevmatica, das iſt, die wahrhaftige Erkenntniſs GOttes, und ſeiner ſichtigen und unſichtigen Geſchöpfen, die Heilige-Geiſt-Kunſt genannt, darinnen der gründliche einfältige Weg angezeiget wird, wie man zu der rechten wahren Erkenntniſs GOttes, auch aller ſichtigen und unſichtigen Geſchöpfen, aller Künſten, Wiſſenſchaften und Handwerken, kommen ſoll. *Weſel, Duisburg, und Franckfurt, druckts und verlegts Andreas Luppius, privil. Buchhändler daſelbſt*, 1686. in 4.

In paucorum manibus eſſe hunc Libellum tribus plagulis & dimidia conſtantem, ſuppreſſis ſcilicet ab ipſo editore exemplaribus, cum periculum capiti imminere reſciſcerer, monetur in *nova Librorum rarior. Collect. Faſcic. IV.* In *Bibliotheca* Anonymiana *Norimbergæ venali* pag. 95. pretium his pagellis ſtatuitur XXV. Florenor. Idem Luppius plura Magica itidem rariſſima pauciſſimisque viſa edidit. En titulum: *Semiphoras und Schemhamphoras* SALOMONIS *Regis.*

Weſel,

Wesel, Duisburg und Franckf. bey Andr. Luppius, 1686. in 4. pl. 3. *Arbatel de Magia Veterum &c. Wesel, Duisburg und Franckf. bey Andr. Luppius*, 1686. in 4. plag. 5. *Valentini Weigelii Geomantia nova.* in 4. Anno, loco ac Typographo eodem. pl. 5. Differunt hæ *Claviculæ* a Luppio editæ ab illis, quas *Abrahamus Colorno* ex Hebræo, jussu Ducis Mantuani, italice convertit, quæ gallice etiam, imo & latine, passim in Bibliothecis Eruditorum reperiuntur; nunquam tamen, ut arbitror, typis fuere excusæ. Specimina harum versionum habes in Jo. Christ. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. IV. p. 977 sqq. & Theoph. Sinceri *Nachrichten von alten und raren Büchern*, T. I. p. 73 sqq. *Thesaur. Bibliothecal.* T. II. p. 370.

Hippolyti SALVIANI Historia aquatilium animalium cum eorum formis ære excusis. *Romæ, impensis Autoris*, 1554. in fol. maj.

Liber maximæ raritatis: v. *Biblioth. Anonym.* P. I. p. 61. Recensetur in Aug. Bayeri *Memoriis Librorum rarior.* p. 7.

Francisci SANCHEZ Libellus Philosophicus, quod nihil scitur. *Lugd.* 1581. in 4. *Francof. apud Jo. Berner*, 1618. in 8. item *Roterodami* 1649. in 12. cum tribus aliis Opusculis ejusdem Autoris; & inter *Opera Medica*, quæ *Tolosæ Tectosagum apud Petrum Bosc* 1636. in 4. excusa sunt. Scriptum scepticum, imo atheisticum; de quo legatur Jo. Wildii *Disp. quod aliquid scitur, Lipsi.* 1664. & Jac. Frid. Reimmanni *Historia Atheismi* p. 432 sq. Dubius hæreo, an hic Libellus rarioribus sit adnumerandus, qui satis ubique notus est, cujusque tot repetitæ extant editiones?

Thom. SANCHEZ de Matrimonii Sacramento Disputationum Tomi III. *Antwerpiæ* 1652. *Lugd.* 1669. *Avenion.* 1689. *Venet.* 1726. fol.

Non quidem adeo rarum Opus, dignum tamen, quod occultetur studiose; cum sit Opus non gloriandum, sed pudendum, Liber spurcissimus, & vera Veneris Bibliotheca. Vid. P. Bayle *Dictionn.* art. *Sanchez.* Jo. Ad. Osiandri Judicium de hoc Opere dignum est, quod hic legatur. Ita

autem de illo in *Theolog. Casual.* P. V. C. I. p. 361. scribit: "Densum edidit Opus de Matrimonio, Opus non glorian-"dum, sed pudendum; tam immani curiositate, tam invisa "in rebus spurcissimis, & infandis, & monstrosis, & diabo-"licis perscrutandis sagacitate horrendum, ut mirum sit, "pudoris alicujus hominem ea sine rubore scripsisse, quæ "quivis modestioris ingenii vir vix sine rubore legat.„ Conf. Andr. Rivetus in *Isagog. ad Script. S.* pag. 204. & M. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* p. 986 sq.

Anteri Mariæ A SANCTA BONOVENTVRA Commentarius in Acta Apostolorum. *Genuæ* 1681. fol.

Liber hic fere ignotus est in Germanorum Bibliothecis. Vid. Wendleri *Dissertat. de Libris rar.* § XXI.

Claudi SANCTESII Declaration d'aucuns Atheismes de la doctrine de Calvin & Beze contre les premiers fondemens de la Chrêtienté. *à Paris* 1567. in 8.

Rarissimis Libris adnumeratur a S. Rev. Jo. Laur. Mosheimio in *Historia Serveti* p. 35.

Antonii SANDERI Chorographia Brabantiæ Sacræ.

Perrara olim erat, & non ubique obvia, partim quia maxima pars exemplorum Bruxellis An. 1695. in ædibus Typographi, incendio per missiles Gallorum ignes excitato, perierat; partim quia cætera dispersa erant. Nunc quidem obvia est, sed magno pretio comparanda. Nova enim editio propter splendorem carissima est. *Christianus van Lom*, Bibliopola Hagiensis, magnifico apparatu recudendam curavit *Hagæ Comitum* 1726. & 1727. in fol. regal. III. Tomis, & plurimis figg. & tabulis æneis.

Franc. SANDFORD, *Esq. Lancaster Herald at arms*, Genealogical History of the Kings of England, and Monarchs of great Britain, from the conquest A. 1066. to the year 1677. with

with their Effigies, Seals, Tombs &c. *In the Savoy* 1677. in fol.

Libro huic splendido pretium XII. Taleror. statuitur in *Catal. Biblioth.* Uffenbach. T. II. p. 85. Recusus est *Londini apud Rich. Chiswel* 1683. in fol. quæ editio recensetur in *Actis Eruditor.* 1684. p. 1 sqq.

Francis SANDFORD the Hiſtory of the Coronation of the moſt high, moſt mighty, and moſt excellent Monarch, James II. by the grace of God King of England, and of His Royal Conſort Queen Mary; ſolemnized in the collegiate Church of the St. Peter in the City of Weſtminſter &c. The whole Work illuſtrated with ſculptures. By His Majeſties eſpecial command. *In the Savoy, printed by Thomas Newcomb, one of His Majeſtie Printers*, 1687. in fol. maj.

Opus ſplendidum æque ac rariſſimum, cujus exemplaria inter Magnates Aulæ tantum ſunt diviſa. Vid. Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büchern* T. II. p. 542.

Chriſtoph. SANDII, *Principis Socinianorum*, Scripta fere omnia, præprimis: *Tractatus de Origine Animæ, Coſmopoli apud Libertum Pacificum*, 1671. in 8. divenditus eſt in Bibliotheca Lampiana fere III. Imperialibus. *Interpretationes paradoxæ quatuor Evangeliorum, quibus affixa eſt Diſſertatio de Verbo, una cum Appendice. Coſmopoli, apud Libertum Pacificum*, 1670. in 8. pagg. 416. *Nucleus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; cui præfixus eſt Tractatus de veteribus Scriptoribus Eccleſiaſticis. Coſmopoli, apud Lib. Pacificum*, 1668. in 8. *Secunda editio ab Autore locupletata & emendata. Coloniæ*, (ſed rectius *Amſtelod.*) *apud Jo. Nicolai*, 1676. in 4. Ejusd. *Appendix addendorum, confirmandorum, & emendandorum ad Nucleum Hiſt. Eccl. in qua ſub finem adduntur III. Epiſtolæ. Colon.* 1675. in 4. Ejusd. *Problema paradoxum de Spiritu Sancto: Annon per illum ſanctorum angelorum genus intelligi poſſit? Coloniæ, apud*

apud Jo. Nicolai, 1678. in 8. *Bibliotheca Anti-Trinitariorum, sive Catalogus Scriptorum, & succincta narratio de vita eorum autorum, qui præterito & hoc seculo, vulgo receptum dogma de tribus in unico Deo per omnia æqualibus personis vel impugnarunt, vel docuerunt, solum Patrem D. N. J. Christi esse illum verum seu altissimum Deum. Opus posthumum. Accedunt alia quædam scripta, quorum seriem pagina post præfationem dabit. Freystadii, apud Jo. Aconium*, 1684. in 8. pp. 296. Bibliothecam hanc Supplementis, notis, emendationibus novisque accessionibus auctam exspectare nos jubet doctissimus Petrus Adolph. Boysenius. Vid. Gabr. Wilh. Götten *Gelehrtes Europa* P. I. p. 456.

Prudencio de SANDOVAL Historias de Idacio, Isidoro, Sebastiano, Sampiro y Pelagio obispo & recogidas. *Pampelona* 1634. fol.

Collectio hæc Scriptorum Rerum Hispanicarum, quinque breviora latine scripta Chronica exhibens, copiosis tamen Sandovalii notis, adjectisque Diplomatibus illustrata, nostris in Oris perrara, & vix millesimo visa. Conf. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderian. p. 260.

Jacobi SANNAZARII Lamentatio de morte Christi, cum Notis Dan. Augentii. *Lutet.* 1557. in 4.

Editionem hanc raro obviam esse, indicat Bælius *Dictionar.* T. I. p. 389. not. A. Conf. Menckeniorum *Biblioth. Viror. Militia ac Script. illustr.* p. 415.

Francesco SANSOVINO Origine e Fatti delle Famiglie illustri d'Italia. *In Venetia presso Combi & la Nou* 1670. in 4. pagg. 631.

Rarioribus omnino adnumerandus. Prima editio *in Vinegia, presso Altobello Salicato* 1582. in 4. pagg. 403. recensetur in *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresd.* T. I. p. 269 sq. Cl. Autori incognita fuit hæc nostra editio continuata, uti in titulo legitur ad an. 1600. usque. Parum apud nos obviis etiam adnumerandus ejusdem *Venetia Citta Nobilissima & singulare, descritta gia in XIV. Libri da M. Francesco* SANSOVINO, *In Venetia, presso Altobello Salicato*, 1604. in 4.

Antonius

Antonius SANTARELLVS de Hæresi, Schismate, Apostasia, Sollicitatione in Sacramento Pœnitentiæ & de potestate Romani Pontificis. *Romæ* 1625. in 4.

Liber hic ex decreto Parliamenti Gallici publice fuit combustus. vid. Kortholti *Histor. Ecclesiast.* p. 881. *Histoire de Louis XIII.* T. V. p. 361. Gramondi *Hist. Gall.* Libr. XV. p. 675. *Catalogus Biblioth.* Hasæan. p. 717.

Otavio SAPIENCIA nuevo Tratado de Turquia, con una descripcion del Citio y Cuidao de Constantinopla, Costumbres del gran Turco, de su modo de Gioverno, de sa Palacio, Consejo, Martirios, y otras cozas notables. *Madrid* 1622. in 4.

Liber maximæ raritatis etiam in ipsa Hispania. vid. *Catalogus Biblioth.* Heukelom-Akersloot. P. II. p. 141.

La SARDAIGNE Paranymphe de la Paix. 1714. in 8.

Scriptum hodie rarum & haud facile obvium. Vid. J. B. Küchelbeckers *der nach Engelland reisende curieuse Passagier*, in præfat. b. 4.

Pauli SARPII Discursus de origine, forma, legibus & usu inquisitionis in Civitate & Dominio Veneto. 1630. in 4.

Italice conscriptus liber apprime rarus recensetur a Struvio in *Bibl. Antiq.* 1706. p. 28 sqq. & S. R. Gerdes in *Florileg. Lib. rarior.* p. 102.

SASSEN-SPEGEL. v. *Speculum* SAXONICVM.

Des SATYRES personnelles, Traité Historique & Critique de celles, qui portent le titre d'Anti. Tom. I. *à Paris* 1689. Tom. II. *ibid.* 1689. in 8.

Rarissimi eommatis liber teste Christ. Junckero in *Vita Lutheri Nummis illustrat.* p. 5. & Serpilio in *Memoria Theolog.* pag. 20.

Joannis

Joannis SAVBERTI variæ lectiones textus græci Evangelii S. Matthæi, ex plurimis impressis ac MStis codicibus collectæ, & cum versionibus partim antiquissimis, nec non Patrum veteris Ecclesiæ Græcorum, Latinorumque commentariis collatæ. *Helmst.* 1672. in 4.

De raritate ita judicat Rich. Simonius in *Biblioth. Critiq.* T. III. p. 311. " Il est assez rare dans Paris, où il est connu " de tres-peu de Personnes. „

Joan. SAVBERTI versio Germanica Bibliorum. vid. BIBLIA.

Diego SAVEDRA. v. *Diego* SAAVEDRA.

Abraham SAVERS Hessische und Thuringische Chronicke. *Franckf.* 1589. in fol.

Librum hunc Lipenius in *Bibl. Phil.* & alii citant, qui, si revera extat, certe rarissimis est adnumerandus; at vero existentiam ejus in dubium vocare videtur Cl. Christoph. Frid. Ayrman in *der Einleitung zur Hessischen Historie* p. 18.

Andreæ de SAVSSAY, *Parisini, S. R. E. Protonotarii, Concionat. Regii, nec non Ecclesiast. Sanctor. Lupi & Ægidii Pastoris*, de Mysticis Galliæ Scriptoribus multiplicique in ea Christianorum rituum origine, selectæ dissertationes per singulas Ecclesiæ ætates digestæ. Acc. polemicus de Apostolatu Gallico S. Dionysii Areopagitæ Tractatus. *Parisiis, sumtib. Sebast. Cramoisy.* 1639. in 4. pagg. 1199.

Ex judicio Cl. Jo. Henr. a Seelen & doctiss. Schelhornii Tom. V. *Amœnitat.* p. 274. liber rarus ac parum obvius.

Petri SAXII Pontificium Arelatense, seu Historia Primatum S. Arelatensis Ecclesiæ. *Aquis Sext.* 1600. in 4.

Liber inter impressos rarissimus, mox suppressus, & 20 vel 30. imo centum & pluribus vallensibus, si modo exemplum

plus daretur, divenditus. "Saxii *Pontificium Arelat.*„ inquit Gundlingius in *Colleg. Litterar. ad Heumannum* p. 6060. "ist sehr rar; nur neulichst hat man es für 400 "Rthlr. bezahlet. Ich gab 50 Reichsthaler Commission dar- "auf in einer Auction zu Hamburg; allein der Printz Eu- "gene hat es um obgedachten Preis erstehen lassen.„ Conf. le Long *Bibl. Hist. de France*, n. 3006 & p. 904. Tentzelii *Biblioth. Curios.* 1704. p. 32. *Monatliche Auszüge* 1700. p. 276. Nuper illud *Saxii Pontificium* bono Consilio recusum dedit illustr. Menckenius T. I. *Scriptorum Rerum Germanicarum.*

Speculi SAXONICI Libri satis notissimi, *editiones priores* a raritate se multis ex causis commendant, & in pretio habentur, scilicet *Basileenses an.* 1474. *in fol. a Bernardo Richelio* impressa; *Augsburgenses a.* 1481. *fol. maj. gedruckt und vollendet von Anthoni Sorgen;* alia *Augustanæ Vind. in Annæ Rugeriæ Typograph.* 1482. fol. excusa, quam recenset Cl. Jungendres in *Notis Characteristicis librorum a Typogr. incunab. impressor.* p. 42 sq. editio quæ *Stendaliæ* 1488. *in fol. dorch Joachim Westphal* prodiit; editio *Lipsiensis* 1490. in fol. vid. *Annales Typograph. Lipsienses* p. 65. *Augsburgenses durch Hansen Schönsperger* 1496. in folio. iterumque 1499. alia *Augsburgenses* a. 1516. in fol. durch *Sylvanum Othmer*, quam recenset Cl. Ad. Henr. Lackmannus in *Annal. Typogr.* p. 155.

Pauli SCALICHII Opera junctim *Basileæ, cura Jo. Oporini* 1559. in 4. edita, rarius comparere docet Cl. Schelhornius Tom. V. *Amœnitat.* p. 267. Multo tamen rariora sunt *Scripta* SCALICHII, quæ in hac Oporiana collectione non extant, interque illa omnium rarissimum, imo plerisque doctis ignotum, certe non visum illud, quod extat sub titulo: *Responsa Jurisconsultorum, qui habentur in universa Europa longe clariores, de origine, gente ac nomine Pauli* SCALIGERI *Commilitonis & Principis Regni Hungariæ, Dynastæ magni Principatus utriusque Terræ Hunnorum, Marchionis Veronæ &c. Domini Creuzburgi in Prussia, adversus Albertum Truchsium Wetzhausum, & alios obtrectatores collecta a judice hujus Controversiæ Duce Prussiæ, Coloniæ, apud Nic. Graphæum* 1567. in 8.

in 8. pagg. 368. vid. Bunemanni *Catalog. Libr. rariſſimor.* p. 92. De Paulo vero Scalichio, viro portentoſi ingenii, & altero ſui temporis Ecebolio copioſe exponunt Cl. Jo. Georg. Schelhornius in *Bibliotheca Bremenſi* Claſſ. VII. p. 1027 ſqq. in *Amœnitatibus Litterar.* T. IX. pag. 691 ſqq. *Erläutertes Preuſſen* T. II & III. paſſim. *Acta Boruſſica* T. I. p. 820 ſqq.

Ad *Joſeph. Juſt.* SCALIGERVM *Epiſtolæ.* vid. EPISTOLÆ.

Joſ. Juſti SCALIGERI, *Julii Cæſaris a Burden Filii*, Opuſcula varia antehac non edita. Omnium Catalogum poſt Præfationem Lector inveniet. *Pariſiis, apud Hieron. Drovart.* 1610. in 4. pagg. 582.

Liber curioſus maximæque raritatis & infrequentiæ.

Julii Cæſaris SCALIGERI Oratio de optimo dicendi genere contra Erasmum. *Lutetiæ*, cum Epiſtola Erasmi edita.

Exemplaria hujus ſcripti omnia magnis ſumptibus, nec minori induſtria conquiſita, flammis aboleri curavit filius Joſephus Scaliger honori parentis conſulturus. Vid. Schelhornius *Amœnitat.* T. II. p. 382 ſqq. T. VII. p. 130. Omni tamen hac induſtria impedire non potuit, quominus iterata vice fuerit recuſum iſtud ſcriptum. Id quod *Coloniæ, apud Bernardum Gualtherum*, 1600. in 12. & *Toloſæ* 1621. in 4. factum cum Inſcriptione: *Julii Cæſaris* SCALIGERI *adverſus Deſiderium Erasmum Orationes duæ eloquentiæ Romanæ vindices.* Vid. Rich. Simon *Lettres Choiſies* T. III. p. 132 ſqq.

Julii Cæſaris SCALIGERI, *Viri Clariſſimi*, Poëmata Sacra, quæ in poſteriori editione partim omiſſa, partim depravata fuerunt. Quibus adjecimus Andreæ FRVSII, *Soc. Jeſ.* Epigrammata in Hæreticos correcta & aucta. *Coloniæ, apud Bernardum Gualtheri*, 1600. in 12.

Liber

Liber rarioris commatis propter Frusii Epigrammata, quæ adhærent, injuriosissima in Lutherum aliosque. Recensetur a Theoph. Sincero in *Bibliotheca Historico-Critic. Libr. rar.* pag. 375 sqq.

Vincenzo SCAMOZZI Idea dell'Architettura. *In Venezia, per Georgio Valentino,* 1615. in fol. Tomi II.

Maximum huic editioni ab Italis propter summam raritatem pretium statui asserit Nic. Fr. Haym in *Notizia de libr. rari* p. 273. qui & de alio ejusdem Autoris libro p. 39. hæc habet: *Vincenzo* SCAMOZZI *Discorsi sopra l'Antichita di Roma con XL. tavole in rame per Battista Pitoni; dedicato da Girolamo Pirro. In Venezia per Franc. Ziletti,* 1582. in fol. "Quest' edizione e rarissima e fu "fatta con i disegni di Baldasar Peruzzi da Siena.„

Antonii SCAPPI, *J. C. Bononiens. & Advocati in Rom. Curia,* de Bireto Rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regularibus, Responsa prudentum divini humanique Juris. *Romæ, apud Georg. Ferrarium,* 1592. *Superior. permissu.* in 4.

Recensetur a Theophilo Sincero in *Nachrichten von raren Büchern* T. I. p. 329 sqq.

Opera *di M. Bartolomeo* SCAPPI, *Cuoco Secreto di Papa Pio Quinto*, divisa in sei Libri. *In Venetia, appresso Alessandro Vecchi,* 1598. in 4. cum figuris.

Eximiæ raritatis opus de re Culinaria agens recensetur in *Merckwürdigkeiten Bibl. Dresd.* T. I. p. 396.

Bernardus SCARDEONIVS de antiquitate urbis Patavii & Claris Civibus. *Basileæ* 1560. in folio.

Vid. *Catalogus Historic.* Fresnoio-Menckenian. p. 397. Cl. D. Gerdes in *Florileg. Lib. rar.* p. 102. Struvii *Bibl. Antiq.* an. 1705. p. 153 sqq.

L'Alitinonso di *M. Gasparo* SCARVFFI, *Regiano*, per fare Ragione, & Concordanza d'oro

&

& d'argento ; che ſervira in univerſale tanto per provedere a gli infiniti abuſi del toſare & guaſtare moneta ; quanto per regolare ogni ſorte di Pagamenti, & ridurre anco tutto il Mondo ad una ſola moneta. *Reggio, apud Hercolian. Bartoli* 1582. in fol.

Recenſetur ab Aug. Beyero in *Memoriis Libror. rarior.* p. 105 ſqq.

Petri SCAVENII Deſignatio Bibliothecæ Hafnienſis Regiæ. *Hafniæ* 1665. in 4.

Deſideratur ob paucitatem exſcriptorum Exemplarium, quin & Morhofii oculos, at quanti Heluonis librorum, fugiſſe videtur. vid. Wendleri *diſſert. de libr. rarior.* § 1.

Cornelii Duplicii SCEPPERI Apologia, pro jure ac defenſione Principis Chriſtierni Daniæ Regis in Belgium profugi. *Anno* 1524. in 4.

Scriptum ſupremæ raritatis & non facile obvium. Ita enim Jo. L. Mosheimius in Epiſtola ad la Crozium Tomo I. *Theſaur. Epiſtol.* p. 285. " Quæſtio nuper hic Kiliæ Holſatorum nata eſt, an hic liber unquam prodierit ?„ Ejusdem SCEPPERI aliud ſcriptum apud nos eſt, cui titulus : *Cornelii* SCEPPERI, *Neoportuenſis Philoſophi, Aſſertiones fidei adverſus Aſtrologos, ſive de ſignificationibus conjunctionum Superiorum Planetarum Anni milleſimi quingenteſimi vigeſimi quarti ad Reverendiſſimum Cardinalem D. Erhardum a Marka, Archiepiſcopum Valentinum &c. Libri VI. Antwerpiæ, apud Franciſcum Byrkmannum* 1523. in fol. plag. 67. Memini etiam me quondam vidiſſe Scripta publica, quibus infelicis Domini ſui cauſas adverſus Fridericum Regem, & Lubecenſes egit, quorum titulos habes in Bibliotheca Hiſtorica Struvio - Buderiana p. 1574 ſq. Oculis etiam, ni fallor, uſurpavi *Corn.* SCEPPERI *Commentarios Rerum a Carolo V. in Africa bello geſtarum an.* 1535. *& ſqq. ex variis Scriptoribus in unum congeſtos. Antwerp.* 1554. in 8. De SCEPPERO conf. Petr. Frid. Arpi *Feriæ Æſtivales* Part. II. Cap. 9. Ernſt. Sal. Cypriani *Reformations-Urkunden* P. II. p. 288.

SCEPTI-

SCEPTICISMVS debellatus, seu humanæ cognitionis ratio ab imis radicibus explicata; ejusdem certitudo adversus Scepticos quosque veteres & novos, invicte asserta: facilis ac tuta hujus certitudinis obtinendæ methodus demonstrata. *Lugd. Batav. apud Cornel. Bouteſtein*, 1697. in 4.

Librum hunc rariorem, cujus autor est Petrus de Villemandy, Professor Salmurienſis, recenſet Cl. Stollius *in denen Nachrichten von den Büchern ſeiner Biblioth.* p. 252 ſqq. Conf. *Hiſt. des Ouvrages des Sçavans* A. 1697. *Fevr.* p. 240.

M. Oſeæ SCHADÆI ausführliche Beſchreibung des Münſters in Strasburg. *Strasb.* 1617. in 4.

Vocatur ein ſehr rares Büchlein in Jo. G. Keyslers *Neueſten Reiſen* T. I. p. 151.

Nicolai SCHATEN, *Societ. Jeſu*, Annalium Paderbornenſium Pars I. Opus poſthumum. *Neuhuſii ſumtibus Chriſtoph. Nagel.* 1693. in fol. pagg. 1026. Pars II. ib. 1698. in fol. pagg. 782.

Opus inſigniter rarum & carum; ac imprimis Tomus II. qui vix nullibi haberi poteſt. Bibliopola enim res ſuas perdidit, unde plurima quoque Exemplaria deperdita & ſuppreſſa fuere. Vid. Cl. Baringius in *præfat. Clavis Diplomatic.* p. 25. Rarioribus itidem adnumeranda eſt *ejusdem Hiſtoria Weſtphaliæ, in qua de prima Origine Gentis, de priſcis hujus Regionis Populis &c. Opus poſthumum. Neuhuſii ſumtibus Jo. Todt.* 1690. in fol. pagg. 659. Vid. Chriſt. Fr. Ayrmans *Einleitung zur Heſſiſchen Hiſtorie* p. 7.

Eggeberti SCHAVMII de Annulis eorumque Jure & uſu Collectanea. *Francof. ad Oder. apud Mart. Guth.* 1621. in 4.

Infrequentiam hujus ſcripti Petrus Burmannus in *præf. diſſertat. de jure aureorum annulorum* hab. *Traject.* 1734. indicat ſcribens: "De jure Annulorum ſcripſiſſe Contadum "Rittershuſium ſub nomine Eggeb. SCHAVMII teſtatur

"Struvius in *Bibl. Jur.* Sed hunc librum, etiamsi diligen-
"ter indagatum, mihi videre non licuit." Conf. Vinc. Placcii *Theatr. Pseudonym.* p. 560.

Hartmanni SCHEDELII Liber Chronicorum. *Norimbergæ, apud Anton. Koberger*, 1493. in folio maj. cum multis figuris. Idem liber Germanice: Das Buch der Chronicken und Geschichten. Mit Figuren und Bildnissen. *Nürnberg, apud Ant. Koberger*, 1493. in fol. maj.

Uterque liber rarioribus adnumerandus. Vid. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresden.* T. I. p. 376. Jo. Chr. Mylii *Memorabil. Biblioth. Jenens.* pag. 204.

Joannis SCHEFFERI, *Argentoratensis*, de Militia navali Libri IV. *Upsaliæ, apud Joannem Regium Typographum*, 1654. in 4.

Admodum rarus dicitur & copiose recensetur in Rich. Simon *Biblioth. Choisi.* T. I. p. 355. sqq. Ejusdem *de antiquis verisque Regni Sueciæ insignibus*, *Holmiæ* 1678. in 4. excusum opus pauciſſimis obvium audit Wendlero in *diss. de libr. rarior.* §. 25.

Henrici Jul. SCHEVRLS Bibliographia moralis, nunc denuo edita. *Helmstad. sumtibus P. Zeisingii*, 1686. in 8.

Rarioribus & optimis libris adnumeratur a Stollio in *Nachrichten von seiner Biblioth.* P. XI. p. 221.

Jacobi SCHICKFVSII, *J. V. D. Röm. Käys. Raths, Cammer-Fiscals, auch Fürstl. Lignitschen Raths*, Neu-vermehrte Schlesische Chronica und Landes-Beschreibung, darinnen weyland H. Joachim Curæus, der Artzney Doctor, einen Grund geleget. Itzo bis an das 1619 Jahr, da sich dero Oesterreichischen Wienerischen Linien Regierung gantz endet. Mit sehr vielen nothwendigen Sachen vermehret und verbessert, auch

auch in IV. unterſchiedliche Bücher abgetheilet. Mit ſonderbaren Röm. Käyſ. auch Churfürſtl. Sächſiſchen Privilegiis. *Leipzig, in Verlag Zach. Schurers und Matth. Götzens, Buchhändlers.* in fol.

Ex Dedicatione patet librum hunc excuſum fuiſſe A. 1625. Admodum autem rarum eſſe & non facile obvium teſtantur Herm. Dieter. Meibomius in *Orat. de genuinis Hiſtoriæ Germanicæ fontibus* p. 80. & Nic. Hier. Gundlingius in *Collegio Hiſtorico-Litterario Bremæ* 1738. edito p. 377. Num præter hanc Lipſienſem, quam poſſideo, etiam extet editio *Jenenſis*, quam citant Struvius & Meibomius l. c. ignorare me fateor. Nec etiam nobis certi quid conſtat de caſtratione hujus operis, quam indicat Cl. Chriſtian. Gryphius in *diſſ. de Scriptoribus Hiſtor. Sec. XVII. illuſtrantibus* p. 173. ſcribens: "Sileſiæ noſtræ operam impenderunt *Joachimus* "*Curæus*, & qui ejus labores ſupplevit ac continuavit *Ja*"*cobus* SCHICKFVSIVS, nec illi tamen omnibus nume"ris abſoluti; videndum hic imprimis eſt, ut editione ſin"cera, & incaſtrata uti liceat.„

Wenceslai SCHILLINGII Eccleſiæ Metaphyſicæ viſitatio concionibus Metaphyſicalibus novem exquiſitiſſimis diſcutiens præcipuos articulos Metaphyſicos, & ad unguem demonſtrans, quo ejuratæ impietatis, vanitatisque deploratæ Metaphyſici doctores delabantur, ad metaphyſicas ſpeculationes myſteria cœlitus patefacta violentiſſime detorquendo atque exigendo metaphyſice. *Magdeburg.* 1616. in 8.

Liber rariſſimus & aculeatus, ac proinde ſuppreſſus, quia multas turbas excitavit. Vid. *Catalog. Biblioth.* Uffenbach. T. I. p. 795. Bunemanni *Catalog. Libror. rariſſ.* p. 118. Ejusdem commatis ac priori in omnibus ſimilis eſt *Wenceslai* SCHILLINGII *de Notitiis naturalibus ſuccincta Conſideratio, qua mentis cœcitas adumbratur, enormis Metaphyſicæ doctrinæ abuſus perſtringitur, contumacia, impietas, & error hominis ſuæ naturæ inhærentis depinguntur, Alſtedii,*

Suarefii, & aliorum Calviniſtarum & Jeſuitarum vanitatibus Metaphyſicis oppoſita. Magdeburg. 1616. in 8. pagg. 350. Plura dabit Bruckerus in *Hiſtor. Critic. Philoſ.* T. IV. p. 783.

Gaſparis SCHIOPPII Priapeia, ſive diverſorum Poëtarum in Priapum luſus illuſtrati Commentariis. *Francof.* 1606. in 12. *Patav.* 1664. in 8.

Impuriſſimus fœtus *Caſparis* SCHIOPPII, olim infrequens, nunc parabilis, de quo vid. *Nov. Libror. rarior.* Collect. I. p. 151. ſqq. & *Theſaur. Bibliothecal.* T. II. p. 46 ſq.

Caſparis SCHIOPPII Scaliger hypobolimæus, h. e. elenchus Epiſtolæ Joſephi Burdonis Pſeudo-Scaligeri de vetuſtate & ſplendore gentis Scaligeranæ. *Moguntiæ, apud Jo. Albinum,* 1607. 4.

Vid. *Naudæana* p. 58. *Catalog. Biblioth.* Haſæan. p. 541.

- - - Conſilium Regium, in quo a duodecim Regibus & Imperatore Catholico Hiſpaniarum Regi demonſtratur quibus modis omnia bella profligare poſſit. Acceſſit Stemma Auguſtæ domus Auſtriæ; item Claſſicum belli Sacri, ſive Heldus redivivus, h. e. ad Carolum V. ſuaſoria de Chriſtiani Cæſaris erga Principes Eccleſiæ rebelles officio, deque veris compeſcendorum Hæreticorum & Eccleſiæ in pace collocandæ rationibus. *Ticini* 1619. in 4.

Scriptum rariſſimum & ferale in Evangelicos, de quo legatur Andr. Carolus in *Memorabil. Eccleſiaſt.* Tom. I. p. 493. imprimis vero Chriſt. Aug. Saligius in *Hiſtoria Auguſtan. Confeſſ.* Tom. I. p. 775 ſqq. qui & cætera SCHIOPPII huc pertinentia ſcripta in opere hoc docto, laborioſo & laudatiſſimo accurate recenſet. Conf. *Theſaur. Bibliothecal.* T. II. p. 123 ſq.

- - - Elementa Philoſophiæ Stoicæ Moralis. *Moguntiæ* 1606. in 8.

Liber valde rarus ex indicio *Catalog. Biblioth.* Schalbruchian. P. II. p. 40.

SCHILDT-

SCHILDTBERGER. Eine wunderbarliche und kurtzweilige Hiſtory, wie Schildtberger, einer aus der Stadt München in Bayern, von den Türcken gefangen, in die Heidenſchaft geführet und wieder heimkommen iſt; ſehr luſtig zu leſen. in 4. cum figur. ligu. inciſis pl. 17.

In fine leguntur: *Gedruckt zu Franckfurt am Mayn, durch Wigand Han.* Scriptum procul dubio rariſſimis adnumerandum, de quo Marc. Zuer. Boxhornius in *Hiſtoria univerſali* ad a. 1378. p. 890. ex Aventino ſequentia verba adducit: "*Joannes* SCHILDTBERGERVS tum puer, Monachio oppido Bojariæ ortus, captus, ob elegantiam formæ "a filio Baſaitis ſervatus, in aula Turcarum educatus & "victo Baſaite a Tamerlano Rege Perſarum, arma victoris "ſecutus eſt, & tandem mortuo Tamerlane in patriam poſtliminio reverſus, a Cubiculo Alberto avo Principum noſtrorum fuit. Iſtud prœlium, & alia a ſe in Aſia viſa & "geſta, literarum memoriæ mandavit." Annus Impreſſionis nullibi legitur. Suſpicor tamen impreſſum eſſe circa annum 1554. Exemplari enim Schildtbergeri, quod præ oculis habeo, adhæret ſcriptum aliud infrequens & incognitum plane ſimillimis typis apud eundem *Weigand Han, Francofurti* impreſſum, figuris etiam ligno inciſis exornatum, hoc rubrum gerens: *Die ritterliche und lobwürdige Reiſe des geſtrengen und überal anderweit erfahrnen Ritters und Landfahrers, Herrn Ludovico Vartomans von Bolonia, welche ſaget von den Landen Egypto, Syria, Arabia, Perſia, India und Ethiopia. Gedruckt zu Franckfurt* 1556. in 4. Repetitam Schildtbergeri exſtare editionem ſcribit Lipenius in *Biblioth. Philoſoph.* Cui an fides habenda ſit, neſcio.

Jonæ SCHLICHTINGII, *Primipili Socinianorum*, Scripta omnia, quæ ſeparatim *Racoviæ* aut alibi excuſa ſunt. Imprimis *Confeſſio fidei Chriſtianæ illarum Eccleſiarum, quæ in Polonia unum Deum & filium ejus unigenitum Jeſum Chriſtum & Spiritum S. corde ſancto profitentur. An.* 1642. in 4. Scriptum hoc Anno 1646. in Comitiis Warſavienſibus, pulſo e finibus Poloniæ Autore, publice

in foro Warſavienſi carnificis manu combuſtum eſt. Quod tamen non impedivit, quin illud *ſecunda editione correctius* editum fuerit & *auctius* anno 1651. in 8. imo & *Polonice* verſum, ac editum a. 1646. in 4. itemque *Belgice* a. 1652. in 8. nec non *Germanice*. Vid. Sandii *Bibliothec. Anti-Trinitarior.* p. 128. Præter illud ſunt mihi ad manus: *Jonæ* SCHLICHTINGII *a Bukowiec, de S. S. Trinitate, de Moralibus N. & V. Teſtamenti præceptis, itemque de Sacris Euchariſtiæ & Baptiſmi ritibus, adverſus Balth. Meisnerum, Diſputatio. Anno Chriſti* 1639. in 8. pagg. 948. *Jonæ* SCHLICHTINGII *a Bukowiec, Notæ in Doct. Georgii Vechneri concionem, quam habuit ſuper initium Evangelii Joannis, Leſnæ* 1639. *Racoviæ typis Sebaſt. Sternacii*, in 8. pagg. 186.

Conradi SCHLVSSELBVRGII Epiſtolæ clariſſimorum quorundam Theologorum ad ipſum directæ. *Roſtoch.* 1624. in 8.

Liber rariſsimus, cujus integrum titulum & recenſionem habes in S. R. Gerdes *Florileg. Libror. rarior.* p. 104. 105.

Caſpar SCHNEIDERS Ehren- und Gedächtniſs-Seule der alten Chur-Fürſtlich-Sächſiſchen Stadt Leisnigk. *Torgau* 1668. in 4.

De raritate hujus ſcripti teſtatur Jo. Conr. Knauth in *præf.* ad Caſp. Schneideri *Saxon. Veter.* ſcribens: "Es beſtehet "zwar nur aus 9 Bogen; wird aber von Curioſis ſehr theur "bezahlet. „ Vid. B. G. Struvii *Biblioth. Saxonica* p. 13.

Andreæ SCHOTTI, *Soc. Jeſ. & Jo.* PISTORII Hiſpania illuſtrata, ſive Scriptores Rerum Hiſpanicarum. Tom. I. & II. *Francof.* 1603. in fol. Tom. III. *ibid.* 1606. in fol. Tom. IV. *ib.* 1608. in fol. Alphab. 42.

Collectio longe rariſsima & pretioſiſsima, quæ copioſe recenſetur in *Bibliotheca Hiſtorica* Hamburgenſi Cent. VIII. p. 16 ſqq. Conf. quæ ſcripſimus ſupra: HISPANIA *illuſtrata.*

Adriani SCHRIECKII Origines Celticæ ac Belgicæ. *Ipris Flandr.* 1715. in fol.

De

De infrequentia hujus libri teſtatur *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. p. 208. "Iſt ein gelehrtes und curieu-"ſes Werck, inquit, aber nicht gar ſonderlich bekannt.„ Conf. *Biblioth. Hiſtor.* Struvio-Buder. p. 505.

Clementis SCHVBARTI de Scrupulis Chronologorum Libri IV. *Argentor.* 1575. in fol.

Vid. *Catalog. Biblioth.* Hübnerian. p. 221.

Cornelii SCHVLTINGII, *Colonienſis Theologi,* Bibliothecæ Eccleſiaſticæ; ſive Commentariorum Sacrorum de expoſitione Miſſalis & Breviarii Tomi IV. *Coloniæ Agripp. Typis Steph. Hemmerden, ſumtibus ipſiusmet Autoris* 1599. in folio.

Liber rarioribus merito adnumeratur, idque hanc ob cauſſam, quia Autor ſuis ſumtibus trecenta tantum exempla excudi voluit. Vid. Rich. Simon *Bibliotheq. Critiq.* T. II. p. 263. ſqq. Add. Heumanni *Conſp. Reip. Lit.* p. 176. & Jo. H. a Seelen *Eclog. Lutheran.* p. 15.

Johann Henrich SCHVMACHER, *Aſſelena-Paderbornenſis,* die durch falſche Liſt gefallene und gefangene, aber durch treue Liebe wieder errettete und erhabene Madaveatiſche Mania; oder Liebes- und Helden-Geſchichte unter einem allegoriſchen Gedicht, nebſt moraliſchen Anmerkungen vorgeſtellet. *Auf Begehren und Koſten guter Freunde zum Druck befördert. Gedruckt im Jahr* 1738. in 8. 1 Alph. 8. plag.

Scriptum penitus ſuppreſſum: "Es iſt auf Koſten eini-"ger Studenten in Helmſtedt gedruckt; aber ſo bald es "aus der Preſſe, und der Senatus Academicus einige Nach-"richt davon bekommen, confiſciret, und zwar dergeſtalt, "daſs überaus wenige Exemplaria der Confiſcation entwi-"ſchet: daher dieſes Buch von der gröſſeſten Raritet iſt. "Der Autor iſt, wie er in der Vorrede meldet, von denen

"Papiſten zu den Lutheranern übergetreten, lebet noch in "Helmſtedt, und iſt dieſes Werck ein geiſtlicher Roman. "Die Nomina Propria ſind verſetzet: *Madaveatiſche "Mania* iſt *Anima Adams* und *Eva*, welche *Sirchtus*, das "iſt, *Chriſtus*, erlöſet. *Menun* iſt *Numen; Rifeluc Lucifer;* "*Moſuc Coſmus*, die *Welt* und ſo weiter. Das Schlimmſte "in dieſer Schrift iſt, daſs Chriſtus ſeiner Mania, in die er "ſich verliebet, Liebes-Briefe und verliebte Arien ſchreibet, "und vielerley Liebes-Poſſen bey denen verſchiedlich zwi-"ſchen her aufgeführten verliebten Perſonen eingemiſchet "werden." Cl. DINGELSTEDT *in literis ad me datis.*

Annæ Mariæ a SCHVRMAN Ευκληρια, ſeu Melioris Partis electio. Tractatus brevem Vitæ ejus delineationem exhibens. *Altonæ ad Albim, ex offic. Cornel. van der Meulen.* 1673. in 8. pagg. 207. Pars II. *Amſtelodami* 1685. in 8.

Perrara & vix nota eſt imprimis Pars ſecunda hujus libri. Vid. Reimmanni *Catal. Biblioth. Theol.* p. 427. Stolle *Nachrichten von ſeiner Biblioth.* P. XII. p. 367 ſq. Rarioribus jure etiam eſt adnumerandus alius ejus liber, titulum gerens: *Nobiliſſ. Virginis Annæ Mariæ a* SCHVRMAN *Opuſcula Hebræa, Græca, Latina, Gallica, Proſaica & Metrica. Lugd. Bat. ex offic. Elſeviriorum*, 1648. in 8. pagg. 374.

Caſpari SCHVTZEN Hiſtoria Rerum Pruſſicarum, das iſt, Wahrhaftige Beſchreibung der Lande Preuſſen und ihrer eigentlichen Gelegenheit. *Zerbſt* 1592. fol. Cum inſignibus Magiſtrorum Ord. Teuton. aliisque figuris.

Opus iſtud ſine adjectis tamen figuris recuſum eſt cum Continuatione Chytræi. *Lipſiæ, bey Henning Groſſen*, 1599. fol. Utraque tamen editio admodum rara eſt. Vid. N. H. Gundlingii *Colleg. Hiſtorico-Literarium, Bremæ* 1738. edit. p. 457. & Dav. Braunius *de Scriptor. Polon. & Pruſſ.* p. 252 ſq.

Joannes SCHWEBELIVS. vid. *Centuria* EPISTOLARVM.

Caſparis SCHWENCKFELDII Libri infrequentiores ſunt, & in his regionibus perraro conſpiciuntur, quia

quia non ubivis venales esse permittuntur; ut indicant Theologi Mansfeldenses apud Schlüsselburgium in *Catalog. Hæretic.* T. X. p. 82. Sunt mihi quidem ad manus pleraque, imo fere omnia *Casp.* SCHWENCKFELDII Scripta; supersedeo tamen Catalogum eorumdem nectere, lectores meos ablegans ad Schlüsselburgium l. c. p. 36. 37. Gottfr. Arnoldum *Histor. Hær. & Ecclesiast.* T. I. P. II. p. 249 sqq. aliosque, qui Scripta Schwenckfeldiana recensent.

Casp. SCIOPPIVS. Vid. *Gasp.* SCHIOPPIVS.

Reginaldus SCOTVS, *Anglus*, Tractatum de Incantamentis scripsit, in quo plerasque traditiones de Magia Melancholiæ & morbis variis, aut artibus histrionicis adscribit. Hunc in Anglia publica autoritate combustum, sibi autem nunquam fuisse visum, refert Christianus Thomasius *de Crimine Magiæ* §. III.

SCRIPTVRAIRES leurs Raisons. *Hambourg*, 1706. in 8.

Liber Souverainii raro obvius, sed satis impius.

Q. SECTANI Satyræ. Editio novissima, cum notis Anonymi, concinnante P. Antoniano. *Amstelodami, apud Elzeviros* (verius *Romæ*) 1700. in 4.

Liber apud nos rarissimus continens Satyras elegantissime scriptas plane ad filum Satyricorum inter veteres probatissimorum, recensetur copiose a Chr. Aug. Heumanno *Schediasm. de Anonym. & Pseudon.* p. 48 sqq.

Nicolai SECVRI Liber de salute Platonis.

Rarioribus adnumeratur a Cl. Heumanno in *Conspect. Reipl. Liter.* p. 368. *ed. novissf.* qui tamen locum & annum impressionis non indicat. Et merito ad classem Librorum perrarorum referendum esse Securi librum arbitror, quem hactenus in nullo etiam Catalogo instructissimarum Bibliothecarum indagare potui.

SEDEROLAM, sive Ordo Seculorum, Historica enarratio doctrinæ. *Anno* 1693. in 12. pagg. 196.

Autor rarissimi libelli, qui ex meris paradoxologiis contextus est, Leibnitio, Reimmanno & aliis asserentibus, est

Franc. Merc. von Helmont. Plura dabunt *Thesaurus Bibliothec.* T. I. p. 381. & imprimis S. Rev. Bruckerus in *Histor. Crit. Philos.* T. IV. p. 723.

Storie Fiorentine di *Messer Bernh.* SEGNI. *Augusti. Vindel. apud Dav. Raym. Mertzium & J. Jac. Meyerum*, 1723. in fol.

De raritate hujus Libri, qui recensetur in *Actis Eruditor.* 1724. p. 155. sqq. hæc habet Cl. Schelhornius *Amœnitat. Litter.* T. II p. 347: "Rariora sunt exempla *Historiæ Flo-"rentinæ Bernardi* SEGNII integra & incorrupta; quæ-"dam enim in iis immutata, & resecta esse novi."

Jean Renault DE SEGRAIS les Nouvelles Françoises, ou les Divertissemens de la Princesse Aurelie. II. Volumes. *à Paris, chez Sommaville*, 1656. in 12.

Liber ob paucitatem impressorum exemplarium rarissimis adnumerandus. Audiamus Mr. le Long in *Biblioth. Histor. Gall.* n. 17409: "L'Auteur, inquit, qui est mort 1701. "avoit fait tirer peu d'exemplaires de cette Description des "Amusemens de Mademoiselle de Montpensier sous le nom "de la Princesse Aurelia."

Claude SEGUENOT Discours de la Virginité, traduit de S. Augustin; avec quelques Remarques pour la Clarté de la doctrine. *à Paris, chez Camusat*, 1638. in 8.

Liber in ipsa Gallia infrequens & rarus, de quo legatur Rich. Simon *Biblioth. Crit.* T. II. p. 331. sqq.

Martini Frid. SEIDELII Icones & Elogia Virorum aliquot præstantium, qui multum studiis suis consiliisque Marchiam olim nostram juverunt, & illustrarunt. 1671. in fol.

Opus rarum & infrequens, v. *Catal. Biblioth.* Jo. Frid. Mayeri p. 782. Jo. Mollerus, qui Bibliothecas tum publicas tum privatas sedulo perreptavit, in *Isagog. ad Histor. Cimbric.* P. I. p. 215. scribit: "SEIDELII Librum diu "hactenus & sollicite quæsivi; sed nullibi offendi."

Causa

Causa raritatis, indicante Junckero in *Vita Lutheri Nummis illustr. Præf. d.* 2. hæc est, quia Autor propriis sumtibus edidit. Eruditi interea non admodum magnifice de isto Opere Seideliano sentiunt. Sigism. Jac. Apinus in *Anleitung Bilder zu sammlen* pag. 150. scribit: "Die Bildnisse sind der-"gestalt elend gestochen, dass ich sie fast nirgendswo "elender gesehen habe; und ist fast nicht zu glauben, dass "ein ausgelernter Kupferstecher dabey Hand angeleget ha-"be. Es sind aber unter den menschlichen Figuren (Por-"traits kan ich sie nicht nennen) in allen hundert.„ Conf. *Thesaur. Biblioth.* T. I. p. 241. sqq.

Joh. SEIFERTS Scripta Genealogica.

Catalogum XXIII. Scriptorum Genealogicorum a Jo. SEIFERTS elaboratorum diversisque annis *Ratisbonæ* excusorum, exhibet Jo. Hübnerus in *Bibliotheca Genealog.* pag. 363. sq. nos docens, haud extare hæc Scripta in Bibliopoliis, sed tantum apud Autorem, qui illa propriis sumtibus edidit. Idem docet Jo. B. Mencke in *Præf. ad* Val. Königs *Adels-Historie* T. I.

Gustavi SELENI vom Schach- und Königs-Spiel IV. Bücher, mit dienlichen Kupferstichen gezieret; nebst einem alten angehängten Spiel, Rythmo-Machia genannt. *Lipsi.* 1617. in fol. *Ejusd.* Cryptomenityces & Cryptographiæ Libri IX. *Luneburg.* 1624. fol.

Rariissimos esse hos Serenissimi Principis Brunsvicensis Libros testatur Serpilius *von raren Büchern* p. 349. sqq. qui illos copiose recenset. Prioris Compendium est, qui nuper prodiit: *Gustavi* SELENI *kurzer Unterricht von dem Schach-Spiel, nach gründlicher Wissenschaft recht und wohl zu spielen; aus den üblichen Spiel-Gesetzen hervorgesuchet, und ausführlich beschrieben. Ulm* 1722. in 12. plag. 4. Legatur omnino de binis his Libris V. Cl. Jac. Burckhardi *Historia Bibliothecæ August. Wolfenbuttel.* a pag. 65-73.

P. Alvaro SEMEDO, *Portughese, della Compagnia di Giesu*, Relatione della grande Monarchia della China. *Romæ, sumtibus Hermanni*

manni Scheus, 1643. in 4. pp. 309. non computatis Præfatione & Indicibus.

Post titulum apparet effigies Autoris artificiosissime æri insculpta hac addita inscriptione: *P. Alvaro* SEMEDO, *Porthugheſe, della Comp. di Gieſu, venuto a Roma Procurator delle Prov. del Giapone, & della China, nell' an.* 1642. Inscriptus est Liber Eminentiss. Cardinali Franc. Barberino, ac dividitur in duas Partes. *Prima Parte dello Stato temporale della China*, continet XXX. Capita. *Seconde Parte della Christianita della China*, absolvitur Capitibus XIII. In fine Operis leguntur hæc verba: *In Roma, nella Stamparia di Ludovico Grignani*, 1643. *Con Licenza de Superiori*. Quæ Licentia data est d. 8. Decembr. 1642. Liber hic maximæ est raritatis, Observationibusque refertus utilissimis de re literaria imprimis aliisque rebus Sinensium.

Claudii SENARCLÆI Historia Joann. Diazii, 1546. in 8.

Librum hunc tempore jam ill. Seckendorffii inter rarissimos & fere deperditos fuisse, pluribus docet Gerdes in *Florileg.* pag. 106.

Andreæ SENNERTI Bibliothecæ Academiæ Vitembergens. publicæ Libri præstantiores, *Vitemb.* 1679. in 4. pl. 7.

Catalogum hunc a Cl. Struvio in Recensione Historica Bibliothecæ Vitembergensis omissum, observante Tenzelio in *Bibliothec. Curios.* 1704. pag. 455. etiam conspectui suo se semper subduxisse refert Christ. Junckerus *de Biblioth. Isenac.* in calc. p. 29. Causa raritatis est, quod Editoris impensis prodiit. Ad hunc Catalogum Canon applicandus; *Libri rari non semper sunt optimi.* Neque enim aliud quicquam, quam solos titulos in dorso Librorum scriptos continet, non addito impressionis loco & anno; multis etiam nævis scatet.

Ludov. SEPTALII, *Patricii & Medici Mediolanensis, & in Cænobiana Schola Activæ Philosophiæ Publici Professoris*, de ratione instituendæ & gubernandæ Familiæ Libri V. Senator F. edidit,

edidit, & Julio Aresio Senatus Mediolanensis Principi dicavit. *Mediolani, apud Jo. Baptist. Bidellium*, 1626. *Superiorum permissu.* in 8. pagg. 414.

Hunc Librum inter omnium rarissimos esse referendum, vel hinc patet, quod nonnulli, cum eum vel in ipsis Italiæ Bibliothecis ubique frustra, licet studiosissime, quæsivissent, plane dubitaverint, num unquam lucem publicam aspexerit. Hinc Christianus Aug. Heumannus illis eum Libris adnumerat, qui usque adeo rari sunt, ut vix in quingentesima quaque Bibliotheca reperiantur, quosque ideo Phœnices Librorum jure vocaveris. Sed de existentia hujus Libri non amplius dubitandum est: cum Rudolphus Anton. Fabricius, Prof. Helmstad. illum ex Italia secum retulerit; aliud etiam exemplar in Bibliotheca Memmingensi adservetur, quod recenset Vir celeberrimi nominis & maximorum in rem litterariam meritorum jam toties a nobis laudatus Jo. Georg. Schelhornius in amœnis *Historiæ Ecclesiasticæ Amœnitatibus* p. 936. sqq. qui de SEPTALIO quoque multa, ut solet, erudite attulit. Tertium exemplar nobis notum est in Bibliotheca S. R. Kraftii Husumensi. vid. C. Fr. Kraft *Comm. de Versione Bibl. Latin. Vitemb.* 1529. *typis exc. Hamb.* 1742. in 4. p. 5. Quartum in Bibliotheca Sam. Engel, v. *Catalog.* P. I. p. 145. Conf. Lud. Mart. Kahlii *Biblioth. Philos. Struvian.* T. II. p. 23. *Bibliotheca mixta Hamburg.* T. I. p. 880. 1029.

Jo. Genesii DE SEPVLVEDA Scriptum aliquod contra Petrum Alcyonium.

Penitus suppressum fuisse ex Paulo Jovio narrat Cl. Schelhornius *Amœnitat.* T. II. p. 381. sqq. Idem confirmat J. B. v. E. in *freymüthigen Gedancken aus der Histor. Critic. Litterat.* p. 131. scribens: „Es thut dieser Schrift nebst dem „Jovio annoch der Girol. Negro in denen obangezogenen „*Ep. des Princes* p. 190. umständlichere Meldung. Es muss „aber selbige von Alcyonio völlig aufgekauft, und folglich „unterdrucket worden seyn: weilen dieselbe weder in „SEPVLVEDÆ *Wercken*, so zu Cöln 1602. in 4. gedruckt „sind, mit begriffen; noch so gar bey dem Antonio in der

Biblio-

"*Bibliotheca Hiſpanica* davon einige Nachricht anzutref-"fen iſt. „

Mich. SERVETI, *alias Reves ab Arragonia Hiſpani*, de Trinitatis erroribus Libri VII. A. 1531. in 8. plag. 15.

De ingenti hujus Libri, cæterorumque a Serveto conſcriptorum raritate ſatis conſtat inter Eruditos. Accurate & copioſe *Libros de erroribus Trinitatis*, Autoresque de illis exponentes, recenſet S. Rev. Jo. Laur. Mosheimius in *Hiſtor. Serveti* p. 162. ſqq. Mich. Lilienthal in *Biblioth. Theolog.* p. 886. ſqq. Cl. a Seelen in *Selectis Literar.* p. 53. ſqq. *Theſaur. Bibliothecalis* T. I. p. 367. alii. Godofr. Arnoldus in *Hiſtor. Eccleſiaſt. Hæreſiolog.* P. II. p. 402. teſtis eſt, unicum hujus Libri exemplum 100. Ducatis fuiſſe redemtum; quod facile credimus. Non enim credimus, extare ſecundam & repetitam *Librorum de Trinitatis erroribus* editionem, ut perperam quidam volunt. Vid. Maichelius *de Biblioth. Pariſienſ.* p. 165. Rich. Simon *Biblioth. Crit.* T. I. Ch. III. *Nov-Antiq. Theolog.* 1710. p. 157. Quæ enim An. 1553. *Coloniæ Allobr.* prodiit *Reſtitutio Chriſtianiſmi*, non eſt altera eaque locupletior editio, ſed plane alius Liber, ut ea declarant, quæ habet Sandius in *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 14. Illud vero in medio relinquimus, quod S. Rev. Reimmannus in *Catalogo Bibliothecæ* pag. 1042. ex rumore ſatis conſtanti narrat: G. S. (*Georgium Serpilium*) infandum hoc Opus typis furtivis quidem, ſed veteratoriam hanc formam exacte referentibus, recudi curaſſe, & exempla non pauca, quaſi forte fortuna ſibi oblata, quibusdam harum deliciarum cupidis valde care vendidiſſe. Confirmat tamen eandem narrationem Cl. Gundlingius in *Collegio Litterar. ad* Heumanni *Conſpect.* p. 6073. ſcribens: "Serveti Buch bezahlet man "für 50. bis 100. Rthlr. Ein gewiſſer Theologus in Re-"genſpurg lieſs es fälſchlicher Weiſe nachdrucken; darauf "wollte ers durch ſeinen Sohn verkaufen, ein Exemplar "für 25. Rthlr. von welchem auch viele vertrieben worden.„ Conf. M. Lilienthal *loc. c.* p. 890. ſq. P. de Colonia *dans l'Hiſtoire Litteraire de la Ville de Lyon* p. 585. notat, Servetum *Libros de Trinitate Lugduni* edidiſſe, ideoque captum;

ſed

sed post revocationem dimissum, Viennam Galliæ perveniſſe, ibique Librum sine loco, Typographo & Autore edidisse pestilentissimum & rarissimum sub titulo: *Christianismi Restitutio;* qui ibidem cum effigie Autoris combustus sit. Belgica *Librorum de Trinitatis erroribus* versio sine loci mentione prodiit in Belgio hoc rubro: *Van de Dolinghen in de Drievaldigheyd Seven Boeken: eertyds in Latyn beschreven door Mich.* SERVETVS; *ghesetyt Reves van Aragonien, Spaniaerd; ende nu getrouwelick overgeset in onse Nederlandsche Tale, door* R. T. *Hier syn noch bygevoegt eenige andere kleyne Tractaetjens van denselven Auteur. 1 Thess. V. Proeft alle Dingen, ende behout het goede. 1 Joh. IV. En geloeft niet eenen jegelycken Geeste; mar beproeft de Geesten, of se uyt God syn. Matth. XV. Alle Plantinge, die myn himmelische Vader niet geplant heft, sal uytgeroeyt werden. Gedruckt in't Jaer ons Heeren* 1620. in 4. plag. 26. Autor ejus est Reinerus Vitellius. Quæ autem in ipso Libri titulo, & post Præfationem promittuntur *Opuscula* Serveti, in calce Libri non reperiuntur. Recensetur hæc belgica versio adcurate & luculenter a S. Rev. Mosheimio in *Historia Serveti* pag. 167. sqq.

Dialogorum de Trinitate Libri II. De Justitia Regni Christi, Capitula IV. Per *Michaëlem* SERVETO, *alias Reves ab Aragonia, Hispanum.* A. 1532. in 8. plag. 6.

Dialogi hi inter Michaëlem & Petrucium rariores adhuc sunt, quam *Libri de Trinitatis erroribus;* sed non saniores, ex judicio Cl. von Seelen *Select. Literar.* p. 54. Retractavit veluti in his *Dialogis* Servetus, quæ præcedenti anno in *Libris de Trinitate* scripserat, verbaque non minus quam sententias corrigit & emendat. Pleraque exempla Libri de Trinitatis erroribus hos Dialogos adjunctos habent. Nam mercator librarius, cujus sumtibus Libri de Trinitate prodierant, nondum omnia vendiderat eorum exempla, cum Servetus hos Dialogos protruderet, & Libros de Trinitate publice veluti repudiaret. Itaque veritus, ne, quæ satis multa supererant Librorum de Trinitate exempla, nullos aut raros invenirent emtores, noluit Dialogos separatim vendere, sed

Libris

Libris de Trinitate conjunxit. Vid. S. Rev. Mosheimius in *Hiſtoria Serveti* p. 175. ſq. *Theſaurus Biblioth.* T. I. p. 381.

Chriſtianiſſimi Reſtitutio, h. e. totius Eccleſiæ Apoſtolicæ ad ſua limina Vocatio, in integrum reſtituta Cognitione Dei, Fidei Chriſti, Juſtificationis noſtræ, Regenerationis Baptiſmi, & Cœnæ Domini Manducationis; reſtituto nobis denique Regno cœleſti, Babylonis impia captivitate ſoluta, & Antichriſto cum ſuis penitus deſtructo. 1553. in 8. pp. 734.

In fine leguntur hæc: M. S. V. 1553. Hic rariſſimus ille Liber eſt, qui Serveto exitium peperit, & ſemori ejus alligatus una cum ipſo combuſtus eſt; cujus autem hodie tanta eſt raritas, ut, qui gloriari poſſit, ſeſe illum typis exſcriptum vidiſſe, nemo inveniatur. Exemplar quidem unicum olim in Bibliotheca Principis Heſſiæ Caſſelana aſſervabatur; quærenti tamen & perſcrutanti curioſo admodum Principi Eugenio a Sabaudia, cum ab aliquot annis pertranſiret Caſſelas, oſtendi non potuit, ipſo Landgravio Comite & inquirente, adeo ut de jactura illius Libri unici nullus ſit dubitandi locus. Vid. *Catalog. Bibliothecæ Comitis* de Schœnberg *Amſtelodami* 1743. in 8. editus, T. II. p. 587. Copioſe etiam de illo commentatur Mosheimius in *Hiſtor. Serveti* p. 199. ſqq. & ante illum Sandius in *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 14. Add. a Seelen *Select. Liter.* p. 15. Schelhorn. *Amœnitat.* Tom. II. p. 35. ſq. T. IIX. p. 378. *Bibliothec. Bremenſ.* Cl. I. p. 739. *Der Kirchendiener zu Bern Theolog. Bedencken von* M. Serveti *Reſtitutione Chriſtianiſſimi*, inſerta Cl. Schelhornii *Actor. Hiſt. Eccleſiaſt.* T. I. p. 217. ſqq.

Michaëlis SERVETI Ptolomæus, vid. PTOLOMÆVS.

- - - - - Syruporum ratio, v. VILLANOVANVS.

- - - - - Biblia, v. BIBLIA Latina.

Jo.

Jo. SEVFFERTI, *Ulmenſis*, Claſſicum Belli ſacri adverſus Hug. Grotium Papiſtam ab omnibus Lutheranis ſuſcipiendi decantatum. Anno 1643. in 8.

Scriptum hoc Axelio Oxenſtiernæ dicatum licet ſecunda vice fuerit editum, ita tamen diſparuit, ut rariſſime conſpiciendum ſe præbeat. Vid. Schelhornii *Amœnitat.* Tom. V. p. 262. ſqq. Nuperrime vero illud nobis iterum in manus dedit Cl. Herm. Henr. Engelbrecht cum doctiſſima Præfat. de Religione & Papiſmo Grotii recuſum *Halæ ap. Jo. Chriſt. Hilligerum* 1729. in 4. plag. 5.

Roberti SHERINGHAMI Liber de Anglorum Gentis Origine. *Cantabrigiæ* 1670. in 8.

Scriptum hoc paucis cognitum, & pauciorum adhuc manibus teri, ex Tormodo Torfæo *Antiquitat. Septentr.* Cap. II. p. 16. refert S. Rev. Reimmannus *de Libris Genealog. rarior.* P. II. p. 196.

Petri SICVLI Hiſtoriam Hæreſis Manichæorum, *Ingolſtadii* 1604. in 4. infrequentiſſimam eſſe docet *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 46.

Aloyſiæ SIGEÆ ſub nomine, quæ extat Satyra Sotadica, ex Orco nata, & perpetuis tenebris damnanda, nomen mentitur, quod conjecturis primum aſſecutus eſt Dan. Georg. Morhofius; argumentis autem idoneis confecerunt alii. Summis enim Loyſia Sigæa laudibus ornatur a Nic. Antonio aliisque ob pudicitiam, quam confirmat etiam ipſius Epitaphium. Vid. a Seelen in *Select. Liter.* p. 26. Flagitioſiſſimi Libelli, cui nomen ipſius ſumma injuria præfixus eſt, Autorem plerique habent Weſtrenium quendam J.Ctum Hagienſem. v. Placcii *Theatr. Pſeudonym.* p 616. Jo. Molleri *Homonymoſcop.* pag. 35. At falli eos putat Niceronius, verumque Autorem eſſe Nicol. Chorerium, Advocatum Gratianopolitanum, A. 1692. demortuum. vid. *Nova Acta Eruditor.* 1740. p. 564. Quo anno Liber hic multo ſpurciſſimus emiſſus ſit in lucem, & qua in urbe, titulus ejus non docet. Is enim ſola hæc verba profert: *Jo.* MEVRSII *Elegantiæ latini ſermonis.* in 12. Proſtant tamen variæ ejus editiones,

Gratianopolita omnium prima, *Genevenſis*, *Batavo-Hamburgenſis apud van den Hoeck*, aliæque variis etiam inſignitæ, ad fucum Lectori faciendum, titulis, e. gr. *Colloquia Tulliæ cum Octavia*; item *l' Academie des Dames, ou les ſept Entretiens d' Aloyſia. à Cologne* 1700. in 12. item *à Veniſe chez Pierre Aretin*, in 12. pl. 14. cui editioni adjectæ ſunt XXXVI. figuræ, execrandas ac multifarias Veneris libidines ad vivum repræſentantes; nec non *la Bibliotheque d' Aretin, à Cologne* in 12. Conf. Jo. Chriſt. Wolfius in *Notis ad Colomeſii Hiſpaniam Oriental.* p. 236.

Joſeph DE SIGVENZA Vida de S. Geronimo, Doctor de la S. Igleſia; primera parte. *En Madrid* 1629. in 4. Segunda parte del mismo Libro de la Hiſtoria de la Orden de S. Geronimo. *Madrid* 1600. in fol. Tercera parte. *Madrid* 1680. in fol.

Liber in ipſa Hiſpania rariſſimus, de quo hæc leguntur in *Bibliotheca* Heukelom-Akersloot. P. I. p. 36: "Ce livre "eſt très rare, & difficile à trouver, principalement quand "il eſt complet. Le premier Volume n'ayant jamais été "imprimé in folio. „

Mr. DE SILHON de la maniere d' ecrire l' hiſtoire. *à Paris.* in 12.

De Libello iſto ita judicat *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. p. 2: "Iſt eine ſchöne Diſſertation, ſo gar rar "worden. „

Miguel DE SILVEIRE el Maccabeo, Poëma Eroico. *Napoles* 1638. in 4.

In ipſa Italia admodum rarus.

Jo. SIMONIS Diſſertatio de Reprobatione, Reſpondente Euſebio von Brand. *Francof. ad Od.* 1664. in 4.

De Fatis hujus Diſſertationis Superiorum juſſu ſuppreſſæ legantur *Nov-Antiqua Theolog.* 1730. p. 591. ſqq.

Theodori SIMONIS, *Holſati*, de Statu & Religione propria Papatus. Adverſus Cornelium Janſe-

Janſenium, Epiſcopum Iprenſem. *Lugduni Batavor. ap. Franc. Hegerum*, 1638. in 8. pp. 582.

Theod. Simon, Berchſteda-Holſatus, homo fuit in Religione minime conſtans, ut ejus deſertio a Lutheranismo ad Papiſmum, tum ad Reformatos, denique ad Socinianos, probare poteſt. Sterilis & perobſcura eſt narratio, quam de illo habet Chriſtoph. Sandius in *Bibliotheca Anti-Trinit.* p. 143. Plura & accuratiora de illo leguntur in Petr. Bayle *Dictionn.* in Melch. Leydeckeri *Hiſtor. Janſeniſmi* p. 68. ſqq. & in Zeltneri *Hiſtor. Crypto-Socinianiſmi Altorfin.* p. 37. Liber hic *de Statu Papatûs* rariſſimus eſt, Sandio, Zeltnero, aliisque non viſus. Præter hunc alium edidit *de Principiis falſis & idololatricis Religionis Pontificiæ, Lugd. Bat.* 1631. in 8. quem recenſet P. Bayle.

SIMONIS Religio.

Scriptum atheiſticum, a pluribus quidem memoratum, a pauciſſimis tamen viſum vel lectum. Quæ nos de illo ex variis Libris collegimus Lectori noſtro legendum dabimus. In Catalogo Librorum atheiſticorum, qui extat in *Nov-Antiq. Theol.* 1702. p. 359. n. 29. occurrit *Tractatus de Simonis Religione* absque ulteriori ejus notitia. Ex Jo. Upmarckii Diſputatione autem ſub tit. *Atheomaſtix Upſal.* 1709. edita, diſcimus, *Cracoviæ* hunc Tractatum 1588. incerto Autore prodiiſſe, ſuſpicaturque Upmarckius Theodorum Simonem quendam Autorem eſſe. Etiam Jo. Alb. Fabricius in *Decade Decadum Plagiariorum* n. 44. hujus Libri meminit, putatque Autorem impium deteſtandi Libri reſpexiſſe ad ſceleſtiſſimum Simonem de Tornaco, de quo Greg. Michaëlis in *Notis ad* Gaffarelli *Curioſitat. inaudit.* n. 75. & Jo. Fr. Reimmannus in *Hiſtoria Atheiſmi* p. 342. ſqq. Paulo copioſius *de Simonis Religione* agit Aug. Pfeifferus in *Invitatione ad Lectiones privatas Anti-Atheiſticas, Lipſ.* 1689. in 8. edita; prodiiſſe hunc Librum ſcribit pag. 15. ſqq. *Cracoviæ* 1588. atque hæc Autoris portentiloquia affert: *Credo in tria, Cælum, Terram, & Cæli Formam: in Cælum Patrem atque Creatorem omnium; in Terram rerum omnium Matrem, atque Nutricem; & in Cæli formam omnium ſentientem atque intelligentem. Ede itaque; bibe; lude; jam Deus figmentum eſt;* quæ Autor maledictus *Symbolum Simonis*

Theodorianum vocat. Hauſit hæc Pfeifferus procul dubio ex Theoph. Spizelio, qui fere eadem nobis refert tum in *Scrutinio Atheiſm.* p. 43. 44. tum in *infelic. Litterat.* p. 355. Relationibus hiſce inter ſe collatis patet: 1) Librum *de Simonis Religione* eſſe infrequentiſſimum & albis corvis rariorem, ac forte ab ipſo Spizelio non viſum; 2) prodiiſſe illum *Cracoviæ* 1588; 3) Theodorum Simonis Socinianum propter temporis rationem nec poſſe eſſe Autorem, nec potuiſſe etiam ad illum reſpexiſſe Autorem; 4) Simonem Simonium Socinianum, qui tunc fuit in Polonia, vel eſſe Autorem hujus maledicti Libri, vel certe ſcriptum a quodam ad conflandum Simoni Simonio odium. Poſterius ſuſpicatur Cl. Bælius *Dictionn.* art. *Sim. Simonius, not. D.* ſcribens: " Ce Livre " fut imprimé à Cracovie l'an 1588. C'étoit un tems où " nôtre Simonius étoit en Pologne à ce que je croix. Que " fait-on ſi quelque adverſaire ne s'aviſa point de le diffa- " mer, en publiant un Ouvrage qui ſeroit pris pour la De- " ſcription des Sentimens de ce Medecin. Je donne ceci " comme un coup perdu; mais qui pourra engager quelque " curieux à examiner la choſe ſi une grande Bibliotheque " lui en fournit les mojens.,, Sagaciſſime hæc odoratus eſt Bælius. Simonius enim Librum, de quo ſermo eſt, non ſcripſit; ſed Squarcialupus quidam, ut Simonium pro gravi, quam ſibi fecit, injuria ulciſceretur, nequam illo Scripto publico impoſuit. Plurimis hoc docet doctiſſimus & Eruditis ſatis notus Pſeudonymus Lovandus Samuelfy in *Diſſert. de Vita & Scriptis Dudithii*, Orationibus ejus præmiſſa, p. 81. ſqq. Nuperrime Cl. Aug. Bayerus in *Memoriis Libror. rarior.* p. 254. ſqq. ex αὐτοψία hunc Librum deſcripſit. En titulum: *Simonis Simonii, Lucenſis, primum Romani, tum Calviniani, deinde Lutherani, denuo Romani, ſemper autem Athei, Summa Religio, Authore D. M. S. P. Cracoviæ, typis Alexii Rodecii*, 1588. in 4. pp. 20. Quis dubitet, literas D. M. S. P. explicandas eſſe *Doctore Marcello Squarcialupio Plumbinenſi?* Quare Simonis *Religio* de atheiſticis impoſterum Libris eximenda, & eriſticis ſive paſquillis conſocianda erit. De Simone Simonio ejusque Scriptis conferri etiam poteſt Mercklini *Lindenius renovatus* p. 979. & Bruckeri *Hiſtor. Critic. Phil.* T. IV. p. 286-291. Ad Hiſto-

riam

riam ejus pertinent quoque ejus *Poëmatia aurea cum antiquitate comparanda edita ex Bibliotheca Joach. Morſii, Lugd. B. typis Jacobi Marci* 1619. *in* 8. libellus rarus a Bruckero non memoratus. De raritate horum Poëmatum v. Struvii *Biblioth. Antiq.* 1706. p. 353. & Gerdes *Floril. L. R.* p. 108.

Gabrielis SIMEONIS Scripta.

Rariſſima ſunt, & fere nullibi inveniuntur. *Gabriel* SIMEON *Illuſtrazioni degli Epitaffi, e Medaglie Antiche. In Lione per Gio de Tornes* 1558. in 4. *Les illuſtres obſervations antiques du Seigneur Gabriel* SIMEON, *Florentin, en ſon derniere voyage d' Italie* 1557. *à Lyon chez Jean de Tournes* 1558. in 4. c. fig. vid. *Catalog. Biblioth.* Mencken. p. 93. Quæ eodem anno Gallice verſæ cum hocce titulo prodierunt: *Les illuſtres &c. Dialogo pio e ſpeculativo, con diverſe ſententie Latine e volgare di* G. SIMEONI. *Lione appreſſo Rovillio* 1560. in 4. c. fig. *Deſcription de la Limagne d' Auvergne en forme de Dialogue avec pluſieurs Medailles.* ib. 1561. in 4. *Interpretation Grecque, Latine, Toſcane, Françoiſe du Monſtre, ou Enigme d' Italie. à Lion* 1555. in 8. *Bibliotheca* Anonymian. P. II. p. 151. & imprimis Jo. Burch. Menckenii *Programm. de Vita & Scriptis Gabr. Symeonis*, quod legitur inter ejus *diſſertationes literarias* ann. 1734. junctim editas.

Theophily Sinceri 370

Vittorio SIRI Memorie recondite dall' anno 1601. ſino al 1640. Vol. I. *in Roma* 1677. Voll. II. & III. *in Parigi* 1677. Voll. IV. ib. 1677. Voll. V. VI. VII. IIX. *in Lione chez Aniſſon*, 1679. in 4. IIX. Tomi.

Vittorio SIRI *Conſigliere, Elemoſinario, & Hiſtoriografo della Maeſta Chriſtianiſſima*, il Mercurio, overo Hiſtoria de correnti Tempi, Tom. I. *in Caſale* 1647. Tom. II. *in Caſal.* 1648. Tom. III. *in Lione* 1652. Tom. IV. *in Caſal.* 1655. Vol. 2. Tom. V. *in Caſale* 1655. Vol. 2. Tom. VI. ib. 1664. Tom. VII. ib. 1667. Tom. IIX. & IX. ib. 1667. Tom. X. *in Caſal.* 1668. Vol. 2. Tom. XI.

in Parigi 1670. Tom. XII. *in Parigi* 1672. Tom. XIII. *in Parigi* 1674. Tom. XIV. *in Firenze per Ipolito della Nave* 1682. Tom. XV. ib. 1682. in 4.

Opus egregium continens plurima singularia & alibi non facile obvia, ex Actis publicis, Legatorumque & Ministrorum Regiorum Commentariis ac Epistolis hausta, unde tanto magis dolendum tam raro in his oris & *Mercurium* & *Memorias*, Mercurio adhuc rariores, inveniri. "Quotusquisque non privatus; verba profero Joh. Matth. Gesneri, sed "Princeps etiam habet *Vittoris* SIRI Historica Volumina "omnia, id est XXIII. numero? qua quidem in re mirari "subit tuam Guillielme Ernelte, cui inter cætera quæ optimis Principibus tribuuntur elogia, Felicis etiam cognomen "summo jure multisque nominibus competit, felicitatem, "siquidem Tibi contigit jam simul possidere, quod heluones duo Librorum, magno suo sumtu paratum per partes "tantum nanciscí potuere &c. „ V. *Opuscula minora* T. V. p. 18. sqq. Bibliopola Parisiensis Montelant nuper novam editionem & *Memoriarum*, & *Mercurii* promisit. v. *Göttingische Zeitung von Gelehrten Sachen*, 1742. p. 793. sqq. Judicia de hoc opere v. in Christ. Gryphii *Dissertat. de Scriptoribus Histor. Sec.* XVII. p. 15. sqq. in *Catalogo* Fresnoio-Mencken. p. 261. & 273. Jo. Clerici *Bibliotheca Select.* T. IV. p. 159. qui etiam causas raritatis indicat. Conf. *Merkwürdigk. Biblioth. Dresdenf.* T. I. p. 324. sq.

Johannis SLEIDANI de Statu religionis & Reipublicæ, Carolo Quinto Cæsare, Commentarii. Cum indice luculentissimo 1555. in fol. pagg. 470. in fine legitur: *Argentorati excudebat Wendelinus Ribelius* Anno 1555.

Est hæc prima egregii operis editio, ut ipse Sleidanus indicat in alloquio ad Typographos, quod statim post titulum legitur. At eximie rara est & non sine caussa satis sollicite ab eruditis quæritur. Antonius Varillasius & alii criminantur, inveniri in prima editione, quæ pro Catholicis facerent, in secunda vero & sequentibus editionibus omissa hæc esse. Lubet

Lubet ista referre ex *Actis Eruditorum Lipsiensibus*. Ita autem doctissimi Collectores *Varillasii Historiam* recensentes An. 1686. p. 507. scribunt: "Varillasius suppeditat aliquid, "quod diligentiæ eruditorum, qui hæc legent & talia non "dedignantur, indagandum commendamus. Scribit enim "primam Commentariorum Sleidani editionem quæ *anno* "1553. *in folio minori litera Italica* prodierit, habere quæ- "dam quæ Catholicis faveant; sed ex altera editione, quam "*in octavo majoribus characteribus* impressam refert, expun- "cta ea esse. Fatemur, quanquam curæ aliquibus ex no- "stratibus fuerit editiones illas inquirere, & conferre; nul- "lam tamen, quanquam multæ aliæ comparerent, huc usque "inveniri potuisse, quæ cum descriptione Varillasii conve- "niat." Idem doctissimi Collectores A. 1691. p. 26. in recensione T. V. & VI. *Historiæ Varillasianæ* hæc addunt: "Varillasius, quæ de mutata Sleidani editione tradiderat, in "præfatione repetit, sed indicio non parum diverso. Ne- "que enim jam exemplar *ann.* 1553. *literis Italicis in fol.* "*minor.* allegat, sed aliud describit, quod solum genuinum, "& incorruptum esse adserit, *anno* 1555. dein Gallice ver- "sum, & *Lutetiæ a Roberto Prevotio* publicatum. In his "exacte reperiri ait, quæ Laur. Surius ex Sleidano excerpta "taxaverit, in aliis exemplaribus non extantia. Nos hæc in "medio vel ideo relinquimus, quia editiones quæ nunc ci- "tantur, fortassis haud minus difficiles inventu sunt, quam "illa, quæ prius indicata, & huc usque frustra inquisita est, "jam vero ab ipso Varillasio deseritur." Criminationis igitur & jactantiæ Varillasianæ veritas & pondus nunquam melius cognosci poterit, quam si prima editio in promtu sit, cujus tria exempla extant in Bibliotheca Sereniss. Principis Rudolphi Augusti. vid. Herm. von der Hardt *Præf. ad Tom. II. Autograph. Luther.* p. 21. & 22. Bina etiam exempla ejusdem primæ editionis Rihelianæ forte fortuna in manus nostras inciderunt, & cimelii instar adservantur. De raritate & præstantia primæ hujus editionis hæc habet Cl. Balth. Gottfr. Scharfius *in Notis ad Osiandrum de studiis privatis V. D. Ministri* p. 82. "Sleidani editio Anno 1555. "exscripta omni ære comparari debet, si occurrat, etsi edi- "tiones reliquæ toto 26. libro sint auctiores. Enimvero

"non tantum adeo rara est, ut viri omnis Historiæ Litterariæ ad unguem periti eam extare dubitaverint; sed accurata etiam, & reliquis quæ passim ab illa abeunt multo melior, quod, si Deus voluerit, peculiari opera aliquando demonstrabo." Hæc olim scripseramus de editione originali *Riheliana*, quibus nunc addimus Sleidani opus ipso adhuc superstite eodem anno 1555. adhuc semel *Argentorati typis Rihelianis* excusum fuisse. Id quod nemo hactenus, quantum scio, observavit. Sunt e contrario, qui hoc ipsum negant, ac pernegant. v. Casp. Sagittarii *Introd. in Hist. Eccl. T. I.* p. 115. Nos utramque editionem possidemus. Altera excusa est in forma majori sive in folio, de qua hactenus egimus; altera in *Octavo* habens in titulo *annum* 1555. eademque *insignia Riheliana*, quæ etiam in majori editione conspiciuntur. Constat autem duabus partibus, quarum prior Libros XIV. posterior Libr. XI. exhibet, absolviturque integrum opus, quod in omnibus convenit cum editione in forma majori, foliis 713. Editionem hanc unam eandemque esse arbitror cum illa, quam habuit & recenset J. G. Leuckfeld *in Historia Hamelmanniana* p. 3. Locus enim impressionis & Typographus haud quidem adjectus est; cognoscitur tamen facillime ex insignibus Rihelianis. Binis his editionibus albis corvis rarioribus adjungo tertiam æque raram penitusque incognitam, quæ XXV. saltem libris *Argentorati* 1556. *in* 8. *typis Rihelianis* iterum prodiit. Etiam hæc editio extat in Bibliothecula nostra, itemque alia ejusdem anni in titulo habens: *Basileæ* 1556. & *insignia* nescio cujus Typographi, *tres leones cum Clepsydra, in fol.* pagg. 342. Factam hanc esse puto ut & aliam, quæ eodem 1556. anno *ex officina* cujus dam *Simonis a Boca* in 8. indicante Sagittario *T. II. Introd. in H. Eccl.* p. 116. prodiit, insciο & invito Sleidano, qui Rihelio soli potestatem editionis dederat; hinc permotus Librum XXVI. addidit, itemque Apologiam. Interea tamen jam iterum an. 1557. aliena prodierat editio Pseudonymorum Typographorum *P. Jacobi Polani, & A. Rebuli* nomina præferens. Ad editionem *Rihelianam an.* 1558. provocat Josias Rihelius, typographus Argentoratensis, in fronte *Tabularum in XXI. libros Historiarum Sleidani.* Hæ tres memoratæ editiones oculis se meis hactenus subduxerunt; possideo

possideo autem editionem *in* 12. *maj. ann.* 1559. impressam, in titulo legitur: *Excudebat Conradus Badius*, binasque alias Rihelianas expressas, ut legitur in titulo: *Cum gratia & Privilegio Cæsareæ Majestatis Argentorati ap. Theodosium Rihelium in* 8. *maj.* in neutra harum annus impressionis legitur. In omnibus istis memoratis editionibus hæc verba Libro XIII. reperies: "Jo. Tecelius inter alia docebat se tantam "habere potestatem a Pontifice, ut etiam *si quis Virginem* "*Matrem vitiasset, ac gravidam fecisset*, condonare crimen "ipse posset, interventu pecuniæ." Eadem verba, quæ quasi nota incorruptarum editionum sunt, leguntur etiam in versione Gallica ann. 1561. *chez Jean Crespin* in fol. & ann. 1597. *de l' Imprimerie de Jac. Stoer* in 8. quas ipse possideo, in versione Germanica 1557. quin & in versione Italica an. 1557. In editionibus vero corruptis perperam legitur: *Si quis Virginem aut Matrem vitiasset.* Conf. *Historische Untersuchung, ob die bekannte Lästerung wider die Mutter Gottes Jo. Tetzeln mit Wahrheit könne zugeschrieben werden*, inserta Ernest. Sal. Cypriani *Hilariis Evangelic.* p. 963 - 981.

Johannis Sleidani opuscula, opera Heliæ Putschii collecta. *Hanoviæ* 1608. in 8.

Hodie rariora esse. v. *Bibliotheca Bremensis* Class. VII. p. 562.

Valentini Smalcii Scripta, separatim *Racoviæ* excusa, rariora sunt, & sedulo conquiruntur. Pleraque recensentur in Mich. Lilienthals *Bibliotheca Theologica* p. 884. 893. sqq.

Thomæ Smith Syntagma de Druidum moribus & institutis. *Londini* 1664. in 8.

Liber maximæ raritatis, & pauciss imis visus. v. *Beyträge zur Crit. Hist. P. II.* p. 332. "Londini prodiit, verba pro- "fero Lud. Mart. Kahlii, anno 1664. & minime 1644. nec "1668. uti illustris auctor pronuntiavit. Vidi enim, & de- "scripsi ego ipse librum hunc rariss imum, qui in sola Bi- "bliotheca Bodlejana extat, nec in ulla alia neque Britanno- "rum, neque Gallorum, neque Batavorum Bibliotheca a me "fuit repertus." v. *Bibliotheca Philosophica* Struvian. T. I. p. 205.

Cyriaci SNEGASSI Selectiores vereque Theologicæ clarorum virorum I. M. *Lutheri*, 4. Phil. *Melanchthonis*, 5. Basil. *Monneri*, 1. Justi *Menii*, 1. Jo. *Marcelli*, 2. Matth. *Razenbergeri*, 1. Casp. *Crucigeri*, 1. D. Jo. *Langii*, 1. Ægidii *Mechleri*, ad D. Frider. Myconium conscriptæ quondam Epistolæ. *Smalcaldiæ* in 4. absque anni indicio, plag. 3½.

Libellus admodum est infrequens, & ob molis exilitatem oculis se nostris fere plane subduxit. v. Christ. Junckeri *Memoria Lutheri* p. 157. Alia Epistolarum ad Myconium scriptarum Sylloge, *Smalcaldiana* hac rarior, & plenior 8. plagulis curante Snegassio prodiit cum inscriptione: *LXVI. Selectiores Philippi Melanchthonis ad Fridericum Myconium Epistolæ a M. Cyriaco* SNEGASSIO, *Myconii progenero editæ Jenæ* 1596. in 4. v. *Bibliothec.* Reimmann. T. II. p. 210.

Reyneri SNOY, *Goudani*, Psalterium Davidicum paraphrasibus brevibus illustratum, servata ubique ad verbum Hieronymi translatione, *Coloniæ ap. Jo. Gymnicum*, 1536. in 8. pagg. 526.

Liber suppressus, hinc rarior factus. Plura dabit Aug. Beyerus *in Arcanis sacr. Biblioth. Dresdens.* p. 76-80.

Lælius SOCINVS Paraphrasin scripsit in primam capitis primi Evang. Joh. partem. An. 1561.

Cui deinde *explicationem uberiorem* superaddidit. Sed prior rarissima est, ipsique Sandio nunquam visa, quod fatetur in *Bibliotheca Anti-Trinitar.* p. 21. Posterior autem vel plane intercidit, vel ita eruditorum se oculis subduxit, ut a nemine adhuc conspecta fuerit; eodem Sandio observante l. c. p. 24. Utramque periisse scribit Jo. Fabricius *in Historia Biblioth.* T. II. p. 57. Conf. Joh. Molleri *Homonymoscopia* p. 723.

Lælii & Fausti SOCINI Scripta omnia, separatim *Racoviæ* excusa, libris rarioribus sunt adnumeranda. Inter quæ tamen alia aliis sunt rariora & minus obvia.

Fausti

Fausti & Lælii SOCINI, item *Ernesti* SONERI, Tractatus aliquot Theologici, nunquam antehac in lucem editi. *Eleutheropoli, typis Godofr. Philadelphi.* 1654. in 16. pagg. 100.

Librum hunc inter rariores rariſſimum ex Bibliotheca Summe Reverendi Jo. Georg. Palmii, Paſtoris Hamb. vigilantiſſimi, mutuo acceptum recenſet doctiſſimus Autor *der Hamburgiſchen Berichte von Gelehrten Sachen, Anno* 1732. p. 345. ſqq. Continet autem dictus libellus: 1) *Brevem diſcurſum de cauſa ob quam creditur vel non creditur Evangelio J. C. & de eo, quod qui credit præmio, qui non credit pœna a DEO afficiatur*, a pagg. 1-10. 2) *Summa Religionis Chriſtianæ a Fauſto Socino conſcripta*, p. 11-14. 3) *Lælii Socini diſſertationem ad Tigurinos, & Genevenſes de Sacramentis*, p. 15-29. 4) *Deſcriptum ex D. Carcellæi excerptis, qui ex ipſo Lælii Socini Autographo hæc deſcripſerat, de reſurrectione ejusdem Autoris*, p. 30-35. 5) *Erneſti Soneri Demonſtratio Theologica & Philoſophica, quod æterna impiorum ſupplicia non arguant Dei juſtitiam, ſed injuſtitiam*, p. 36-76. 6) *An Doctrina Trinitatis ſit Myſterium a Seculis abſconditum, quod divini verbi patefactione hominibus innoteſcere debuit, ex Tractatu de Origine Trinitatis excerptum.* Conf. *Catalogus Bibliothecæ* D. Joach. Faultrier p. 285.

Lucii Cornelii Europæi Monarchia SOLIPSORVM. vid. ſupra MONARCHIA Solipſorum.

Johannis de SOLORZANO *Pereira* Emblemata centum Regio-Politica, æneis laminis affabre cœlata, vividisque & limatis carminibus explicata, & commentariis illuſtrata. *Madriti* 1653. in fol.

Erneſti SONERI Demonſtratio theologica & philoſophica, quod æterna impiorum ſupplicia non arguant Dei juſtitiam, ſed injuſtitiam.

Scriptum rarum, haud facile obvium, & plerisque eruditorum inviſum. Ingenioſum vocatur a Summ. Rever. Jo. Laur. Mosheimio in *Præfat. Concion. Sacrar. Part I.* qui indicat,

indicat, se apographum hujus Opusculi ex Leibnitiano exemplo MSto cum ejusdem præfatione possidere. Christoph. Sandius *in Bibliothec. Anti-Trinitar.* p. 96. refert, editam fuisse hanc *Demonstrationem* in Belgio An. 1654. in 12. versionis etiam Belgicæ typis itidem Belgicis evulgatæ meminit; & Jo. Jac. Baierus *in Biographia Professor. Medic. Altorf.* docet post mortem demum Autoris illam prodiisse a. 1654. in 12. Joach. Frider. Fellerus autem in *Supplemento Vitæ Leibnitianæ*, quod extat in limine *Leibnitianorum*, narrat, Leibnitium in itinere Anglicano reperisse alicubi typis Anglicis exscriptam hanc *Soneri Demonstrationem.* At G. G. Zeltnero curiosissimo harum rerum indagatori nunquam licuit conspicari hoc Opusculum prelo expressum; Exemplar autem MStum quo usus fuit, *Mectoris Dodici Sornesti Ehneri* nomen præfert, unde *Ernestus Sohnerus Medicinæ Doctor* ἀναγραμματικῶς nullo negotio elici potest. v. Zeltneri *Historia Crypto-Socinismi Altorfin.* pag. 49. sqq. Omnino vero extat hoc Soneri Scriptum typis expressum, non tamen separatim editum, sed una cum aliis quibusdam Socini opusculis, quæ jamjam recensuimus. Conf. Bruckeri *Histor. Critic. Philos.* T. IV. p. 316.

Ernesti SONERI Commentarius in Metaphysicam Aristotelis. *Jenæ* 1657. in 4.

In hoc etiam libro Autor disseminavit opiniones quasdam minus probas, quæ legi possunt in Joach. Frid. Felleri *Supplemento Vitæ Leibnitianæ*, & in Cl. Zeltneri *Historia Crypto-Socinismi Altorfin.* p. 38. sqq.

SONETTI e Canzoni di diversi antichi Autori Toscani in X. Libri, cioè di Dante Alighieri, Cino de Pistoja, Guido Cavalcanti, Dante da Majano, Fra Guittone d' Arezzo, ed altri, raccolti da Bernardo Giunta. *In Firenze per gli Eredi di Filippo Giunta* 1527. in 8.

Vid. Nic. Franc. Haym *Notizia de libri rari nella lingua Italian.* p. 124.

SONETTI del Burchiello, di Antonio Alamanni, e del Risoluto, di nuovo revisti e ampliati,

pliati, con la Compagnia del Mantellacio composta da Lorenzo de Medici insieme co Beoni del medesimo. *In Firenze, presso i Giunti* 1552. 1558. 1568. in 8.

Vid. Haym. l. c. p. 142.

SOPHOCLES ex editione Ratalleri, cum præfat. Adriani Mylii.

Liber plane infrequens, quem editores recentissimæ editionis Lexici Bæliani, omni licet studio adhibito, invenire haud potuerunt. v. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 436. Extat in *Catalogo Bibliothecæ* Schalbruchianæ P. II. p. 77. hac inscriptione: SOPHOCLIS *Tragœdiæ, Carmine Latino redditæ a Georgio Ratallero. Antw.* 1576. in 8.

M. C. SOREL, *premier Historiographe de France*, La Bibliotheque Françoise. Seconde edition revüe & augmentée. *à Paris par la Compagnie des Libraires du Palais* 1667. in 12. maj. pagg. 451.

Liber infrequens una cum aliis ejusdem Autoris monumentis. Omnia enim Sorelli Scripta perrara; hoc autem, quod *La Science universelle* inscribitur, & *Parisiis* 1668. in 8. IV. Voll. editum, longe est rarissimum. v. Reimmanni *Biblioth. Tom. II.* p. 376. p. 758. & Sorelli *Biblioth.* p. 417. 433. sqq.

SOUTERS Liederen. v. PSALMEN Davids.

Cyriaci SPANGENBERGS Adel-Spiegel. *Smalkald.* Pars I. 1591. in fol. Pars II. 1594. in fol.

Opus perrarum, quod neglectui potissimum adscribit Cl. Jac. Frid. Reimmannus *de Libr. Genealog. Rarior.* Pars II. p. 194. scribens: "Liceat & hunc Autorem præsenti Synedrio immiscere, quia ejus *Genealogiam Nobilium* perraram "esse avem in nostris hisce regionibus recordamur. Nam "etsi non sumus nescii, ejusdem Scripta Historica tantopere "neglecta & contemta, & fastidita fuisse, ut involvendo po-"tius Tyrotarichо, quam quæstioni dubiæ demonstrandæ

"adhibita

"adhibita fuerint, adeoque *Chronicon Mansfeldense* rebaptizari ab eo, & *Chronicum Saxonicum* appellari debuerit, ut "hedera hac suspensa facilius emtorem inveniret; tamen "deinceps sic immutata est hæc rerum facies, ut scripta "ejus a summis, mediis, & imis quæsita undique & magno "studio perlecta, & interdum etiam ex charta in papyrum "fideliter descripta fuerint. „

Cyriaci SPANGENBERGS Ursache und Handlung des sächsischen Krieges bey dem Welphes-Holtze. *Wittenb.* 1555. in 8.

Libellus hodie oppido rarus, ex judicio *Bibliothecæ Historicæ* Struvio-Buderianæ p. 913. Jungantur his Spangenbergianis rarioribus: *Epistolæ aliquot consolatoriæ, piæ & utiles, maxime iis, qui propter Confessionem puritatis persecutiones patiantur. Cum præfatione Cyriaci* SPANGENBERGII. *Argentorat. apud Sam. Emmel* 1565. in 8. vid. Gerdes *Floril. L. R.* p. 108. sqq.

Frederic SPANHEIM Memoires. vid. MEMOIRES.

SPECIES Facti, cum Sententia JCtorum Tubingensium, de loco Doctoribus Juris ac Medicinæ in Urbe Imperiali Noriberga competente. 1707. in fol.

Scriptum rarum nec ubivis obvium, ut fere solent omnia illa, in Controversiis privatorum edita.

SPECIMEN Artis ratiocinandi. vid. *Abr. Jo.* CUFFELER.

SPECULUM Salutis, sive verius Speculum humanæ Salvationis. Initium enim hujus libri tale est: *Incipit Speculum humanæ Salvationis.*

Opus typographiæ infirmæ adhuc & cunis vix dum exemptæ, hinc rarissimum & eruditis neque aliter quam de solo nomine cognitum, paucissimis visum. Impressum creditur circa annum 1440. Luculente describitur a Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 4 sq. & 445. Jo. Christ. Seiz & Gerh. Meermanno in *Biblioth. Hamb. mixta* T. II. p. 81 sq. Add. *Memoires de Literature* T. I. P. 2. p. 394 sq.

Henrici

Henrici SPELMAN, *Equit. Aur.* Concilia, Decreta, Leges, Constitutiones, in re Ecclesiarum Orbis Britannici. Tribus distincta Tomis, quorum primus hic Tomus ea continet &c. *Londin. ex. Rich. Badger.* 1639. in fol. Tomus II. a Carolo SPELMAN nepote editus *Londin.* 1664. in fol.

Liber eximiæ raritatis, cujus Tomus III. nec dum lucem adspexit. Raritatem indicant, & librum recensent J. A. Fabricius in *Bibl. Græc.* T. XI. p. 128. *Thesaur. Bibliothecal.* T. II. p. 93 sqq.

Julii SPERBERI Libros a Godofr. Arnoldo recensitos, oppido raros, & paucis obvios esse indicat Cl. Bruckerus in *Histor. Critic. Philos.* T. IV. p. 687. Possideo ex illis. *Isagogen in veram Triunius Dei & Naturæ cognitionem concinnatam a Julio* SPERBERO *anno* 1608. *nunc vero primum publici juris factam. Hamburgi sumt. Jo. Naumanni & G. Wolfii* 1674. in 8. pagg. 62.

Alphonsi de SPINA Fortalitium fidei contra Judæos, Saracenos, aliosque Christianæ fidei inimicos.

Adcurate & copiose de libro hoc rariori, variisque ejus editionibus, commentatur Vir Summe Reverendus Jo. Christophorus Wolfius in *Bibliotheca Hebraica* T. II. p. 1115 sqq. T. III. p. 124 sqq. T. IV. p. 545 sqq. Conf. *Bibliothecam Theologicam* Reimmann. p. 347. Theoph. Sinceri *Nachrichten von raren Büchern* T. I. p. 96.

Benedicti de SPINOSA Philosophia Scripturæ Interpres Exercitatio paradoxa, in qua veram Philosophiam infallibilem S. Litteras interpretandi normam esse apodictice demonstratur, & discrepantes ab hac sententia expenduntur, ac refelluntur. *Eleutheropoli, anno* 1666. in 4. pagg. 115.

Nomen SPINOZÆ in titulo non apparet: nec mihi etiam constat, an ejus nomen præfixum sit versioni Belgicæ

hujus

hujus libri, quæ prodiit hoc rubo: *De Philosophie d' Uytleghster der H. Schrifture. Te Vryſtadt* 1667. in 4.

Benedicti de SPINOSA Tractatus Theologico-Politicus, continens diſſertationes aliquot, quibus oſtenditur, libertatem Philoſophandi non tantum ſalva pietate, & Reipublicæ pace poſſe concedi; ſed eandem niſi cum pace Reipublicæ ipſaque Pietate tolli non poſſe. *Hamburgi, apud Henr. Kuhnrath*, 1670. in 4. pagg. 233.

Autoris nomen iterum in titulo libri non legitur, nec iſte etiam Hamburgi, ut mentitur rubrum, ſed *Amſtelodami, apud Chriſtoph. Conrad* in lucem exiit. Verſio Belgica hujus Scripti prodiit ſub titulo: *De rechtſinnige Theologeant, of Godsgeleerde Staatkunde, uyt het Latyn vertaalt. Hamburg* 1693. in 4. Autorem hujus interpretationis Jo. Henr. Glaſemakerum eſſe docet Niceronius in *Memoires des Hommes illuſtres* Tom. XIII. p. 48. Bina hæc SPINOZÆ Scripta, *Tractatus Theologico-Politicus & Philoſophia Scripturæ S. interpres, Anno* 1674. in 8. ſine mentione loci ſunt recuſa. Quæ tamen repetita editio æque rara eſt ac prima. Illud interim de Scriptis SPINOSÆ notandum, prodiiſſe illa, quo latius tutiusque ſpargerentur, variis falſis titulis, & Gallice quidem interprete, ut creditur, *Luca, Medico Hagienſi.* Vid. Reimmanni *Catal. Libror. Theologic.* pag. 1027. Vel, ut alii malunt, *Domino de St. Glain*, vid. M. Des-Maizeaux in *Notis ad Epiſtolas* Bælianas p. 143. hac Inſcriptione: *La Clef du Sanctuaire par un ſavant homme de notre Siecle. à Leyden* 1678. in 12. pagg. 531. Hic libellus eſt SPINOZÆ *Tractatus Theologico-Politicus*, & in hoc ſolum a prima editione latina differt, quod adjectum habeat Indicem & notulas quasdam paginis 30 ab ipſo SPINOZA profectas. Idem liber eodem Interprete prodiit ſub titulo: *Traité des Ceremonies ſuperſtitieuſes des Juifs &c.* vid. infra *Traité des Ceremonies.* Denique idem liber prodiit hoc rubro: *Reflexions curieuſes d'un eſprit desintereſſé ſur les matieres les plus importantes au ſalut, tant publics que particuliers. Amſt.* 1678. in 12. Latine autem Spinoziana Scripta

Scripta ut securius emi vendique possent, prodierunt novis his & prorsus portentosis titulis: *Franc. Henr. de* VILLACORTA *opera chirurgica.* vid. infra VILLACORTA, & *Heinsii Opera Historica.* vid. HEINSIVS.

Benedicti de SPINOZA Principia Philosophiæ Renati des-Cartes more Geometrico demonstrata, cum præfatione Ludovici Meyeri. *Amstelodami* 1663. in 4.

- - - Opera Posthuma, quorum series post præfationem exhibetur. Anno 1677. in 4.

Versio eorundem Belgica eodem anno, eademque forma prodiit: *De nagelate Schriften van B. d. S. als Zedekunst, Staatkunde, Verbetering van't Verstant, Brieven en Antwoorden. Uyt verscheide Talen in de Nederlandsche gebragt. Gedruckt in't Jaar* 1677. in 4. pagg. 666. præfatione, quæ pp. 45. constat, eademque est, cum illa, quæ in latina editione exstat, in computum non relata. Desunt autem in versione Belgica Index rerum, & *Compendium Grammaticæ Linguæ Hebrææ* pagg. 117. in latina editione constans.

L'Esprit de Mr. SPINOSA. Scriptum infandum, quod a nonnullis pro Gallica versione libri *de Tribus Impostoribus*, a quo tamen est diversissimum, venditari solet. Typis, quod scio, nunquam fuit excusum, sed manu exaratum extat tum alibi, tum in Bibliotheca Reimmanniana. vid. *Catalog.* p. 1029. ut & in præstantissima Jo. Christoph. Wolfii Bibliotheca. Autorem esse *Lucam* Medicum Hagiensem tradit Jo. Ad. Bernhard in *Historia Eruditor.* p. 487. cui etiam ex epistola quadam viri docti MStum vindicat, & simul argumenta Capitum VIII. quibus constat, enarrat Rev. Reimmannus. Capita illa respondent iis, quæ in Anonymi *Epistola Gallica Hagæ* primum 1716 edita, & a Clariss. Jo. Gottl. Krausio *in der umständlichen Bücher-Historie* P. II. p. 284 sqq. recusa, repræsentantur. Conf. S. R. Jo. Christ. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. IV. p. 796.

Benedictus de SPINOSA de Jure Ecclesiasticorum. vid. *Luc. Antist.* CONSTANS.

Fortun. SPRECHERI Chronicon Rhætiæ. *Baſileæ* 1622. in 4. *Ejusd.* Pallas Rhætica, 1617. in 4.

Uterque liber in ipſa Helvetia perrarus. vid. Sam. Engel *Catalogus Libror. rariſſim.* P. I. p. 150.

SQUITTINIO della Liberta Veneta. Nel quale ſi adducono anche la raggioni dell' impero Romano ſopra la Città & Signoria di Venetia. *Stampato in Mirandola, appreſſo Giovanni Beninicaſa*, 1612. in 4. pagg. 77.

De raritate hujus ſcripti ſequentia leguntur in Jo. Bened. Scheibens *freymüthigen Gedancken* p. 105 ſqq. "Die ungemeine Seltenheit der erſten Auflage dieſes Buches, als welches der Venetianiſche Senat mit groſſer Sorgfalt aufſuchen und verbrennen laſſen, mag groſſentheils daran ſchuld ſeyn, daſs man die Zeit, in welcher es zuerſt das Licht geſehen, nicht eigentlich weiſs. Welche Seltenheit ſich unter andern auch daraus mit abnehmen läſſet, weilen derjenige, welcher A. 1681. wie der Titel ſaget, *zu Cöln, appreſſo Pietro del Martello*, dieſes Buch in Italiäniſcher Sprache auflegen laſſen, nicht eines ächten Exemplars, um darnach das ſeine abdrucken zu laſſen, habhaft werden können; ſondern nach der Franzöſiſchen Uebersetzung es verdolmetſchen müſſen. Ich beſitze die Edition von 1612. in 4. welche auſſer Zweifel von dem erſten Drucke iſt."

Franciſci STANCARI Scripta admodum rariſſima eſſe, docet Cl. Chr. Aug. Saligius *Hiſtor. Aug. Conf.* P. II. p. 714 ſqq. qui adcuratum eorum Catalogum habet. Certe in Catalogis inſtructiſſimarum Bibliothecarum Jo. Fr. Mayeri, Thom. Ittigii, Reimmanni, Theod. Haſæi ne unicum quidem Stancari Scriptum reperitur.

STANDHAFTE Rettung contra Acta Lindavienſia. vid. WAGNERECK.

Hermanni STANGEFOL, *Suertenſis*, Annales Circuli Weſtphalici, hoc eſt, Opus Chronologicum

nologicum & Hiſtoricum rerum omnium maxime notabilium ſub hoc circulo geſtarum, a Chriſto nato ad annum 1656. deductum, & in IV Partes diſtinctum. Opus plane novum, utile & lectu jucundum. *Coloniæ Agrippinæ proſtat apud Michaelem Demenium Bibliopolam, ſub ſigno nominis Jeſu.* 1656. in 4. cum multis figuris ligneis.

Liber admodum rarus & in pauciſſimorum hodie manibus, ſimul etiam apprime utilis & curioſus, ſed nimis confuſe contextus. vid. Hermann Diet. Meibomii *Orat. de genuinis Hiſtor. Germ. Fontibus* p. 74.

Vincentius Joannes de la STANOSA. vid. LASTANOSA.

Papinian. STATII Silvarum Libri V. & duo Achilleidos, cum notis marginalibus Thom. Stephens. *Cantabrig.* 1651. in 8.

Ex rariſſimis judice *Catalogo Biblioth.* Schalbruch. P. II. pag. 91.

STATVS particularis Regiminis S. C. Majeſtatis Ferdinandi II. in 24.

Libellus paucorum foliorum editus in *Belgio ab Elzeveriis*, ut facile apparet, licet in titulo non legatur, hoc conſilio ut Rebus publicis *Elzeverianis* jungi poſſet. In præfatione dicitur *nomini ſeu Editoris, ſeu Collectoris parcendum fuiſſe.* Continet interim iſtud ſcriptum ſingulares multarum ſub Imperio Ferdinandi II. momentoſarum rerum Circumſtantias. Rarioribus autem annumerandum eſſe libris, & haud facile obvium eſſe indicat *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buderiana pag. 962.

STATVTA Ordinis Carthuſienſis, a Domino Guigone, Priore Carthuſiæ edita. in Fol.

In calce hæc leguntur: *Impreſſa Baſileæ arte & induſtria magiſtri Joannis Amorbachii ac Collegarum ſuorum. Anno Domini* 1510. "Livre extrement rare, & que les Char-

"treux ſuppriment autant qu'ils peuvent,„ indicante Langleto du Fresnoy p. 59. Pleniorem notitiam rariſſimi hujus libri, quem non nemo ex Bibliotheca Reverendiſſ. Cypriani centum Joachimicis redimere voluit, legas in doctiſſim. Jo. Chriſtoph. Coleri *Anthologia* Tom. I. p. 162 ſqq.

STATVTA Urbis Romæ, autoritate Gregorii XIII. P. M. a Senatu Populoque Romano reformata & edita. *Romæ, in ædibus populi Romani*, 1580. in folio.

Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. III. p. 184.

Jo. Chriſtophori STEEBI, *Phil. & Med. Doct. Ser. Ducis Palat. Neoburg. Medici & Conſiliarii*, Cœlum Sephiroticum Hebræorum, per Portas Intelligentiæ &c. *Moguntiæ, ſumtibus Lud. Bourgeat, typis Chriſt. Küchleri*, 1679. in fol. cum fig. pagg. 140.

Liber Cabbaliſticus ex rarioribus.

Sylveſtri STEIER, *Leovallenſis*, Hiſtoria Genealogiæ Domini Jeſu Chriſti, cum Synopſi Bibliorum. *Francof. typis Nic. Baſſæi*, 1594. in fol.

Vid. *Mertkwürdigkeiten Bibl. Dresdenſ.* T. I. p. 307. ſq.

R. P. F. Caroli STENGELII, *S. Benedicts-Ordens in S. Ulrichs und S. Afra Gottes-Haus zu Augspurg Conventualen und Subpriors*, der weltberühmten Kayſerlichen freyen und des H. Röm. Reichs Stadt Augspurg in Schwaben, kurze Kirchen-Chronick, ſamt dem Leben und Wunder-Zeichen der Heiligen, welche daſelbſten gelebet, in 5 unterſchiedliche Bücher abgetheilet. *Gedruckt zu Augspurg, bey Sara Mangin Wittwe* 1620. in fol.

Pagg. 164. & 24. tabulas æneas artificioſiſſime factas continet, & præter germanicum titulum hunc etiam præfixum habet Latinum: *Imagines Sanctorum Auguſtanorum Vindelicorum*

eorum æreis tabellis expressæ. Aug. Vindelicor. 1620. Rarioribus imo rarissimis Scriptis adnumerandum, ut pleraque ejusdem STENGELII, quæ raro obvia & multo ære redimenda sunt. Nimirum ejusdem *Monasteriologia, in qua insignium aliquot Monasteriorum Familiæ S. Benedicti in Germania Fundatores, clarique viri ex eis oriundi describuntur, eorundemque ideæ æri incisæ oculis subjiciuntur. Augustæ* 1619. in fol. Item *Caroli* STENGELII *Commentarius de rebus Augustanis, Ingolstad.* 1647. cum *Mantissa ad Commentarium, Aug.* 1650. in 4. De priori libro legatur Casp. Sagittarius in *Introduct. ad Histor. Eccles.* T. I. p. 563. de posteriori Christ. Gryphius de *Scriptoribus Historiam Sec. XVII. illustrantibus* p. 86.

Henrici STEPHANI Tractatus de Origine mendorum. Laudat hunc librum, & dignum ait, qui denuo officinæ committatur Vigneul-Marville. At nunquam illum editum fuisse arbitratur Groschufius in *præfat. de Libr. rarior.* p. 15. imo & B. G. Struvius apud Tentzelium in *Biblioth. Curios.* 1704. pag. 468 sqq. Contrarium tamen affirmat Cl. Maittaire in *Historia Stephanorum* p. 305. ipsius Stephani verbis probans excusum illum omnino fuisse; & Honorius de S. Maria in *Reflexionibus criticis* p. 7. testis est, extare hunc librum & esse libellum parvulum. Quibuscum consentit Vir in hac palæstra exercitatissimus C. A. Heumannus in *Conspectu Reip. Litterar.* p. 314. edit. recentiss. nos docens extare hunc librum, & *Stephani Castigationibus locorum Ciceronis* annexum esse. Quicquid sit, nos omnino de existentia hujus libri dubitamus, edocti a S. R. Hasselio in literis 1738. ad me datis, legi quidem in Stephani *Castigationibus* a p. 99. usque ad p. 114. *Henr.* STEPHANI *Exempla rariorum apud Ciceronem mendorum*, sed diversum esse hunc tractatulum ab *Opere de origine mendorum.* Idem pluribus docet Cl. Noodt in *Hamburgischen gelehrten Berichten* anno 1738. p. 34. 35. *Henr.* STEPHANI *Castigationes in Ciceronem* liber itidem plane rarus prodiit *Parisiis, apud ipsum* 1557. in 8.

Henrici STEPHANI Emporium Francofordiense, sive Francofurdienses Nundinæ, quam

varia mercium genera in hoc emporio proſtent *Excudebat Henr. Stephanus*, 1573. in 8.

Vid. Jo. Lud. Bunemanni *Catalogus Libror. rariſſ.* p. 115.

Henr. STEPHANI Schediasmatum variorum Libri III. qui ſunt Jan. Febr. Martii Penſa. *Lutet. apud Henr. Stephanum* 1578. in 8. *Ejusdem* Penſa Aprilis, Maji, Junii. *ib.* 1589. in 8.

Vid. *Bibliotheca Anonymian.* P. III. p. 262.

- - - - - l'introduction au Traité. vid. *Henr.* ETIENNE.

Joſephi STEPHANI, *Valentini Epiſcopi Veſtani*, de Oſculatione pedum Romani Pontificis ad Sixtum V. P. O. M. Adjecta ejusdem Autoris diſputatione de Coronatione & Levatione, ſeu Portatione Papæ. Omnia nunc ex repetita prælectione multis ex partibus locupletata & aucta, & ab Hæreticorum calumniis, pluribus argumentis, Patrum teſtimoniis, & traditione defenſa. *Romæ, ex typograph. Titi & Pauli de Dianis, fratrum*, 1588. in 8. plag. 15.

Extat etiam de rariori hoc libello editio *Veneta* 1578. in 8. in Auctione *Bibliothec.* Ittigian. P. II. p. 131. divendita 2 Thaleris & ſupra.

Roberti STEPHANI Specimen novarum Gloſſarum ordinariarum. 1554. in fol.

Liber rarus, propter quem Autor fuga elapſus in effigie igne multatus eſt. vid. Sallengre *Memoires de Litterature* T. I. P. I. p. 40.

Petri STEPHANONII Gemmæ antiquæ. *Romæ* 1627. in 4.

Liber infrequens. vid. *Catalogus Biblioth.* Schalbruch. P. I. pag. 209.

Auguſtini STEVCHI, *Eugubini*, Opera omnia Tomis III. *Venetiis* 1591. in fol.

Opus

Opus admodum rarum vocatur in *Catalogo Bibliothec. Lampianæ* p. 26.

Augustini STEVCHI, *Eugubini*, Opus de perenni Philosophia. *Basileæ* 1542 in 4.

Vid. Schelhornii *Amœnitat.* T. V. p. 265 sqq.

Georgii STIERNHIELM quatuor Evangelia Gothice ex Ulfilæ Gothorum Episcopi translatione, additis parallelis versionibus, Sueo-Gothica vulgari, Norræna seu Islandica & vulgata latina. Omnia litteris latinis. *Holm.* 1671. in 4. admodum difficulter hodie reperiri, testatur Wendlerus in *diss. de Libr. varior.* §. 14.

STOCKFLETII, *Superintendentis Münchbergensis*, Virga Pastoralis contra Jo. Jac. Steinhoferum.

Exemplaria hujus scripti fere omnia incendio periisse, docet Cl. Schelhornius T. II. *Amœnitat.* p. 397.

Fridr. Wilh. STOSSIVS. vid. supra CONCORDIA rationis.

Victorini STRIGELII Scholæ Historicæ, quibus, in Academia Heidelbergensi, Chronicon viri incomparabilis D. Phil. Melanchthonis illustravit. Nunc primum in lucem editæ opera & studio Christophori Pezelii D. *Neapoli Nemetum, typis Matth. Harnisch*, 1586. in 8.

Liber raritatis non vulgaris ex judicio Christ. Aug. Heumanni in *Schediasm. de Anonym. & Pseudon.* p. 106.

Petri STROZZE de Chaldæorum Dogmatibus Dissertatio. *Coloniæ*, 1617. in 8.

Raritatem post Reimmannum indicat Gerdes in *Florileg.* pag. 110.

Matthias STRYIKOWSKI, *Osostovicius gente Polonus, Canonicus Miednicensis in Samogitia*, Chronicon Lituanicum, Polonicum, Russicum, Prussicum,

Prussicum, Samogiticum & Moscoviticum labore maximo composuit, *typisque Regiomontanis, apud Georgium Osterbergium*, A. 1582. in folio,

Polonice publicavit cum Privilegio Regis Stephani. Quia autem hoc STRYIKOWSKII *Chronicon*, quo autor pereruditus magnam laudem consecutus est, post hanc primam editionem paucis exemplaribus factam, nunquam incuria Polonis sueta fuit recusum; idcirco Possessoribus ejus rarissimum est & carissimum. vid. David Braunius de *Scriptoribus Poloniæ ac Prussiæ eorumque virtutibus & vitiis* p. 36. Optarunt itaque non pauci, librum Polono sermone conscriptum, & exterorum usibus plane inutilem, domi vero, distractis pridem paucis exemplaribus, brevi interiturum, iterato sub prelum mitti, & quidem latine loquentem, ut a pluribus posthac intelligeretur. Præstitit hoc quodammodo & Matthiæ Stryikowskii annales in Compendium contraxit, inque meliorem ordinem redegit *Albertus Wyuck Kojalowicz*, qui latino idiomate *Historiam Lituanam* scripsit, de qua supra jam egimus.

Jo. Guil. STVCKII Carolus Magnus Redivivus. *Tiguri* 1592. in 8.

Raritatem indicant & integrum titulum exhibent B. G. Struvius in *Bibliotheca Antiq.* 1705. p. 512. Gerdes in *Florileg.* p. 110 sq.

Wilhelm de STVDTGARDIA. vid. *Wilh.* HOLDERVS.

Johan STVMPFENS Gemeiner Eydnoschaft, Städte, Landt, und Völker Chronica, und würdiger Thaten Beschreibung. *Zürich*, 1548. in fol. maj. iterumque 1587. in fol. ac tandem cum continuatione 1606. hoc titulo: *Schweitzer-Chronica bis auf gegenwertige Zeit continuiret. Zürich bey Johan Wolfen* 1606. in fol. Opus rarum & infrequens, licet tribus vicibus fuerit impressum, quod ex testimoniis Bœcleri, Struvii, Conringii ac Schurzfleischii probat Cl. Reimmannus *de Libr. Geneal. rarior.* P. II. p. 203. Idem etiam confirmat *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 405. Conf. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1308.

Johann

Johann STUMPFENS Hiſtorie Keyſers Henrich des Vierten. *Tiguri 1556.* in fol.

Raritas indicatur in *Bibliotheca Hiſtoric.* Struvio-Buderian. p. 912. his verbis: "Liber mihi nec viſus, nec lectus, "nec ubivis eſt obvius. „ Idem fere dicendum eſt de cæteris Stumpfii ſcriptis, quæ omnia rara etiam in Helvetia.

STVRMIANI Manes, ſive Epicedia ſcripta in obitum ſummi Viri Johannis STVRMII, una cum Parentaliis, eidem memoriæ & gratitudinis ergo factis a diverſis amicis atque diſcipulis. *Argentorati* 1590. in 8.

Raritatem prædicat S. R. Gerdes *in Floril. Libr. Rar.* p. 111. ſqq.

Jani SVANINGII Chronologia Danica. *Hafniæ* 1650. in fol.

Rariorem eſſe poſt Menckenium indicat G. G. Kuſterus *in Bibliotheca Brandenburg.* p. 321.

Franciſci SVAREZII Defenſio Fidei Catholicæ & Apoſtolicæ adverſus Anglicanæ Sectæ errores.

Graviſſimam Autor Contumeliam in Gallia expertus eſt propter hunc librum, in quo Papæ poteſtatem latius quam par erat extendiſſet. A Carnifice enim publice combuſtus fuit, Bibliopolis & Typographis ſeveriſſime interdictum, ne eum excudant, vendant, aut diſtrahant, reliquis autem omnibus cujuscunque ordinis & conditionis, ne eum habeant, legant, retineant. v. Thuani *Hiſtor. Continuat.* p. 410. Utor editione *Colonienſi ann.* 1614. in fol.

SVECIA Antiqua & Hodierna. Tomi III. *Stockholmiæ.* in fol.

Opus ſplendidum & plane egregium exhibens varios Conſpectus Urbium, Civitatum, Arcium, Caſtellorum, Palatiorum, Aedium Sacrarum, Antiquitatum, Hortorum &c. in Suecia extantium, & æri nitidiſſime inciſorum. Vulgo venale non extat, ſed ex regia munificentia Legatis donari ſolet. Continet autem Tomus I. Tabulas æneas 150. Tom. II. 77. &

Tom. III. 126. Raritatem etiam indicat *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderian. p. 1599.

Ricardi SVISSETH Calculator. Acceſſit Victoris Trincavelli, Veneti, quæſtio de reactione juxta doctrinam Ariſtotelis & Averrois. *Venet.* 1520. *per Hæredes Octaviani Scoti Civis Modaltienſis & Sociorum.* in fol.

De raritate hujus libri inter rariores primi ordinis reponendi legantur Cl. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 414. T. III. p. 151. *Leibnitiana* p. 42. ubi Godofr. Guil. Leibnitius novam ejus editionem exoptat. Inprimis vero Cl. Bruckeri *Hiſtor. Critic. Phil.* T. III. p. 850. 853.

Diſputatio de SVPPOSITO, in qua plurima hactenus inaudita de Neſtorio tanquam Orthodoxo & de Cyrillo Alexandrino, aliisque Epiſcopis in Synodum Epheſi coactis, tanquam Hæreticis. *Anno* 1645.

Scriptum rariſſimis rarius, juſſu curiæ Toloſanæ flammis ultricibus traditum, nec Bælio, nec aliis qui de hac Controverſia egerunt, unquam viſum, & a Cl. Chriſt. Aug. Saligio in celebratiſſima Guelpherbytana Bibliotheca fruſtra quæſitum. Satis copioſe de illo egimus in *Bibliotheca* noſtra *Hæreſiologica* Tom. I. Faſc. III. p. 459. ſqq. Ex quo tempore admodum diligenter in hunc libellum inquiſivi, tantum tamen abeſt, me voti factum fuiſſe compotem, ut ne quidem invenerim, qui me docere potuiſſet, quo loco, quave forma fuerit excuſus. Nuper tamen in *Catalogo* inſtructiſſimæ *Bibliothecæ* Schalbruchianæ P. II. p. 25. hunc libellum reperi, ut & in *Catalogo Bibliothecæ* Lampianæ p. 126. ex qua auctionis lege a D. Noltenio emtus pro 6. Thaleris & dimidio. Ex binis his Catalogis didici *Diſputationem de Suppoſito* neque Davidis Derodonis, neque Ægidii Gaillard, nomen in fronte gerere, ſed ἀνονύμως *Francofurti* 1645. in 8. prodiiſſe. Id quod apprime facit ad confirmationem conjecturæ meæ in *Biblioth. Hæreſiol.* l. c. prolatæ, & a Cl. Jo. Henr. von Seelen *in Schediasm. de Hæreticis in Corpore Juris*, p. 20. calculo ſuo approbatæ, eruditos ex uno libro *de Suppoſito* duas

effinxiſſe,

effinxiſſe, quorum alterum David. Derodonem, alterum Ægidium Gaillardum dicunt conſcripſiſſe. Nuperrime etiam beneficio amici nactus ſum ipſum librum, cujus integer titulus eſt: *Diſputatio de* SVPPOSITO, *in qua plurima hactenus inaudita de Neſtorio tanquam Orthodoxo, & de Cyrillo Alexandrino, aliisque Epiſcopis Epheſi in Synodum evactis tanquam Hæreticis demonſtratur, ut ſoli Scripturæ Sacræ infallibilitas aſſeratur.* Deus verax omnis homo mendax. Rom. 3. *Francofurti anno* 1645. in 8. pagg. 358.

Hieronymi SVRITÆ Commentarius in Itinerarium Antonini.

Liber extremæ raritatis, de quo hæc leguntur in *Menagian.* T. IV. p. 58. "Il ne ſe donne point ici à moins de "quinze francs; on ne le trouve, qu'en des reventes, où la "fureur des Bibliomanes le porte fort au dela de ſon juſte "prix. „ Conf. *Catalogus Hiſtoricorum* Fresnoio-Mencken. p. 23. Poſſideo hunc librum. Titulus eſt: *Itinerarium Antonini Auguſti, & Burdigolenſe, quorum hoc nunc primum eſt editum; illud emendatum, & Hieronymi* SVRITÆ *Cæſarauguſtani, doctiſſimo Commentario explicatum. Ad Cl. V. Abræh. Ortelium. Coloniæ Agrip. in off. Berkmanniana.* 1600. in 8. pagg. 671. Petrus Weſſelingius Commentarium Suritæ cum ſuis aliorumque annotationibus recuſum dedit *Amſtelod.* 1735. in 4. maj. v. *Acta Eruditor.* 1736. p. 49. ſqq. Ejusdem SVRITÆ *Annales Arragoniæ* recenſuimus ſupra, v. *Geron.* CVRITA.

Bartholomæi SYBILLÆ *Monopolitani Ord. Prædic. S. Theol. Prof.* Speculum peregrinarum quæſtionum, tres Decades, in quibus de Animabus, de Cœlo, Inferno, Purgatorio, de Angelis bonis ac malis, deque hominibus, nec non de aliis ſcitu digniſſimis pertractatur. *Venetiis* 1587. in 8.

Opus rariſſimum ex indicio *Catalogi Bibliothecæ* Anonymian. P. III. p. 31. Poſſideo editionem *Lugdunenſem, apud Jac. Myt.* 1516. in 8.

Eman.

Eman. Tellez de SYLVA. v. *Marchio de* ALEGRETE.

Gabriel SYMEON. v. *Gabr.* SIMEON.

SYMMACHI Epistolæ ex recensione & cum Notis Casp. Scioppii. *Moguntiæ* 1608. in 4.

V. *Bibliotheca Schalbruch.* P. I. p. 164.

Benedictus Curtius SYMPHORIANVS. v. *Benedictus* CVRTIUS.

SYRIANI *antiquissimi Interpretis* in II. XII. & XIII. Aristotelis Libros Metaphysices Commentarius, a Hieronymo Bagolino præstantissimo Philosopho Latinitate donatus. *In Academia Veneta* 1558. in 4. fol. 132.

Liber rarus, ut cuncti sunt in *Academia Veneta* excusi.

Stephani SZATTMARI Tractatus de Sepultura mortuorum. *Ultraj.* 1651. in 4.

Libris rarioribus adnumeratur a Jo. Gerh. Meuschenio, viro rei Litterariæ peritissimo, in Libro, *die höchste Kunst großmüthig und selig zu sterben*, p. 10.

Cornelii

T.

Cornelii TACITI Libri quinque, noviter in Germania inventi, atque cum reliquis ejus operibus, quæ prius Romæ inveniebantur editi. *Romæ, apud Stephan. Guillereti.* 1515. in fol.

Editionis hujus longe rariſſimæ Leonis M. P. M. auſpiciis factæ a Phil. Beroaldo juniore, notitiam dat Cl. Heumannus *Poecil.* T. III. p. 565. ſq. conf. *Acta Erudit.* 1732. p. 37.

Gaſparis TAGLIACOTTII, *Bononienſis Medici*, de curtorum Chirurgia per inſitionem Libri II. in quibus ea omnia, quæ ad hujus Chirurgiæ, narium ſcilicet, aurium, ac labiorum per inſitionem reſtaurandorum cum Theoricen tum Practicen pertinere videbantur, declarantur. *Venetiis, apud Caſpar. Bindonum* 1597. in fol. item *Francof.* 1598. in 8.

Recenſetur a Serpilio in der *Nachricht von raren Büchern* p. 337. Idem argumentum eodem fere tempore pertractavit additis inſtrumentorum omnium ac deligationum iconibus Jo. Baptiſta Corteſius in opere rariori, quod penes nos eſt hac inſcriptione: *Joannis Baptiſtæ* CORTESII, *Medici ac Philoſophi Bononienſis, Comitis Palatini, in Patria olim Gymnaſio Medic. ac Anatom. Profeſſoris, nunc in Meſſanenſi Academia Praxin ordinariam e prima ſede interpretantis Miſcellaneorum Medicinalium Decades denæ, in quibus pulcherrima, ac utiliſſima quæque ad Anatom. Chirurg. & totius fere Medicinæ Theoriam & Praxin ſpectantia ſparſim quidem, ſed jucundiſſimo ordine continentur. Meſſanæ ex typogr. Petri Breæ, ſumtibus Raynald. Reinæ* 1625. in fol. pagg. 833.

Natalis TALLEPID, *S. Theologiæ Profeſſoris & Pontizarenſis Ord. Franciſcani Concionatoris*, Commentarii in Threnos ſeu Lamentationes Hieremiæ Prophetæ, noſtris temporibus, quibus

bus Christiana religio miserrime afficitur, accommodatissimi, ac omnibus verbi divini Præconibus utilissimi. *Parisiis, apud Johannem Parant* 1582. in 8. pagg. 456.

De raritate hujus libri testatur Crenius apud Wendlerum *in dissert. de libr. variorum.* §. XXIII.

TALMVDIS *Babylonici* editio primitiva, *Veneta*, teste Wilhelmo Schickhardo apud Schelhornium T. II. *Amœnitat.* p. 431. rarissima est. Copiose illam recenset Summ. Rev. Jo. Christoph. Wolfius *in Bibliotheca Hebraic.* T. II. p. 896. sqq.

TALMVDIS editio *Lublinensis*, XII. Voll. in fol. constans, admodum rara est ac pretiosa. Julio Bartoloccio penitus fuit ignota, ceu ex Tom. III. *Bibliothec. Rabbinic.* p. 761. patet, ubi diserte negat illam extare. Ignoravit quoque istam Thom. Hyde, harum rerum alioquin intelligentissimus. v. Maichelius de *Bibliothec. Parisiens.* p. 73. Luculenter & accurate, ut ubique solet, de Lublinensi hac editione commentatur S. Rev. Wolfius *Bibliothec. Hebr.* T. II. p. 901. sqq. observans recte iniisse rationes Piques, & Chevillerium asserentes illam A. 1617. cœptam, & 1622. absolutam fuisse.

Luigi TANSILLO il Vendemmiatore. *In Napoli* 1534. in 4.

Poëma immodestum satisque lascivum, recusum tamen in *Racolta del Ludovico Dolce della stanze di diversi illustri Poëti in Venezia per il Giolito.* 1533. in 12. a p. 272. usque ad p. 321.

Jo. TAVLERI des Heiligen Lehrers Predige. *Halberstadt* 1523. in fol.

Hanc editionem operum Tauleri esse rarissimam observant Poiretus *de Scriptoribus mysticis* p. 556. & D. *Gerdes* in Florileg. Libr. Rar. p. 113. Adde huic editioni aliam æque raram: *Des Hochverlichten D. Johannis* TAVLERI *Christlike Predicatien oft Sermonen. Franckfort, by Peter van Dueren,* 1565. in fol.

Francisci

Franciſci TAVRELLI Pandectæ Florentinæ. *Florentiæ, apud Laurentium Torrentinum.* 1553. in fol.

Tribus Voluminibus æqualiter & commode diſtinctis, ita ut Tomus I. Libros XIX. Tomus II. Libros XX-XXXVI. Tomus III. reliquos libros contineat. Lælius Taurellus, Fanenſis Hetruſcus, Pater Franciſci, integro decennio, quod ipſe dicit, in ſuis ædibus ac manibus habuit Codicem Florentinum, ut eum verbatim deſcriberet, & cum ſuo exemplo conferret. Voluit autem ut filius Franciſcus dedicatione operis inclareſceret, quod inſcripſit Etruriæ Duci ac Principi Cosmo. v. Jo. Petr. de Ludewig *Vita Juſtiniani M.* p. 315. & Autores, quos larga manu more ſuo ſuppeditat Polyhiſtor ſummus Jo. Alb. Fabricius *in Biblioth. Lat.* Tom. I. p. 835. ſqq. Palmam editio hæc tenet etiam nunc præ aliis, & in tanta eſt apud eruditos æſtimatione, ut hodienum haud raro 50. Joachimicorum pretio redimenda veniat; imo vero ne veniat quidem, cum gratis in inſtructiſſimis Germaniæ, Galliæ & Angliæ Bibliothecis quæratur; teſte Godofr. Tilgnero apud Schelhornium *in Amœnit.* T. II. p. 428. Tilgnero adde Sam. Engel *in Catalogo Libror. rariſſimor.* P. I. p. 155. narrantem, haud ita pridem exemplar dicti Libri in Germania pro 100 Imperialibus divenditum fuiſſe.

Nicolai TAVRELLI ſcripta pleraque rariora ſunt, utpote Atheismi ſuſpecta, præprimis: *De Rerum æternitate Libri IV. Marpurgi* 1594. *&* 1604. in 8. *Alpes cæſæ hoc eſt Andr. Cæſalpini Itali monſtroſa, & ſuperba dogmata diſcuſſa, & excuſſa. Francofurti apud Zach. Palthenium* 1597. in 8. pagg. 1069. recuſ. *Frfrt.* 1650. in 8. *Philoſophiæ Triumphus, Baſil.* 1573. in 8. & *Arnhemii* 1617. in 8. *Libellus de Vita & morte. Norimbergæ in offic. Catr. Gerlachiæ* 1586. in 8. *Synopſis Ariſtotelis Metaphyſices ad normam Chriſtianæ Religionis explicatæ, emendatæ & completæ. Hannov.* 1596. in 8. edita, nunc cura doctiſſ. Jac. Wilh. Feuerlini recuſa *in Taurello defenſo, ſ. diſſertatione Apologetica pro Nic. Taurello Atheismi & Deismi injuſte accuſati. Norimberg.* 1734. in 4. In gratiam doctiſſimi Feuerlini de Scriptis Taurelli *in præfat.* p. 11. ſqq. agentis adſcribam titulum

tulum libri cujusdam Taurelliani, qui penes nos est, admodum rari, plurimisque incogniti: *Medicæ Prædictionis Methodus, hoc est, recta brevisque ratio coram ægris præterita, præsentia, futuraque prædicendi, morbos scilicet, morborumque causas, mortem, sanitatem, recidivam, aliaque symptomata: non minus ad nomen conciliandum, quam felicem curationis eventum, Medicinam facturis necessaria: Quam ex Hippocratis & Galeni monumentis, aliorumque probatissimorum Medicinæ Doctorum optima fide condidit Nicolaus* TAVRELLVS, *Montbelgard. Med. D. & christianæ Philosophiæ Studiosus. Francofurti, sumtib. Bernh. Jobini, per Jo. Feierabend.* 1581. in 4. pagg. 852. in præfatione ad Norimbergensium Reipublicæ Senatum lectu sane dignissimæ circumstantiæ quædam vitæ Taurellianæ minus cognitæ inveniuntur. De Taurello, quem Scaligerum Germanorum appellare solebat Leibnitius, v. *Leibnitiana* p. 142. ejus doctrina & scriptis imprimis legi meretur S. R. Jacobus Bruckerus *in Historia Critica Philosophiæ* T. IV. a p. 300-312. quem virum doctissimum nobiscum consentientem habemus, pleraque Taurelli scripta rarius inveniri, sine dubio, quod partim ob stilum obscurum difficilemque & reconditos sensus neglecta, partim ob Atheismi suspicionem oculis subducta sint.

Jacobi TAVRINI liber Belgicus de diversitate Religionum toleranda.

In Adrian. a Cattenburgh *Bibliotheca Scriptorum Remonstrantium* p. 127. refertur, in Jacobi Taurini caput præmium mille florenorum constitutum fuisse ob editum hunc librum: *Van de onderlinge Verdraagsamheit, die soo wel Predicanten, als gemeine Lidmaten, met malkander in Liefde behoren te onderhouden. I Deel, te Utregt* 1616. in 4. *Haarder Opening dienende tot grondige aanwysinge van eenige manieren van spreken gebruykt by Jac.* TAVRINVS *in zyn eerste Deel van de onderlinge Verdraagsamheit. ib.* 1616. in 4.

TAXÆ Cancellariæ Apostolicæ, & Taxæ S. Pœnitentiariæ Apostolicæ, juxta exemplar Leonis X. Pont. Romæ 1514. impressum; accedit Valor Monetarum universi orbis, in Camera & Pœni-

Pœnitentiaria Romana receptarum, Permissu, Approbatione, & Autoritate Senatus Sylvæ-Ducensis munita. *Sylvæ-Ducis, apud Stephan. du Mont*, 1664. in 8. & 1706. in 8.

Editio Sylvæ-Ducensis hujus libri facili opera reperiri adhuc solet; at editiones ab ipsis Pontificiis curatæ rarissimæ sunt, imo corvis rariores albis. Innuo autem imprimis *Romanam per Marcellum Silber, alias Franck* 1512. iterumque *apud eundem* 1514. *Colonienſem apud Gosvinum Colinium* 1515. iterumque 1523. *Parisiensem apud Tossanum Denis* 1520. *cum privilegio ad triennium*, in fol. iterum 1545. iterumque 1625. Edita etiam extat in *Oceano Juris sive Tractatu Tractatuum Venetiis*, 1584. excuso. Legitur ibidem *Tom. XVI. Part. I.* a *pag.* 368-380. Contulimus hanc editionem cum Sylvæ-Ducensi; continet omnia ista loca, quæ offendere possunt animum Christianum; superaddita etiam sunt plura alia, quæ in Sylvæ-Ducensi non reperiuntur. Sollicite recensentur omnes istæ editiones *in præfatione editionis* Sylvæ-Ducensis, & in *Bælii Dictionario art. Laur. Banck.* Caussa raritatis harum editionum nulla est alia, quam quia sedulo occultantur a Pontificiis, negantibus hunc fœtum, quod deformem videant, & cujus parentem merito pudeat, a suis unquam in lucem editum. Digna sunt ut hic legantur, quæ de raritate Taxæ Pœnitentiariæ habet Gisbertus Voëtius *Disputation. Theologic.* T. II. p. 296. "Quia autem, inquit, hic *Taxæ Pœnitentiariæ* mentio facta est, moneo exemplaria pauca hodie haberi posse, (qua & quorum arte facile prudentiores conjiciant) aliqua tamen in manibus nostrorum supereſſe editionis *Parisiensis* 1520. in 4. *apud Toussain Denis.* Edita etiam est *Venetiis* cum quamplurimis aliis Tractatibus in *Oceano Juris.* Addo rem & librum a Pontificiis passim negari, ubi ita usu venit, ut nostri, allegando illam taxam mendacii & calumniæ suspecti fiant imo & arguantur. Accidit anno 1633. ut quis JConsultus, idemque Senator Sylvæ-Ducensis dessertionem & rejectionem Papatus minaretur, (more ipsis non insolito) siquidem tam abominanda, qualia ex Taxa nostri referunt, demonstrari possent. Ut ampliss. & consult. huic viro ex asse satisfieret quæsitum apud me de ex-

"emplari, quod etiam a me poſtulatum eſt. Cum mihi "ab ipſis Pontificiis editum nullum eſſet, petii commodato "a celeberrimo Theologo Andrea Riveto. Ante biennium "alibi concertatione inter noſtros, & Pontificios quosdam "oborta ſuper eadem hac Taxa, denuo conſultus, commonſtravi Bibliothecam D. Riveti, in qua certo ſcirem exemplar "editionis *Pariſ.* 1520. haberi; quippe quod ipſe ante annos aliquot manibus & oculis meis uſurpaſſem, & Fratribus Sylvæ-Ducenſibus ex Summi illius Theologi conceſſione aliquandiu uſurpandum miſiſſem. Velim hac occaſione obteſtatos omnes publicos Reformatarum Scholarum, Eccleſiarum, Politicarum, Bibliothecarios, exemplaria, ſi qua in ipſorum poteſtate ſint, capſis incluſa diligenter cuſtodiant, ne a plagiariis auferantur; aut ſi non ſint, hoc agant, ut a privatis, ſive Bibliopolis, ſive viris litteratis, "prece aut pretio quovis redimant." Hactenus Voëtius. Habent certe multas rationes Romanæ Curiæ Patroni, ut librum iſtum nunquam typis exſcriptum fuiſſe, aut ejus jam nunc etiam deleri poſſe memoriam, exoptent. Quantum enim hujus ſcripti Romanam Curiam pudeat, docent Indices Romani expurgatorii, qui hoc opuſculum expungendum quoque cenſuerunt, quæſito colore in addita clauſula: *ab Hæreticis depravata.* Editionem *Pariſienſem* A. 1520. quæ fuit in Bibliotheca Riveti, copioſe etiam deſcribit Theodorus Simonis, homo quidem doctus, ſed in Religione minime conſtans, id quod deſertio a Lutheraniſmo ad Papiſmum, tum ad Reformatos, denique ad Socinianos, probare poteſt, in libro, quem *de ſtatu & religione propria Papatus adverſus Corn. Janſenium, Lugd. B.* 1638. in 8. edidit, p. 164 ſqq.

R. P. F. Joſeph TEIXERA *Luſitani, Ord. Prædicat. & S. Theol. Profeſſoris Regisque Portugalliæ Concionatoris*, de Portugalliæ ortu, regni initiis, & denique de rebus a Regibus univerſoque regno præclare geſtis, Compendium; ex fidelibus ſpectatiſſimorum Hiſtoricorum monumentis excerptum. *Pariſ.* 1582. in 4.

Libellus ſumme rarus, quem parabilem nova editione reddidit Henr. Carolinus van Biler *Libellorum rariorum faſciculo I. Groning.* 1733. in 8.

Bernardini

Bernardini TELESII de rerum Natura juxta propria Principia Libri novem, ad illustriss. & excellentiss. D. Ferdinandum Carafam, Nuceriæ Ducem. *Neapoli, apud Horatium Salvianum,* 1586. in fol.

Repetita est hæc editio *Genevæ* cum duobus aliis Philosophorum Italorum scriptis. Titulus operis est: *Tractationum Philosophicarum Tomus unus, in quo continentur* 1) *Philippi* MOCENICI, *Veneti, universalium institutionum ad Hominum perfectionem, quatenus industriæ parari potest, Contemplationes V.* 2) *Andreæ* CÆSALPINI, *Aretini, quæstionum Peripateticarum Libri V.* 3) *Bernardini* TELESII, *Consentini, de rerum Natura Libri IX. Excudebat Eustach. Vignon* 1588. in fol. Utraque editio perrara est, imo rarissima; *Genevensis* tamen repertu facilior *Neapolitana.* Idem dicendum de *Opusculorum Telesianorum Syntagmate* hoc indice instructo: *Bernardini* TELESII, *Consentini, varii de Naturalibus rebus libelli, ab Antonio Persio editi, quorum alii nunquam antea excusi, alii meliores facti prodeunt. Venetiis, apud Felicem Valgrisium.* 1590. in 4. Causa raritatis est, quod scripta Telesii inclementi Clementis IIX. P. M. jussu indici expurgatorio inserti fuerint; huic adde causam sociam raritatis neglectum horum scriptorum. Conf. Jo. Georg. Lotteri *Commentarium de Vita & Philosophia Bern. Telesii* p. 28 sqq.

Sebastiani TENGNAGELII, *Cæsarei Bibliothecarii*, vetera monumenta contra Schismaticos, jam olim pro Gregorio VII. aliisque nonnullis Pontificibus Romanis conscripta, & nunc primum in lucem vindicata. *Ingolstadii,* 1612. in 4.

Collectio perrara recensetur in *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 911. Juncta esse solent hæc *Monumenta Jacobi* GRETSERI *defensioni pro S. R. Orthodoxi & Catholici Imperii avita Majestate*, eodem anno, eademque forma, *Ingolstadii* editae.

Samuelis TENNVLII Historica de igne dissertatio. *Steinfurti,* 1664. in 4. c. fig.

De ingenti raritate teſtatur *Bibliotheca* Schalbruchian. P. I. p. 191. Conf. *Theſaurus Bibliothecal.* T. II. p. 245. ſq.

P. Fra. Gio. Giuſeppe de S. TERESIA Iſtoria della Guerre del Regno del Braſile, accadute tra la Corona di Spagna, e la Republica di Olanda. *In Roma*, 1698. in fol. due Tomi.

Raritatem indicat Haym *de libr. rar.* p. 88. his verbis: "Queſto libro e molto ſtimato, e raro, ed ha quantita di "figure in Rame. „

Jo. Eliæ TERSERI Catechiſmus Sueciæ. *Lincop.* 1663.

Legatur Jo. Erichſons Nachricht von dem Terſeriſchen Catechiſmo, welcher durch einen königl. Befehl verboten worden, und daher ungemein ſelten zu finden iſt, in *Biblioth. mixta Hamburg.* T. I. p. 169 ſqq.

Jean Baptiſte du TERTRE Hiſtoire generale des Antilles habitées par les François. *Paris chez Th. Jolly*, 1665. in 4.

Liber ob nimiam in dicendo libertatem regio juſſu ſuppreſſus. v. Buddei *diſſert. de Criteriis boni Libri* p. 37. Recenſetur in *Journal des Savans* 1667. d. 25. Avr.

Werneri TESCHENMACHERI, *Montani*, Annales Juliæ, Cliviæ, Montium, Marcæ & Ravensburgi antiquæ & modernæ. *Arnhemii*, 1638. in fol.

Liber olim apprime rarus, judice Reimmanno *in diſſ. de Libr. Genealogic. rarior.* P. II. p. 187. ſed plenus in materia Genealogica. Nova ejus editio illuſtrata a *Juſt. Chriſtophoro Ditmaro*, Hiſtoriar. Prof. P. in Academia Viadrina, prodiit *Francof. ad Oder.* 1716. in fol.

Novum TESTAMENTVM Græce & Latine noviter impreſſum. *Compluti per Arnaldum Guilielmum de Brocario.* 1514. in fol.

Eſt illud primum exemplar Novi Teſtamenti Graece typis expreſſum ſumtu & auſpicio Cardinalis Ximenii, at longe rariſſimum, & MStis aequiparandum. Editio cœpta eſt anno

no 1502. & absoluta 1514 mense Januario; occultata autem fuit per sex septemve annos, postquam excusa fuit & ante annum 1523. a paucis visa, ex quo non sine causa conjicitur B. Lutherum exemplar hujus editionis haud habuisse, cum ederet anno 1522. Nov. Testamentum Germanice versum; procul dubio enim ei inseruisset locum 1 Jo. V. 7. qui in nostra Complutensi editione est expressus. Plura de illa dabunt Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* T. II. p. 252. Gerhard. a Mastricht *in Prolegom. ad N. T. Græcum* Amst. 1711. editum p. 37 sq. Jo. Georg. Palmius *de Codicibus V. & N. T. quibus B. Lutherus usus est* p. 32 sqq. Jo. Jacob. Wetstenius *in Prolegom. ad N. T. Græc. editionem*, Cap. X. tot. p. 126 sqq.

Novum Testamentum Græce, cura Nicolai Gerbelii. *Hagenoæ, in ædibus Thomæ Anshelmi, Badensis, mense Martio* A. 1521. in 4.

Editio longe rarissima, qua Lutherum nostrum in Versione N. T. usum fuisse, existimat Tob. Eckardus *in Conjecturis de Codice Græco N. T. quo usus est Lutherus.* Cui se opposuit Petr. Ad. Boysen *in dissert. critica de Codice Græco & consilio, quo usus est Lutherus in conficienda versione N. T. Germanica.* Conf. de hac controversia & de editione Gerbeliana Sum. Rev. Jo. Georg. Palmius *de Codicibus V. & N. T. quibus B. Lutherus in conficienda interpretatione Germanica usus est. Hamburgi* 1735. in 8. *Fortgesetzte Samml. von A. und N.* 1742. p. 515.

Novum Testamentum Græce. *Basileæ, apud Jo. Bebelium, mense Augusto* 1524. in 8.

Deest in editione hac, haud facile obvia, totum comma Marc. XI. v. 26. de quo defectu in quibusdam editionibus, ut & in ipsa versione Lutheri ante An. 1662. legatur Jo. Christoph. Wolfius *in Curis Philolog. ad h. l.* Jo. Melch. Kraftens *zweifaches Jubel-Gedächtniß* p. 77.

Novum Testamentum Græcum. *Argentorati*, 1534. in 8.

Editio elegans, rara, & notatu ob varias lectiones diversas digna est. v. *Bibliotheca* Hafæana p. 108.

Novum TESTAMENTVM Græcum. *Parisiis, apud Colinæum*, 1534. in 8.

Editio maxime commendabilis & admodum rara. v. Colomesii *Bibliotheq. choisie* p. 207. *Oper.* p. 494.

Novum TESTAMENTVM Græcum. *Parisiis, apud Robert. Stephanum.* 1549. in 12.

Editio admodum rara & emendatissima, in qua nullum dicitur extare vitium typographicum. v. Colomesius *in Biblioth. select. Oper.* p. 494. Præfatio incipit: *O mirificam Regis nostri liberalitatem*, hinc editio ista communiter a Librariis, *o mirificam*, dicta fuit, narrante Dan. Maichelio *de Bibliothecis Parisiensib.* pag. 145. Extare autem omnino etiam in hac editione plurima vitia typographica docet Godofr. Olearius *in Observatt. ad Matth.* p. 130. Conf. *Fränckische Acta erudita & curiosa Part. XIII.* n. 6. De cæteris R. Stephani editionibus legatur Wetstenius *in Prolegomen. ad N. Test. Cap. XII* p. 141 sqq.

Novum TESTAMENTVM Græcum. *Typis Regiis, ap. Robertum Stephanum*, 1550. in fol.

Novum TESTAMENTVM Græcum. *Genevæ, apud Jo. Crispinum*, 1553. in 12.

Vid. Colomesii *Bibliothec. Select.* p. 494. *opp.*

Novum TESTAMENTVM Græcum. *Antwerpiæ, apud Plantinum*, 1574. 16.

Vid. Colomes. loc. cit.

Novum TESTAMENTVM Græcum. *Genevæ, apud Eustath. Vignon*, 1587. in 12.

Vid. Colomes. loc. cit.

Novum TESTAMENTVM Græco-Latinum Erasmi.

Vid. ERASMVS.

Novum TESTAMENTVM Neo-Græcum a Maximo Calliopolita, & Seraphimo Mitylenensi curatum, decreto & Sumtibus Ordinum Generalium Belgii Fœderati in Gratiam Modernorum Græco-

Græcorum. *Genevæ*, 1638. in 4. & *Londin.* 1703. in 12.

Liber admodum rarus, cujus prior editio *Genevensis* pretiosa & rara vocatur a Wendlero *in Dissert. de Libr. rarior.* §. X. posterior vero *Londinensis*, quæ repertu est facilior, Constantinopoli Anno 1704. in medio Aulæ Patriarchalis post Anathema Vulcano fuit tradita. v. Schelhornii *Amœnitat. Tom. IIX.* p. 488. Aug. Beyeri *Arcana Sacra Bibliothecarum Dresdensium, Contin. I.* p. 80 sqq.

Novum TESTAMENTVM Æthiopicum cura Fr. Petri Æthiopis. *Romæ, per Valerium Doricum, & Ludovicum, fratres Brixianos.* 1548. in 4.

Vid. Jac. le Long *Bibliotheca Sacra* P. I. p. 261 sqq.

Novum TESTAMENTVM Anglicum a Guilielmo Tindal A. 1529. versum, & *Antwerpiæ*, ut videtur, excusum, rarissimum est ob exemplaria permulta a Londinensi Episcopo, Romanensium dogmatum tenacissimo, combusta, & suppressa. v. Schelhornii *Amœnitat.* Tom. IIX. p. 481. *Act. Eruditor. Supplem.* T. I. p. 184. Jo. Conr. Zeltneri Theatrum viror. eruditor. qui typographiis operam præstiterunt p. 128 sqq.

Novum TESTAMENTVM Arabice, ex Bibliotheca Leidensi edente Thoma Erpenio. *Leidæ, e Typographia Erpeniana.* An. 1616. in 4.

Perpauca saltem hujus libri exemplaria fuisse impressa disco ex Epistola Salomonis Negri inserta *Bibliothecæ Bremensi Class.* IV. p. 712.

Novum TESTAMENTVM Armenice, jussu Jacobi Choraštei, Patriarchæ Armenorum, ab Episcopo Uscam Dynschutano versum, *Amst.* 1688. in 8.

Exemplar hujus libri admodum rari extat in Bibliotheca Sukoviana. vid. *Catalogus Rostochii* 1730. in 8. impressus, p. 44. Cæteris exemplaribus ad unum fere omnibus in Orientem translatis, hocce Sukovianum non nisi e castris Turcicis ad manus b. Aug. Pfeifferi devenit. Testatur hoc ipse Pfeifferus in frontispicio Libri.

Der erſte halbe Theil des neuen TESTAMENTS, darinn ſeyn die vier Evangeliſten, und der Apoſtel Geſchichte, jetzt zum erſtenmal in die Crobatiſche Sprach verdolmetſcht, und mit Glagoliſchen Buchſtaben getruckt. *Tubingen*, 1562. in 4. Der andere halbe Theil des neuen TESTAMENTS, darinn &c. *ibid.* 1563. in 4.

Verſionis hujus autorem editoremque eſſe Primum Truberum ex præmiſſa dedicatione Germanica patet. Directa eſt ad Maximilianum, Regem Bohemiæ, conſtatque paginis integris 29. Delineat in illa Autor, qui ſe ſubſcripſit *Primus Truber, Creiner, der Zeit Pfarherr zu Urach*, religionem Græcorum, cui plerique Chriſtiani Sclavonica lingua loquentes, & Cyrillicis, Glagoliticisque literis utentes in Bosnia, Servia & Bulgaria addicti ſunt; laudat præterea regis Maximiliani in erigenda utriusque characteris Glagolitici, & Cyrillici Typographia munificentiam, cujus ope Chriſtiani horum regnorum, imo Turci ipſi, quibus eadem lingua ibi vernacula eſt, Scripturam Sacram legere poſſunt; narrat porro incolas in Croatia, Dalmatia, Boſnia, Servia, & Bulgaria duplices has characterum figuras habere, ſed tantum in Libris ſacris; denique etiam rationem reddit novæ verſionis, ac refert hujus verſionis N. T. Autores in plerisque latinam Eraſmi, & germanicam Lutheri ſecutos eſſe verſionem, non tamen neglectis aliis, imprimis Bohemica, propter quædam difficiliora vocabula. Admodum rara autem ſunt exemplaria hujus verſionis, & vix alibi quam in Bibliothecis Regum ac Principum deprehenduntur. v. Wil. Ernſt. Tenzelii *Monatliche Unterredungen*, A. 1690. p. 540 ſqq. Hinc noſtrum prioris partis quod poſſidemus exemplum carum magnique pretii æſtimamus. Legantur modo quæ de ingenti raritate nuperrime retulit Cl. Mich. Lilienthal *in der Nachricht von einer haupt-raren Ueberſetzung des neuen Teſtaments in der Crobatiſchen Sprache mit Glagoliſchen Buchſtaben gedruckt, welche auf der Königsbergiſchen Stadt-Bibliothec befindlich iſt*, inſerta P. III. *der Preußiſchen Zehenden* p. 235 ſqq.

Novum

Novum TESTAMENTVM Gallicum Fabri Stapulensis. v. FABER.

Novum TESTAMENTVM Gallicum, partim ex versione Montensi, partim ex interpretatione Dion. Amelote, conflatum *a Johanne Daillé, & Valentino Conrart*, ac *Parisiis* 1671. in 12. excusum.

Vix prodierant quædam exemplaria, cum universa hæc editio suppressa fuit, indicante Jacobo le Long apud Schelhornium Tom. II. *Amœnitat.* p. 360.

Novum TESTAMENTVM Germanicum ex versione Beati Lutheri prima vice prodiit *Wittenbergæ* 1522. in fol. eodemque anno iterum fuit recusum.

Binæ editiones omnium rarissimis libris sunt accensendæ. Copiose de illis commentatur Summ. Rever. Jo. Melch. Kraft im *zweifachen hundert-jährigen Jubel-Gedächtniß* p. 67 sqq. Conf. *Beyträge zur Critischen Historie der deutschen Sprache VII. Band* p. 4 sqq.

Novum TESTAMENTVM Germanicum in fol. Sine loci & temporis mentione.

Exemplar hujus editionis rarissimæ & fere incognitæ, quod fuit in Bibliotheca Uffenbachiana, cuique illustr. Possessor inscripserat hæc verba: *Est ex primis Lutheri Editionibus; si non omnium prima*: jam est Bremæ in Bibliotheca S. R. Ikenii. Titulus ita habet: *Iheſus. Das Neue Teſtament. teutſch.* Folium secundum incipit; *Iheſus. Gemeine vorrede in das Neue Teſtament. Es wäre wol recht und billig, das dis buch ohne alle Vorrede &c.* Folio 4. sequitur alia præfatio, incipiens: *Iheſus. Welches die rechten und edelſten Bücher des &c.* Habet hæc editio Glossas marginales Lutheri.

Novum TESTAMENTVM Germanicum durch *Jacobum Beringer. Strasb.* 1527. fol.

Versio hæc Beringeriana fere incognita libris rarissimis est addenda. Titulus ita habet: *Das nüw Teſtament kurtz und gründlich in ein Ordnung und text, die vier Evangeliſten mit*

ſchonen figuren durch ausgeführet; Samt den andern Apoſteln, und in der keyſerlichen Stadt Speyer vollendet, durch Jacobum BERINGER, *Leviten. In dem Jahr des heiligen Reichstages* 1526. In fine hæc leguntur: *In Herr Jacob Beringers Koſten zu Strasburg von Johannis Grieningern auf den Chriſt-Abend* 1527. *Jar.* Legatur de hac verſione *Bibliotheca Mixta Hamburg.* T. III. p. 14. 15.

Novum TESTAMENTVM durch *Amandum Polanum a Polansdorff*, mit den beſten gedruckten, und auf Pergament geſchriebenen Exemplarien collationiret, und mit allen treuen überſehen. *Baſel* 1603. in 8.

Eſt verſio Lutheri interpolata a Polano. De raritate ejus hæc habet Guſt. G. Zeltnerus *de novis Biblior. Germ. verſion.* §. 8. "Amandi Polani verſio Novi Teſtamenti perraro ho-"die in Bibliothecis reperitur, neque a me oculis unquam "uſurpata eſt, ſicuti forte nec a Kortholto, nec a Walthe-"ro. ,, Extat in Bibliotheca Reimmanniana p. 249. itemque in Bibliotheca Jo. Georg. Palmii. Conf. M. E. G. Grundigs *Bericht von Polani rarer deutſchen Ueberſetzung des N. T.* Legitur *in den fortgeſetzten nützlichen Anmerkungen, VI. Sammlung*, n. 5.

Novum TESTAMENTVM Germanicum, Litteris Hebræo-Germanicis expreſſum.

Titulus ita habet: *Das Neue Teſtament, das da wird genennet Evangelion, d. i. in Teutſch eine fröliche Bottſchafft, gleichwie im Hebräiſchen* בשורה טובה, *Gedruckt zu Krakau durch Paul Helic.* 1540. in fol. vid. Joh. Chriſt. Wolfii *Bibliotheca Hebraica* T. II. p. 459. T. IV. p. 204 ſq.

Novum TESTAMENTVM Germanicum literis Hebræo-Teutonicis, opera M. Chriſtiani Mölleri, Paſtoris Eccleſiæ Sandovienſis. *Francofurti ad Oder. Sumtibus Mich. Gotſchalkii* 1700. in 4.

Conſtat foliis 151. integris, & verſionem Lutheri ex aſſe exprimit. Præmittitur operi brevis inſtructio de ratione legendi

gendi scripturam Judæo-Germanicam, litteris Germanorum consuetis descripta. Exempla hujus versionis rara nunc sunt, ideo, quod Judæi ipsi pleraque suis sumtibus comparata, flammis tradiderunt, ne fraudi sibi essent. v. Summ. Rev. Jo. Christoph. Wolfii *Bibliotheca Hebraica* Tom. IV. p. 206.

Novum TESTAMENTVM Germanico-Wendicum, sub titulo: Neues Testament unsers Herrn JEsu Christi, durch *Gotlieb Fabricium* in die Wendische Sprache übersetzet. *Kahren* 1709. in 8. Deutsch und Wendisch.

V. *Catalogus Bibl.* Gerh. a Mastricht p. 119.

Das Neue TESTAMENT, das ist, alle Bücher des neuen Bundes, welchen GOtt durch Christum mit den Menschen gemacht hat, treulich aus dem Griechischen ins Teutsche versetzet. 2 Tim. I. 9. 10. *Gedruckt zu Rakau im Jahr Christi* 1630. in 8.

Versio hæc Sociniana plerisque ex illorum cœtu probata, Jo. Crellium & Joach. Stegmannum autores habens, admodum rara est & pretiosa. v. Zeltneri *Diss. de Nov. Version. Germ.* §. 11. p. 14. Jo. Fabricii *Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 379.

Das Neue TESTAMENT treulich aus dem Grichischen ins Deutsch übersetzet. Eine neue Ausfertigung, in welcher fleissiger als imals zuvor in irgend einer Dolmetschung di mancherlei Lesungen, so wol aus geschriebenen, als gedruckten Büchern vorgestellet, und die übereintreffende Orter der Schrift angemerket sind. *Amsterdam bei Christoff Cunraden Buchdruckern*, 1660. in 8.

Est versio Sociniana privato ausu a Jeremia Felbingero composita, cujus & præfatio præmittitur. v. Georg. Henr. Goetzii *Ecloga de Versione N. T. Felbingeri.* Lubec. 1706. in 4.

Novum

Novum TESTAMENTVM Hebraice ex versione Eliæ Hutteri, nunc autem in volumen portatu facile redactum, atque centenis quibusdam in locis, post diligentem ipsius recognitionem, emendatum atque castigatum; absque cæteris istis in editione Hutteriana linguis per sese separatim, & puro puto idiomate solummodo Hebraico publicatum, studio & opera Guil. Robertson. *Londini, typis Th. Roycroft*, 1661. in 8.

Exemplaria hujus editionis pleraque in incendio Londinensi Vulcano tradita, & penitus fere consumta sunt. v. Jac. le Long *Biblioth. Biblic.* P. I. p. 143. ed. Lipsi.

Novum TESTAMENTVM Latinum ex noviſſima recognitione D. D. Martini Lutheri, præfationibus, & scholiis ejusdem illustratum. Cum indice Epistolarum & Evangeliorum Dominicalium. *Francoforti, ex officina Petr. Bruhach.* 1554. in 8.

Suspicor hanc Novi Testamenti editionem, omissis Veteris Testamenti libris, expressam esse ex rariſſima Lutheri versione Latina Bibliorum An. 1529. de qua supra satis copiose egimus. Sane Jo. Tarnovius *Exercitatt. Biblic.* pagg. 1152. disputans contra Calvinianos, an Lutherus aliquando δέχεσθαι Act. III. 21. passive verterit? scribit: *Martinius in Confessione brevi de persona Christi* p. 44. *cum Crocio & aliis anno* 1529. *N. T. illud* Wittembergæ *esse editum, &* Francofurti *recusum ait, in quo τὸ δέχεσθαι in significatione passiva a Luthero versum*; *Quod credo.* Locum Martinii nondum evolvere ex defectu citati libri potui. In *Catechismo* autem Crypto-Calvinianorum Vitemberg. edit. 2. p. 72. hæc invenio: *Bezæ versio Act. III.* 21. oportet Christum Cœlo capi, *vel ut Reverendi Patris D. Lutheri versio latina habet*; Oportet Christum Cœlo suscipi. Hinc, cum in editione hac nostra Novi T. eadem hæc versio loci citati legatur, inducor, ut credam, illam repetitam esse ex versione Lutheri;

Lutheri; accedit, quod locus 1. Joh. V. 7. desit, qui etiam ex indicio Doctissimi Jo. Georg. Palmii *de Codic. Biblic. a Luthero usis, præfat.* p. 46. desideratur in versione Latina Lutheri, quæ si nobis ad manus esset, facillimo negotio hæc lis dijudicari posset. Kraftius certe, Schamelius, Carpzovius, Palmius, Theoph. Sincerus, qui de latino B. Lutheri Testamento exponunt, editionis saltem Vitembergensis An. 1529. mentionem faciunt. Hæc scripseramus in priori editione, & non sine aliqua dubitatione scripseramus, editionem hanc Novi Testamenti expressam fuisse ex rarissima Lutheri versione Latina Bibliorum Ann. 1529. in fol. excusa. Nunc certiora edocti ex collatione inter utramque facta a Summe Venerando Jo. Georgio Palmio, cui exemplar nostrum transmisimus, absque omni dubitatione asserimus Francofurtensem hanc esse repetitam Latinæ versionis Lutheri editionem. Non ingratum erit, ut spero, lectoribus hic legisse, quæ Vir doctissimus in literis Hamburgi d. 8. Octobr. 1738. ad nos datis erudite observavit. "Was das übersehick-
"te Lateinische Nov. Test. betrifft, so haben E. HE. darin-
"nen völlig recht, daſs es ein Theil der Lateinischen Bibel
"Lutheri sey; indem es mit dem Neuen Testament in der-
"selben gantzlich auch in der Stelle Act. III. 21. überein-
"kommt. Ich habe jedoch aber auch einige kleine Ver-
"änderungen bei diesem N. T. wahrgenommen. So sind
"z. E. gleich im Anfang der Vorrede auf das N. T. diejeni-
"gen Wörter ausgelassen, die zwar in den ersten Editio-
"nen des deutschen N. T. befindlich, in den folgenden
"aber von Luthero ausgelassen sind. Es fänget daher die
"Vorrede, die in der Lateinischen Bibel von 1529. stehet,
"also an: Quanquam convenebat hunc librum, sine aliena
"præfatione atque titulo in lucem edere &c. Hingegen sind
"in der mir zugesandten Lateinischen Edition die ersten 16.
"Zeilen der Vorrede ausgelassen, und ist dieses der Anfang:
"Perinde atque Veteris Testamenti Voluminibus &c. Darin-
"nen sich denn diese Edition nach den letzten Ausgaben des
"deutschen N. T. richtet, darinn ebenfals die gemeldeten
"Zeilen fehlen; welches auch wohl die Ursache davon seyn
"mag, warum in dieser Edition Act. XIII. 20. stehet: Et
"posthæc quasi trecentos & quinquaginta annos, da es in

der

"der von a. 1529 heiſſet : Et poſthæc quaſi quadringen-
"tos & quinquaginta annos. Imgleichen Act. XIII. p. 33.
"heiſſet es in dieſer Edition : Sicut & in Pſalmo primo
"ſcriptum eſt &c. Da es hingegen in der von a. 1529 alſo
"lautet : Sicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt &c.
"Auch habe ich bemercket, daſs in dieſer Edition die Acta
"Apoſtolorum gleich auf die Evangeliſten folgen, da ſie
"hingegen in der von a. 1529 nach der Vulgata hinter der
"Epiſtel an die Hebræer ſtehet; auch ſind in dieſer Edition
"viele Marginalia hinzugekommen, die ſich in der von
"a. 1529 nicht befinden. So viel habe vorerſt zur Nach-
"richt melden wollen. „ Hactenus B. Palmius longiori vita digniſſimus. Mentio etiam hujus noſtræ editionis fit in *Nov- Antiq. Theologic.* 1737. p. 640 ſq. & in *Actis Hiſtorico-Eccleſiaſticis* P. XXVIII. p. 521. ejusdem, ut & alterius *Francofurtenſis* repetitæ a. 1570. Editio autem alia *Vitembergenſis per Nicolaum Schierlentz* 1536. in 8. recenſetur in *Hamburgiſchen gelehrten Berichten*, a. 1742. p. 357 ſqq.

Novum TESTAMENTVM Latinum verſionis vulgatæ, correctæ ad normam libri Concordiæ, cum additionibus locorum communium Paraphraſticis & explicatione locorum controverſorum genuina, adornatum a Zacharia Mutheſio, Theol. Vinarienſ. *Juſſu & ſumtu Zachariæ Palthenii, V. J. D. typis æneis exſcriptum. Francof.* 1611. *in* 4. *maj.*

Liber maxime infrequens & rarus. Zach. Mutheſius tunc temporis Brembaci in Diœceſi Vinarienſi Paſtor Crypto-Calvinianismi ſuſpectus anno adhuc 1611. in vivis fuit, uti patet ex dedicatione huic libro præmiſſa. Corrigendi hinc Jo. Ant. Strubbergius, Kindervatterus & *Lexicon Eruditor.* tradentes, Mutheſium anno 1597. vivere deſiiſſe. Recuſum eſſe Mutheſii *Novum Teſtamentum* 1656. docet Strubbergius in *indice Theologor.* p. 71.

Novum TESTAMENTVM Polonicum Seclutianum a. 1551. in 4. editum, quod albis corvis ratius eſt, copioſe recenſetur a Sylv. Wilh. Ringeltaube *in der gründlichen*

gründlichen Nachricht von Polnischen Bibeln p. 55-69. Ab ingenti & maxima raritate ibidem etiam laudantur *Novi* TESTAMENTI *Polonici* editiones a Socinianis procuratæ, præprimis editio a. 1574. *Losciis in Arce Domini Jo. Kiszka.* in 8. editio a. 1577. *Rakoviæ* in 4. & a. 1585. *Thorum ap. Mich. Nering* in 4. vid. p. 151 sq. 159 sqq.

Novum TESTAMENTVM Syriacum, curante Jo. Alberto Widmanstadio. *Viennæ Austriæ excudebat Michael Zimmermann.* 1562. in 4.

Opus rarissimum & magnum, ob singularem præstantiam, Bibliothecarum ornamentum, judice Jo. Henr. Leichio de *Origine & incrementis Typographiæ Lipsiensis* p. 50. Exempla hujus Codicis facta sunt tantum mille; ex quibus Ferdinandus Imperator, cujus munificentia & auspiciis opus excusum est, 500. ad se recepit, 300. duobus Patriarchis Antiocheno & Maronitæ destinavit, Mosen vero Mardenum cum 200 Exemplis dimisit. vid. Andr. Mulleri *Dissert. de Syriacis Librorum Sacrorum versionibus, deque Viennensi N. T. editione,* quæ cum Mosis Mardeni & A. Masii epistolis syriacis prodiit *Berolin.* 1673. Conf. Jac. le Longi *Biblioth. Sacr.* p. 197. Theoph. Sinceri *Biblioth. Historico-Critic. Librorum rarior.* p. 118 sqq. Maittaire *Annal.* T. III. p. 652.

Novum TESTAMENTVM Turcice redditum, opera Guilielmi Seamam. *Oxonii, apud Jo. Hall.* 1666. in 4.

Joannis TEXTORIS Feriarum Hageranarum Liber unus, in quo Sylloge variorum dictorum memorabilium, seu Gnomarum, Apophtegmatum, Similitudinum, Exemplorum, Epigrammatum, Emblematum, Ænigmatum, Logogriphorum, Rhithmorum, Quæstionum, Jocorum, atque proverbiorum, ex variis autoribus & MStis enotatorum, continetur. *Herbornæ Nassov.* 1616. in 8.

Rarioribus libris adnumerari solet; caussa tamen raritatis mihi hactenus est incognita.

THEA-

THEATRVM Chemicum, præcipuos selectorum Autorum Tractatus de Chemia & lapidis Philosophici antiquitate, veritate, jure, præstantia & operationibus continens. In gratiam vero Chemiæ & Medicinæ Chemicæ Studiosorum (ut qui uberrimam inde optimorum remediorum messem facere poterunt) congestum, & in quinque partes seu volumina digestum; singulis suo Autorum & librorum Catalogo primis pagellis subnexo. *Argentorati, apud Lazar. Zetznerum*, 1613. in 8.

Tomus VI. hujus operis curatus per Jo. Jac. Heilmannum, *ibid.* 1659. prodiit. Opus maximæ raritatis.

THEATRVM Jesuiticum. vid. Theatrum JESVITICVM.

THEATRVM Tragicum Actorum & Casuum tragicorum, Londini publice celebratorum, quibus Hiberniæ Proregi, Episcopo Cantuariensi, ac tandem Regi ipsi, aliisque vita ademta, & ad Anglicanam Metamorphosin via est aperta. *Amstelodami, apud Jodocum Janssonium*, 1649. in 8. pagg. 320. cum iconibus æneis affabre factis.

THEOPHYLACTVS in Acta Apostolorum, Græce & Latine. *Colon.* 1568. fol.

Quamquam inter alia Theophylacti opera Latine hic Commentarius ex Sifanii Versione facile sit obvius; græcam tamen editionem, quæ ex Jo. Sambuci Codice, cum versione notisque marginalibus Laurentii Sifanii prodiit, esse rariorem, viri docti observant. vid. D. Gerdes *Florileg. Libr. rarior.* pag. 113.

Les Oeuvres *du Sieur* THEOPHILE, divisées en trois parties. La premiere contenant l'immortalité de l'ame, & plusieurs autres pieces. La seconde, les Tragedies. La Troisieme,

me, le Recueil de toutes les Pieces qu'il a fait pendant sa prison, jusqu' à sa mort. *à Rouen* 1636. in 8. *à Lyon chez Philippe Borde*, 1630. & 1641. in 8. iterumque *ibidem* 1651. in 8.

Liber spurcissimus & obscœnus, nonnullis etiam atheisticus audit. vid. Placcii *Theatr. Pseudonym.* p. 587. *Thesaurus Bibliothecal.* T. I. p. 128. Fata hujus THEOPHILI, qui Vanini erat discipulus, & Scripta sua omnia impietate & venere deturpavit, enarrat Samuel Parkerus *in Cogitationibus de Deo & providentia divina contra Atheos* p. 86.

THEOPHILE Parnasse Satyrique, 1625. in 8. (Vtiang) 261. 1660. in 12.

Liber damnatus & prohibitus ex indicio *Catalogi Biblioth.* Menckenian. p. 816. *Thesaur. Bibl.* T. I. p. 138.

THEOPHRASTI *Eresii* de Historia Plantarum Libri decem. Græce & Latine; cum Notis, Commentariis & rariorum Plantarum Iconibus illustrati a Joanne Bodæo, a Stapel, Medico Amstelodamensi. *Amstelodami, typis Jodoci Broers, sumtibus Henrici Laurentii*, 1644. fol. pagg. 1187. cum fig.

Opus rarum ac infrequens ex indicio Morhofii & aliorum. vid. *Merckwürdigkeiten Biblioth. Dresdens.* T. II. p. 267.

THEOPHRASTI *Paracelsi* Expositio vera Imaginum olim Nürembergæ repertarum, ex fundatissimo veræ Magiæ vaticinio deducta. A. 1570. in 8.

Raritatem attestatur Jo. G. Schelhornius *Amœnitat.* T. III. pag. 152.

THEOPHRASTI *Paracelsi ab Hohenheim* drey unterschiedene Tractätlein, als: 1) Commentatio über die Epistolam Judæ; 2) Sermones in Anti-Christum; 3) über die Worte: Sursum Corda. *Franckf. apud Lucas Jennis*, 1619. in 4.

Maximam hujus libri raritatem indicant Cl. Autores *der Sammlung von A. und N.* 1742. p. 555. his verbis: "Dieſes "Buch iſt ſeltener und ſeltſamer, als deſſen Mediciniſche "und Chymiſche Schriften; denn es iſt nicht nur rar und "ſelten zu finden, ſondern auch des Inhalts und der unge- "heuren Redens-Arten wegen ſeltſam &c. „ Noſtro quod poſſidemus exemplari a Bibliopega adjunctum eſt aliud ejusdem THEOPHRASTI ſcriptum ejusdem commatis: *Philoſophia Paracelſica*, id eſt: *Ausführlicher Unterricht vom Limbo, wie auch von dem ewigen neuen Menſchen der zweyten Erſchaffung aus Jeſu Chriſto, dem Sohn Gottes. Geſtellt durch weyland den edlen und hochtreuen Philoſophen, Aurelium Philippum Paracelſum ab Hohenheim. Allen Liebhabern beyder Lichter, Gratiæ und Naturæ, anitzo zum Truck befördert von Joanne* STARICIO, *Lipſienſi Misnico. Franckfurt, bey Chriſt. Siegesfrieden*, 1644. in 4. pagg. 159. Libris rarioribus imo rariſſimis judice Jac. Bruckero *Hiſtor. Critic. Philoſoph.* T. IV. p. 668. adnumeranda etiam ſunt opera Paracelſi, & imprimis editio Baſilienſis a Jo. Huſero XI Voluminibus procurata. Titulus eſt: *Bücher und Schriften des edlen, hochgelehrten und bewehrten Philoſophi und Medici, Philippi* THEOPHRASTI *Bombaſt von Hohenheim, jetz aufs neue mit den Originalien und* THEOPHRASTI *eigener Handſchrift, ſo viel deren zu bekommen geweſen, aufs treulichſt und fleißigſt an Tag gegeben durch Joannem Huſerum, Brisgojum. Baſel, gedruckt durch Conr. Waldkirch*, 1589. in 4. Aliam *Francofurti* excuſam 1603. editionem recenſet Abr. Mercklinus in *Lindenio renovato* pag. 101.

THEVERDANCK.

Primæ & ſecundæ editiones perraræ ſunt, & merito inter cimelia Bibliothecæ referendæ; præſertim illæ integræ, & clave Autoris, quæ rariſſime adeſt, non mutilatæ. Prima editio *Norimbergæ* 1517. in fol. maj. prodiit hoc rubro: *Die Geverlicheiten, und einstheils der Geſchichten des löblichen ſtreitparen und hochberühmten Helds und Ritters Tewrdanckhs.* In fine legitur: *Gedruckt in der Keiſerlichen Stadt Nürnberg durch den eltern Hanſen Schonſperger, Bürgern zu Augſpurg.* Figuræ adſunt numero 118. Altera editio

editio prodiit *Augustæ Vindelicorum* per eundem *Schonspergeram*. Finalis clausula ita habet: *Gedruckt in der Kayserlichen Stadt Augspurg durch den eltern Hansen Schonsperger, im Jahr tausend funf hundert und im neunzehenden.* Binæ hæ editiones ob antiquitatem & raritatem in pretio habendæ, notandumque in illis non modo figuras, sed ipsum quoque ut vocant textum, buxo nitidissime insculptum, quod ex oculari inspectione ductibusque supra infraque literas patere scribit illustr. Zach. Conr. ab Uffenbach in *Catalogo Biblioth.* suæ Tom. II. p. 105. idem etiam in præfatione novissimæ editionis expressis verbis adseritur. Tertia editio *Augustæ V. apud H. Stainer*, 1537 fol. Quarta *Francofurti, apud Christ. Egenolfium*, 1553. in fol. Quinta *ibidem apud hæred. Egenolfi*, 1596. in 8. prodiit. Sexta & ultima *Augustæ Vindelic. apud Matth. Schultes*, 1679. & 1693. in fol. excusa est. Conf. Jo. Dav. Köleri *diss. de Libro Theuerdanck, Altorf.* 1714. *Biblioth. Histor. Hamb.* Cent. III. p. 95 sqq. *Biblioth. Histor.* Struvio-Buderiana, p. 937.

Melchisedech THEVENOT Collectio variorum Itinerum apprime rara est. vid. Cl. Millii *dissert. select.* ed. 2. p. 437. Ex auctione Librorum Jo. Alb. Fabricii sibi hoc opus, quod nunquam antea integrum Bremæ fuit, S. R. Conradus Iken comparavit. Distinctum est in tria volumina sive Partes. Titulus ita habet: *Relations de divers Voyages curieux, qui n'ont point eté publiées, où qui ont eté traduites d' Hacluyt, de Purchas, & d' autres Voyageurs Anglois, Hollandois, Portugais, Alemands, Espagnols; & de quelques Persans, Arabes, & autres Autheurs Orienteaux. Enrichies de Figures de Plantes non décrites, d' Animaux inconnus à l' Europe, & de Cartes Geographiques de Pays dont on n'a point encore donné de Cartes. à Paris, chez Sebast. Mabre-Crammoisy*, 1666. in folio. Dubius interim hæreo, annon integrum Opus IV. voluminibus s. Partibus constet? Sane in *Actis Eruditorum* a. 1683. p. 330. affirmatur Thevenotum *Relationes complurium Itinerum* in quatuor partes distribuisse. In Catalogis etiam *Bibliothecæ* Saurinianæ p. 67. *Bibliothec.* de Marquis de S. Philippe T. I. p. 134. reperiuntur IV. Volumina. Omne autem dubium de existentia *Partis quartæ Itinerum Collectorum*

Melch. Thevenotii eximit *Thesaurus Epistolicus Lacrozianus* T. III. p. 9 sqq. Affirmat enim ibidem la Crozius se tandem nactum fuisse hanc Partem, & promittit Th. Sig. Bayero ex illa describere quæcunque desiderabit. En ingentem libri & præcipue hujus partis raritatem!

Andre THEVET Pourtraits. vid. PORTRAITS.

Stephani THEVPOLI, *Bened. F. Patricii Veneti*, Academicarum Contemplationum Libri X. in quibus Plato explicatur & Peripatetici refelluntur. *Basileæ, per Conrad. Waldkirch*, 1590. in 8.

Ingentem raritatem indicat S. R. Dan. Gerdes in *Florileg. Librorum rarior.* p. 114. "Ita raræ sunt, ut, quantum nobis constat, a nullo Historiæ Philosophicæ Scriptore ne "quidem commemorentur &c. „

Ludovici THOMASSINI Dissertationes, Commentarii & Notæ in Concilia generalia & particularia. *Parisiis*, 1667. in 4.

Thomassinus Autoritatem Papæ & Conciliorum in hoc libro nimis extollit, id quod aulæ Galliæ displicuit, hinc liber fisco adjudicatus, & perpetuis carceribus addictus. "J' ai employé tous mes amis, verba sunt Richardi Simon, "pour avoir un Exemplaire, mais je n'ai pu reüssir. C'est "un ouvrage qui a été supprimé par l'ordre de Magistrat. "Toute la grace qu'on a pu faire à l'Oratoire en cette occasion, c'est, qu'on enfermeroit les exemplaires dans une "Chambre de notre maison de l'institution, sans que nous "en eussions la clef. „ v. Rich. Simon *Lettres Choisies* T. I. Lettr. 21. 22. p. 197 sqq. & du Pin *Biblioth. des Auteurs Ecclesiastiq.* T. XVIII. p. 188 sqq. qui satis diligentes sunt in hoc libro recensendo. Recusum tamen esse eundem hunc librum in Rocaberti *Bibliotheca Maxima Pontificia* T. XV. docet Jo. Alb. Fabricius *Biblioth. Græc.* T. XI. p. 104. qui & observat opus ingens Thomassini MStum fuisse in Bibliotheca Hohendorfiana.

Jacobi Phil. THOMASINI. vid. infra TOMASINI.

THRE-

THRESOR de la Philoſophie des Anciens par degré à la connoiſſance de tous les Metaux & Mineraux de la manière de les travailler & de s'en ſervir pour arriver enfin à la perfection du grand Oeuvre, enrichie de tres belles taillées douces par van Helpen. *Colon.* 1693. in fol.

Inſignis raritas huic operi adſcribitur in *Bibliotheca* Anonym. p. 62.

Jac. Auguſti THVANI Hiſtoriarum ſui temporis, editiones priores raræ ſunt, ac pretioſæ. Cl. Groſchufius in *præfat. de libr. rarior.* p. 28. 29. ſcribit: "Illi "mea ſententia haud leviter errant, qui *Thuanum* a. 1604. "in octava forma prodiiſſe primum affirmant. Qua in "opinione verſatur diligentiſſimus Operum Thuaneorum "enarratur Jo. Petrus Titius. Sed vetuſtior hac editione "extat alia eodem anno *Pariſiis*, *apud viduam Mamerti* "*Patiſſonii in offic. Roberti Stephani* exſcripta, quæ ut pri- "ma ex omnibus, ita rariſſima ex merito habetur.„ Recenſet hanc editionem *Patiſſonianam Pariſiis* 1604. in fol. excuſam Groſchufius in *nova Libror. rar. conlectione* Faſc. II. p. 191 ſqq. itemque Paulus Colomeſius opp. p. 400. ſcribens: "Quelque edition, que l'on ait de l'hiſtoire de Mr. de Thou, "il faut y joindre les dix huit premiers livres imprimez "chez *Patiſſon*, à cauſe de certains endroits, qui ne ſe "rencontrent point dans les autres editions. Pour en don- "ner quelque gout au Lecteur, j'en produirai ici un exem- "ple &c. Conf. *Biblioth. Hiſtoric. Hamburg.* Cent. II. p. 11 ſqq. *Merckwürdigkeiten Bibl. Dresdenſ.* T. II. p. 174. & *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buderiana p. 371. Laudatur ibidem propter raritatem etiam editio *Pariſienſ.* 1609. & 1614. XI *Voll.* in 12.

THVANVS reſtitutus, ſive Sylloge locorum variorum in Hiſtoria Thuani hactenus deſideratorum, cum Franciſci Guicciardini Paralipomenis. *Amſtelodami*, *apud Joan. Henr. Boom*, 1663. in 12.

Aliam editionem commemorat Schurtzfleiſchius apud Groſchufium in *præfat. de Libr. rar.* p. 29. his verbis: "Thuanus reſtitutus admodum rarus eſt & propter varias "cauſſas cum Thuano hactenus evulgato conferendus, ex- "cuſus *Ingolſtadii* & in Gallia juſſu Regis combuſtus.,, Exiſtentia hujus editionis in dubium vocatur in *Merckwürdigkeiten Bibl. rar Dresdenſ.* T. II. p. 208. Jacobus le Long in *Biblioth. Hiſtoric. Galliæ* n. 8539. editionis tantum Amſtelodamenſis meminit hac adjecta cenſura: "Ouvrage fort con- "fus & fort defectueux. Abraham de Wicquefort en eſt "l'Editeur.,,

Werneri THVMMERMVTH Krumbſtab ſchleuſt niemand aus, hoc eſt, votiva relatio Compromiſſi Feudalis inter Ferdinand. Archiep. Colon. contra Statum Patriæ Nobilitatem & Pares Curiæ Feudalis agitati, genuinam Feudorum indolem complexa verorumque exemplorum multitudine demonſtrata; reviſa, aucta, & ad mandatum ſpeciale præilluſtrium & nobiliſſ Dnn. Statuum Ordinis Equeſtris in Archiepiſcopatu Colonienſi boni publici cauſa in lucem data. A. 1643. in fol. pagg. 249.

Liber maximæ olim raritatis, imo etiam proſtante jam editione Kreſſiana in Auctione Bibliothecæ Maſtrichtianæ Brem. ann. 1719. ingenti pretio divendita. Teſtatur hoc Cl. Bunemannus, qui exemplari ſuo pretium 12 Talerorum conſtituit, in *Catalogo Libr. rariſſ.* p. 68. ſcribens: "Hæc "editio genuina eſt longe rariſſima in auctione Maſtrichtia- "na ſuperabat pretium XVI. Imperialium, quam viros alios "illuſtres nonnunquam vix infra XXX. imo XL. imperiali- "bus ſibi comparaſſe novi.,, Editio prima prodiit 1632. in fol. Poſtrema Jo. Paul. Kreſſii JCti Helmſtadienſis cura *Lipſ.* 1718. in folio.

THVRNIER-BVCH.

Inſcriptio eſt: *Anfang, Urſprung und Herkommen des* THVRNIERS *in teutſcher Nation. Wie viel* THVRNIER *bis auf den letzten zu Wormbs; auch wie und an welchen Orten*

Orten die gehalten, un durch was Fürſten, Grafen, Herren, Ritter un von Adel ſie jederzeit beſuchet worden ſind. Zu lobwürdiger Gedächtniß Römiſch-Keyſerlichen Majeſtät, un aller teutſchen Adels hohen un niedern Standes, Voraltern, im Truck ausgegangen. in folio. Opus admodum rarum, de quo ſatis copioſe commentatur Jac. Frid. Reimmannus *de libris Genealogic. rarior.* P. II. p. 200 ſqq. Longe autem rariſſimæ priores ejus editiones. Editio omnium prima *gedruckt in Verlegung Hieronymi Rodlers, Fürſtlichen Secretarii zu Siemern, un vollendet uf den letzten Tag des Monats Octobr. nach Chriſti Geburt* 1530. recenſetur in Jo. Schilteri *Theſauro Antiquitat. Teutonicar.* T. III. præf. pag. XLIII. In Bibliotheca Stadeniana manibus tractavi aliam editionem hanc clauſulam finalem habentem: *Dis Buch iſt gedruckt in Verlegung Hieronymi Rodlers, Fürſtlichen Secretarien zu Siemern, und vollendet uf den dritten Tag Auguſti nach Chriſti Geburt, funfzehn hundert und im zwey und dreyßigſten Jare.* Continet fol. 213. non computatis præfatione & indice. Recentiores editiones ſunt *Francofurtenſis ad M.* 1566 & 1576. Conf. S. R. Leſſeri *Nachricht von dem ſehr raren Turnierbuch Ruxners*, quæ legitur in *Biblioth. Mixta Hamburg.* T. III. p. 377.

Friderici TILEMANNI, *J. U. D. & Prof. P. Vitemb.* Discurſus Philologicus de Hiſtoriarum delectu. *Vitemb.* 1597. in 8.

Tobias Eckardus in *Notitia Bibliothec. Quedlinburg.* p. 31. librum hunc recenſens, illum, ut admodum rarum, laudat.

Joannis TIMANNI, *Amſterodami, Paſtoris Bremenſis in Eccleſia Martiniana*, Farrago ſententiarum conſentientium in vera & catholica doctrina, de Cœna Domini, quam firma aſſenſione, & uno ſpiritu juxta divinam vocem Eccleſiæ Auguſtanæ Confeſſionis amplexæ ſunt, ſonant & profitentur: Ex Apoſtolicis ſcriptis; præterea ex Orthodoxorum tam veterum quam recentium perſpicuis teſtimoniis, contra Sacramentariorum diſſidentes inter ſe opiniones,

diligenter & bona fide collecta. Una cum indice rerum memorabilium. *Francofurti, excudebat Petrus Brubachius. Anno* 1555. in 8. pagg. 605.

Liber maxime notabilis, qui occasionem dedit infeliciſſimis motibus in urbe Bremensi autore Alb. Hardenbergio exortis. Præfatio ad Dnos Consules & Senatores celeberrimæ urbis Bremæ pag. 164. agit de verbo externo, Sacramentis & autoritate Scripturæ S. Sequuntur deinde Epistolæ quædam nimirum 2 *Martini Lutheri* ad Jac. Præpositum. 1. *Melanthonis* ad Mart. Gorolicium Pastorem Brunsuic. 2. *Urb. Regii.* 1. *Ant. Corvini.* 1. *Jo. Bugenhagenii.* 1. *Jo. Westphali.* 1. *Henr. Buscoducensis* ad Jo. Timannum datæ. Tandem ipsa farrago testimoniorum de Ubiquitate, de Sacramentis, de officio Magistratus, & concionatorum librum concludit. Cæterum *Timanni farrago* hic Bremæ albis corvis rarior est, & nullo fere pretio parabilis. Servamus de eodem Timanno aliam farraginem plerisque plane incognitam sub titulo: *Aliquot capita præcipuæ ac veræ Theologiæ ex Patribus & Scriptura sacra per Joannem Amstelredamum a Concionibus Evangelii Bremæ. Lubecæ anno* 1532. d. 9 *April. Joannes Hochstratanus excudebat* in 8. plag. 6. Libellum etiam scripsit contra *Librum interim* 1549. in 4. vid. Christ. Aug. Saligii *Histor. Aug. Confess.* T. I. p. 607. itemque alium libellum *Prophetias quasdam Lutheri* continentem. Magd. 1552. in 8. quem recenset *Thesaur. Biblioth.* T. III. p. 171.

Bertrandi TISSIER Bibliotheca Patrum Cistercienſium. *Bonofontæ typis Cœnobii, per A. Renesson.* 1660 sqq. Tomi VIII. in fol.

Satis amplam libri hujus, quem Gerh. a Mastricht *in Catalogo Biblioth.* p. 6. rariſſimis adnumerat, notitiam suppeditat Thom. Ittigius de *Biblioth. & Caten. Patrum* p. 675 sqq.

TOGRAI, *Poëtæ Arabis doctiſſimi*, Carmen Arabicum una cum versione Latina & Notis praxin illius exhibentibus. Opera Eduardi Pocockii. *Oxonii, apud Ric. Davis,* 1661. in 8.

Liber

Liber perrarus recenſetur in *Theſauro Bibliothecali* T. II. p. 67. Idem TOGRAI *Poëma cum verſione latina Jacobi Golii hactenus inedita ex MS. Goliano præfatione & notis auctum* iterum edidit *Matthias Ancherſen Trajecti ad Rhen.* 1707. in 8. Sed durum fatum experta eſt hæc editio, quandoquidem exemplaria, quæ Cl. Editor omnia, exceptis tantum quinque aut ſex adhuc exſtantibus, navi Hafniam deſtinaverat, in mari periere. vid. *Actor. Eruditor. Supplement.* T. IV. p. 156.

Joannis TOLANDI Adeiſidæmon, ſive Titus Livius a ſuperſtitione vindicatus; annexæ ſunt ejusdem Origines Judaicæ. *Hagæ Comitis, apud Thom. Johnſon.* 1709. plag. 25.

Recenſetur in *Actis Eruditor.* 1709. p. 248 ſqq. Conf. J. Laur. Mosheimii *Commentat. de Vita & Scriptis Jo.* TOLANDI §. 28 ſqq.

Joannis TOLANDI Lettres to Serena, containing 1. the Origine and Force of prejudices; 2. the Hiſtory of the Souls Immortality among the Heathens; 3. the Origine of Idolatry and Reaſons of Heathenism. As alſo 4. a Letter to a Gentleman in Holland, ſhewing Spinoſa's, Syſtem of Philoſophy to be without any Principles or Foundation; 5. Motion eſſential to Matter, in Answer to ſome Remarks by a noble Friend on the Confutation of Spinoſa. To all which is prefix'd 6. a Preface, being a Letter to a Gentleman in London, ſent, together with the foregoing Diſſertations, and Declaring the ſeveral occaſions of writing them. *London.* 1704. in 8. pag. 239.

Scriptum hoc, quod pauciſſimis in Germania videre contigit, copioſe recenſetur a Summ. Rev. Mosheimio l. c. §. 26 ſq. Conf. Mich. Lilienthals *Theologiſche Biblioth.* p. 1064 ſqq.

Oratio Philippica ad excitandos contra Galliam Britannos, maxime vero, ne de pace cum victis præmature agatur: Sanctiori Anglorum Concilio exhibita anno 1514. Autore Matthæo Cardinale Sedunensi, qui Gallorum ungues non resecandos, sed penitus evellendos, esse voluit. Publica luce, Diatriba præliminari & annotationibus donavit *Joannes* TOLANDVS. Accedit ejusdem Gallus Aretologus, odium orbis & ludibrium. *Amstelodami, ex officina Wetsteiniana.* 1709. in 8. pagg. 149.

Infrequens apud nos, ut cætera Tolandi Scripta.

Johannis TOLANDI Nazarenus, or Jewish gentile and Mahometan Christianity, containing the history of the ancient Gospel of the Mahometans, attributed to the same Apostle: this last Gospel being now first made known among Christians. Also the original plan of Christianity, occasionally explaind in the history of the Nazarens, where by divers Controversies about this divine (bat higly perverted) institution may be happily terminated. *London by J. Brown*, 1718. in 8. pagg. 183.

Summam libelli impii dant Mich. de la Roche *Biblioth. Angloise* T. IV. p. 302. sqq. *Acta Eruditor. Suppl* Tom. VII. p. 28. sqq. S. Rev. Mosheimius *de Vita & scriptis Tolandi* §. 30. sqq.

Johannis TOLANDI Christiana Religio Mysterii expers.

Libellus *Londini* 1696. in 8. excusus, & Dublini in Hibernia, Autoris patria, a Carnifice publice cambustus. Tertia hujus Scripti editio prodiit *Londini* 1702. adjuncta Autoris *Apologia ad Parliamentum Irlandicum.* En libri titulum: *Christianity not mysterious; or a treatise, shewing, that there*

re is nothing in the Gospel contrary to Reason, nor above it: at that no Christian doctrine can be properly call'd a Mystery. By John TOLAND. *To which is added an Apology for Mr. Toland, in relation to the Parliament of Irelands ordering this Book to be burnt. London, printed in the Year* 1702. in 8. Conf. Sum. Rev. Mosheimii *Comm. de Vita Tolandi* §. 8. sqq.

Johannis TOLANDI Pantheisticon. v. PANTHEISTICON.

Caroli Ludovici TOLNERI Historia Palatina, seu primorum & antiquissimorum Comitum Palat. ad Rhenum res gestæ; accedit Codex Diplomaticus Palatinus. *Francofurti* 1700. in fol. Ejusd. Additiones ad Historiam Palatinam quibus simul ad objectiones Cl. cujusdam viri respondetur. *Heidelbergæ* 1709. in fol.

Paucioribus exemplis excusæ sunt hæ *Additiones;* hinc rarioribus omnino adnumerandæ libris. v. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buderiana p. 1086.

Jacobi Philippi TOMASINI, *Paduani, Episcopi Æmonienſis in Istria, viri suo tempore eruditissimi,* Scripta fere omnia, rariora esse, & in his oris infrequentiora, magno hinc labore & ære conquirenda, nemo mirabitur. Causas raritatis horum librorum plures dare possumus. v. J. Gerh. Meuschen *in præfat. Tomi III. Vitarum summorum Virorum Coburg.* 1738. evulgati. Præprimis autem rarioribus adnumeranda sunt:

Illustrium Virorum Elogia Iconibus exornata, illustriss. & reverendiss. D. D. Jo. Baptistæ Agucchiæ Archiepiscopo Amasiensi & Apostolico Nuncio Venetiis pro Sanctiss. D. Urbano VIII. D. *Patavii, apud Donatum Pasquandum & Socium.* 1630. in 4. pagg. 373.

Continet 74. elogia, 48. Icones, & quædam Numismata.

Elogia

Elogia Virorum literis & Sapientia illustrium ad vivum expressis imaginibus exornata, ad Reginam Annam, Galliæ & Navarræ Regentem. *Patavii apud Sebastianum Sardum.* 1644. in 4.

Continet Icones 35.

De Bibliotheca & Museo Laurentii Pignorii, Patavini, Canonici Tarvisini. *Venetiis* 1634. in 4. & *Amstelodami apud Andream Frisium.* 1668. in 4.

V. C. Marci Antonii Peregrini J. C. D. Marci Equitis, Sereniss. Reip. Venetæ a Consiliis, & in Celeberr. Gymnasio Patavino Juris Canonici Professoris primarii Vita ad illustriss. & excell. D. Claudium Expilium Equitem &c. *Patavii apud Paullum Frambottum,* 1636. in 4. pagg. 80.

Bibliothecæ Patavinæ Manuscriptæ publicæ & privatæ, quibus Scriptores hactenus incogniti recensentur & illustrantur. *Utini typis Nicolai Schiratti,* 1639. in 4.

Parnassus Euganeus sive de Scriptoribus ac literatis hujus ævi claris. Accedit Index eorum, qui elogia condidere, ac de Scriptoribus diversis tractarunt, ad illustrissimos Literarum Patronos Petrum & Jacobum Puteanos fratres. *Patavii typis Sebastiani Sardi*, 1647. in 4.

Petrarcha redivivus, sive Francisci Petrarchæ, & Lauræ Nobilissimæ Fœminæ Vitæ & Historiæ; addita Vita Petrarchæ descripta a Leonardo Aretino, Paulo Vergerio, Anonymo quodam, Jannotio Manetto, & Ludovico Beccatella, nec non figuræ quædam æri incisæ. *Patavii typis Pauli Frambotti*, 1650. in 4.

ed. mea Patav. 1635

Biblio-

Bibliothecæ Venetæ Manuſcriptæ Publicæ & Privatæ, quibus diverſi Scriptores hactenus incogniti recenſentur; Ad illuſtriſſimos literarum Patronos Petrum & Jacobum Puteanos Fratres. *Utini typis Nicolai Schiratti.* 1650. in 4. pagg. III.

Annales Canonicorum Secularium S. Georgii in Alga. *Utini* 1647. in 4.

De Gymnaſio Patavino Liber. *Utini typis Nicolai Schiratti.* 1654. in 4.

T. Livii Patavini Vita dicata illuſtriſſ. Dominico Molino Sereniſſ. Reip. Venetæ Senatori.

Hanc nuper bono conſilio recudi fecit Summ. Rever. J.G. Meuſchen *in Tomo III. Vitarum Summorum dignitate & eruditione Virorum.* p. 99-136. Simulque promiſit ſe occaſione ferente curaturum, ut unum alterumque minimæ quidem magnitudinis, maximæ autem raritatis, literarium monumentum ex ſcriptis Tomaſinianis iterum compareat.

Nicolai TOPPII Bibliotheca Neapolitana libris rariſſimis eſt adnumeranda. Prodiit Italice ſub hac Epigraphe: *Bibliotheca Napoletana, & Apparato a gli huomini illuſtri in Lettere di Napoli & del regno, delle Famiglie, Terre, Citta, & Religioni, che ſono nello ſteſſo Regno, dalle loro origini, perdutto al anno* 1678. *opera del Dottor Nicolo* TOPPI, *Patritio di Chieti, Archivario per S. M. Cattolica nel grande Archivio della Regia Camera della Summaria. In Napoli* 1678. in fol. Supplementa vero ibidem 1683. impreſſa ſunt ſub hoc titulo: *Addizioni copioſe di Lionardo Nicolemo alla Bibliotheca Napolitana del Dottor Nicolo* TOPPI in fol.

TORELLI del Debito del Cavalliero.

Liber rarus, quem editores recentiſſimæ editionis *Lexici Bæliani,* quovis licet ſtudio adhibito, invenire haud potuerunt. vid. Schelhornii *Amœnitat. Litterar.* T. II. p. 436. En titulum ex Nic. Franc. Haym *Notizia de libr. rar.* p. 18. *Pomponio* TORELLO *Trattato del debito del Cavaliero. In Parma per Erasm. Viotto.* 1596. in 4.

Thermodi

Thormodi TORFÆI, *S. R. M. Daniæ rerum Norvegicarum Historiographi & in Colleg. Consistor. Assessoris*, Historia Rerum Norvegicarum Tomi IV. *Hafniæ apud Joach. Schmidgenium* 1711. in fol. 24. Alph. 15. plag.

De raritate hujus libri, qui recensetur *in Act. Eruditor. Supplementis* T. VI. p. 10. sqq. scribit ill. de Ludewig *in præfat. zur rechtlichen Erläuterung der Reichs-Histor.* p. 28. "Dieses sauber gedruckte Buch ist deswegen unbekandt, "weil, der Sage nach, wenige Exemplaria aufgeleget wor- "den; andere auch vorgeben, dass in dem letztern Brand "in Copenhagen die vorräthige Exemplaria im Feuer auf- "gegangen.„

TORMENTVM throno Trinitatem deturbans. v. FVLMEN de Cælo delapsum.

Alexandri Julii TORQVATI Aeternatura Gloria magni Johannis Christophori Königsmarchii, Herois, Comitis, Belli Ducis, Senatoris, Gubernatoris, post fata demum Virtute, honore, gloria illustris. in fol. maj.

Opus splendidum, typis Batavicis excusum, multisque figuris æneis egregie sculptis decoratum, at insigniter rarum. v. Georg. God. Kusteri *Bibliotheca Historica Brandenburgica* p. 730.

Geoffroy TORY. v. CHAMP FLEURY.

TRACTATVS Tractatuum sive Oceanus universi Juris, jussu Gregorii XIII. Pontificis Romani in unum congestus a Francisco Ziletto.

Opus propter numerum Voluminum pretiosissimum, & propter infrequentiam rarissimum. Titulus est: TRACTATVS *universi juris, Duce & Auspice Gregorio XIII. Pontif. Max. in unum congesti; additis quamplurimis antea nunquam editis XIIX. Materias XXV. Voluminibus comprehendentes. Præter summaria singulorum Tractatuum accessere locupletissimi Indices, ita distincte & ordinate dispositi, ut Lector materias omnes, temere antehac sparsas, artificiosa distributio-*

distributione sub uno quasi adspectu positas, contueri possit. Venetiis MDLXXXIV. fol. maj. Integrum Opus constat XIIX. Tomis, Partibus vero XXV. quibus adjuncti Indices in tres tomos digesti, quæ omnia conficiunt XXIIX. Volumina. v. Theophili Sinceri *Nachrichten von alten und raren Büchern* p. 51. Promiserunt quidem Bibliopolæ Veneti novam editionem Scriptoribus recentioribus adornatam, vix tamen sperandum ob sumtus nimios eos promissa esse adimpleturos. Conf. *Bibliotheca Juris* Struvio - Buderiana p. 362. sqq.

TRAITE' des Medailles d'Hautin. vid. HAUTIN.

TRAITE' des Ceremonies superstitieuses des Juifs tant anciens, que modernes. *à Amsterdam chez Jacob Smith.* 1678. in 12. pagg. 531.

Adhærent *Remarques curieuses & necessaires pour l'intelligences de ce livre* pagg. 30. Liber rarus, atque suspectus, cujus historiam referre libet verbis doctissimi Mr. Des-Maizeaux in *Notis ad Epistolas P. Bælii* p. 143. "Ce livre, "inquit, n'est en effet qu'une traduction du *Tractatus Theo-* "*logico-Politicus de Spinoza*, faite par le *Sr. de St. Glain*, "Angevin, Capitaine au service de Messieurs les Etats, & "qui a ensuite travaille à la Gazette de Roterdam. Il avoit "été zelé Protestant, mais des qu'il eut connu Spinoza, il "devint un de ses Disciples, & de ses plus grands admira- "teurs. D'abord il intitula sa Traduction, *la Clef du* "*Sanctuaire*, mais ce Titre ajant fait beaucoup de bruit: "on craignit, qu'il ne prejudiciat au debit de livre, & pour "en faciliter le cours, on jugea à propos dans une seconde "edition de le changer en celui de *Traité des Ceremonies.* "Et pour la même raison, lors qu'on en fit une troisieme "edition, on l'intitula: *Reflexions curieuses d'un Esprit* "*desintereſſé sur les matieres les plus importantes au salut,* "*tant publics que particuliers.*" Confer. Rev. J. C. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. III. p. 154. *Bibliotheca* Reimmann. p. 1115. 1029. *Sammlung von A. und N.* 1740. p. 663. & quæ supra scripsimus art. *Spinosa.*

Theodosii

Theodosii TREBELLII Promtuarium universæ Linguæ Latinæ. 2. Voll. *Basileæ* 1540. in fol.

Liber admodum rarus dicitur in *Catalogo Bibliothecæ* Schalbruchianæ P. I. p. 38. *In Hamburgischen Berichten von Gelehrten Sachen* A. 1742. p. 656. infrequentia hujus operis sequentibus verbis indicatur: "Ein hauptrares Wörter-"Buch, das noch weit seltener, als des *Stephani* DOLETI "*Commentarii Linguæ Latinæ* in fol. Welches letztere Werk "jedoch auch in Auctionen sehr theuer bezahlet wird.„

TREFLERI Methodus ordinandi Bibliothecam. *Augustæ* 1560.

Rariſſimus liber, non quidem ob ſuam præſtantiam, ſed potius ob futilitatem regularum parum congruarum, quas præſcribit. v. Wendleri *diſſert. de Libr. rarior.* §. XXVI.

Jo. Philip. TREIBERS Kunſt, aus der Vernunft zu diſputiren, vier Monathe. *Langenſaltze* 1704. in fol.

De ſcripto hoc publica autoritate ſuppreſſo ſequentia notat doctiſſimus Jac. Fr. Reimmannus *in Biblioth. Theol.* p. 976. "In his Dialogis mira eſt libertas & levitas, miræ-"que præſtigiæ. Objectiones contra veritatem Religionis "chriſtianæ graves; Reſponſiones ejusmodi, quales ſunt in "Campanellæ *Atheismo* triumphante dicam, an *triumphato?* "h. e. leves, obtuſæ, futiles, nullæ; Autori tamen magis "quam Lectori noxiæ, qui in Carcerem conjectus, & auto-"ritate publica a ſcribendo deterritus vix Actum quartum "huic fabulæ addere potuit, cum 32. animo jam concepiſſet. "Nec in Scriptorem tantum debacchata eſt hæc procella, "ſed & in Scriptum ipſum, quod lege ſevera venundari eſt "prohibitum.

Emanuelis TREMELLII Catechismus Hebraicus, anno 1554. *apud Robertum Stephanum* in 12.

Admodum rarus vocatur a S. Rev. Wolfio, qui copioſe de illo agit Tom. III. *Bibl. Hebr.* p. 882.

Patricii

Patricii TRICASSII, *Ceraſarienſis Mantuani*, Enarratio principiorum Chiromantiæ; ejusdem opus Chiromanticum abſolutiſſimum; item Chiromantia incerti Autoris; omnia opera Bald. Ronſſei cum ejusdem in Chiromanticen brevi Iſagoge. *Norimbergi* 1560. in 4.

TRIDENTINI Concilii Acta & Monumenta pluribus libris fuere collecta, quorum notitiam, ordine Chronologico concinnatam, habes in S. R. Jo. Georg. Schelhornii *Amœnitatibus Hiſtoriæ Eccleſiaſt.* T. II. p. 380-477. Plerique librorum Acta hujus Concilii exhibentium rarius hodie obvii ſunt imprimisque ſequentes:

Generale Concilium TRIDENTINVM, continens omnia quæ ab initio usque ad finem in eo geſta ſunt. *Venetiis ad Signum Spei.* 1552. in 4.

Collectio hæc, inquit Schelhornius l. c. p. 389. rariſſima eſt, & a me hactenus fruſtra paſſim quæſita. Pergratum igitur mihi foret, ſi quis vir doctus pleniorem illius notitiam mecum benevole communicare haud gravaretur. Extare illam in Bibliotheca Academiæ Juliæ docet nos Jo. Andr. Schmidius *Tom. II. Introduction. Sagittarianæ in Hiſt. Eccl.* p. 1441.

Orationes, Reſponſa, Literæ, Mandata ex Actis Concilii TRIDENTINI collecta, nuperque in lucem edita. *Venetiis* 1567. *ex offic. Aldina*, in 8.

Recenſetur a Schelhornio l. c. p. 397 ſqq.

Inſtructions & Lettres des Rois très Chretiens, & de leurs Ambaſſadeurs, & autres Actes concernant le Concile de TRENTE pris ſur les Originaux. Quatrieme edition. *à Paris* 1654. in 4.

De ingenti hujus Collectionis fratrum Puteanorum raritate plurima teſtimonia & exempla leguntur ap. Schelhornium

l. c. p. 425 sqq. Conf. D. Gerdes *Florileg. Libr. rarior.* p. 123 sqq. p. 61 sqq.

Concilium TRIDENTINVM, hoc est, Canones & Decreta, Literæ & Mandata, Orationes habitæ, Sententiæ & Disputationes nonnullæ. *Lovanii* 1567. in fol.

Etiam hæc Doctorum Lovanienſium collectio rariſſime hodie reperitur, & fruſtra in inſtructiſſimis etiam Bibliothecis quæritur. v. Schelhorn. l. c. p. 400 ſqq.

Revelatio Conſiliorum, quæ initio Synodi TRIDENTINÆ inter Pontificem, Cæſarem, cæterosque Reges, Principes, & Status Pontificios, contra veros & liberos Orbis Chriſtiani Reges, Principes & ordines, ſunt inita. In quibus conjurationis Romanæ Veritas, aſtus, Continuatio a Concilii illius publicatione in hunc usque diem, evidentiſſime oſtenduntur. *A.* 1620. in 4.

Typis uti videtur Belgicis. v. Schelhorn l. c. p. 418 ſqq.

Giov. Georgii TRISSINO l'Italia liberata da Gothi. Libri XXVII. *Parte in Roma per Valerio & Luigi Dorici.* 1547. *e parte in Venezia per Tolomeo Gianicolo.* 1548. in 8. Tomi III.

Liber Carmine epico ſcriptus, ſed in Italia rariſſimus, v. Haym *Notiz. de libr. rar.* p. 115. Recuſus nuper *Pariſ.* 1729. in 4.

Jean TRISTAN Hiſtoire des Empereurs par Medailles. III. Tomes. *Paris*, 1645. in fol.

Opus perrarum ex indicio *Catalogi Biblioth.* Menckenian. p. 221.

Johannis TRITHEMII Steganographia, hoc eſt, Ars occultam Scripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperiendi certa. Præfixa eſt huic operi ſua Clavis ſeu vera introductio ab

ipſo

ipso Autore concinnata. Hactenus quidem a multis multum desiderata, sed a pauciſſimis visa; nunc vero in gratiam secretioris Philosophiæ Studiosorum publici Juris facta. *Francofurti ex off. typogr. Jo. Saurii, Sumtibus Jo. Berneri* 1608. in 4. *Darmstadii* 1621. in 4.

Vid. *Bibliothecæ Reimmannianæ* p. 779.

Johannis TRITHEMII Polygraphiæ Libri VI. *Francofurti* 1550. in 4. *Argentor.* 1613. in 8. *Francof.* 1650. in 8. pagg. 611.

Hæc Polygraphia & Steganographia est inculpatior, & minus suspecta, sed rarior tamen, & magis lectu digna. v. *Bibliotheca Reimmann.* p. 779. J. A. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* Tom. IV. p. 464.

Liber octo Quæstionum ad glorioſiſſimum Imperatorem Maximilianum.

Scriptum ob raritatem suam minus cognitum, quod nec inter opera Trithemii junctim edita extat. Reperitur interim inter *Paralipomena Studio Jo. Busæi Moguntiæ excusa* 1605. Recusa *Colon.* 1624. in 8. vid. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Latin. T. IV.* p. 462.

Johannis TRITHEMII Epistolæ familiares, editæ a Jacobo Spigelio, *Hagenoæ* 1536. in 4. insigniter raræ vocantur a doctiſſimo Eb. Dav. Haubero *in Bibliotheca Magica* T. III. p. 197. Conf. Doctiſſimi Heumanni *recensio Epistolar. Famil. Jo. Trithemii* inserta *Miscellaneis Lipsiens. Novis Vol. II.* p. 109 sqq.

Roggerii TRITONII Vita Cardinalis Vincentii Laurei. *Bonon.* 1599.

Vid. *Nova Litterar. German.* A. 1703. p. 87.

Tutti i TRIONFI, Carri, Maschere, o canti carnascialeschi, dal tempo di Lorenzo de Medici, quando egli ebbero prima cominciamento per insino a questo anno presente 1559. in 8.

De libro isto sequentia leguntur in N.Fr. Haym *Notizia de libr. rar.* p. 143. "Fece questa edizione il lasca, e dal-"la pagine 298. alla pagine 398. fu costretto a tagliar le "carte in tutti gli essemplari ad instanza di Paolo fratello "di Gio Battissa dell' Ottonajo. Sono quasi unichi di tro-"varsi interi, cioe con quei Canti dell' Ottonajo come gli "ha qui in Londra L'Ecc. Signor Duca di Devonshire nel-"la sua copiosissima e sceltissima Libraria. „

Adriani TVRNEBI de Methodo libellum *Paris.* 1608. in 8. recenset & rarissimum esse observat Cl. Struvius *in Bibl. Antiq.* 1705. p. 280. Conf. Cl. Gerdes *Florileg. Libror. rar.* p. 115.

Jacobi TYPOTII Relatio Historica de Regno Sueciæ, & Bellis Civilibus atque externis, non Regis Sigismundi tantum, & Principis Caroli, sed & Majorum. *Francof.* 1605. in 8.

1606

Recensetur & rarioribus adnumeratur in *Thesauro Bibliothec.* T. II. p. 81.

TVRNIER-Buch, v. THVRNIER.

Ernesti

V.

Ernesti VAENII Tractatus Physiologicus de pulchritudine juxta ea, quæ de Sponsa in Canticis Canticorum mystice pronuntiantur. Si quid vel discere, vel ignorare opus sit, in Scripturis discemus. Chrysosth. 2. ad Timoth. Homil. IX. *Bruxellis ap. Franc. Foppens.* 1662. pagg. 60. c. fig. æn.

Recensetur in Aug. Beyeri *Memor. Libror. rar.* p. 112 sqq.

Jacobi VALDESII, *in Cancellaria, Summoque Prætorio Granatensi Auditor. Reg. & in Pinthian. Academ. in prima Cathedr. Juris Canonici Jubilo donati*, De dignitate Regum Regnorumque Hispaniæ, & honoratiori loco eis, seu eorum Legatis a Conciliis ac Romana Sede jure debito. *Granatæ ap. Ferdinandum Diez a Montoya.* 1602. in fol. pagg. 394.

Liber inter rariores rarissimus, nec facile obvius. vid. Wendleri *dissert. de Libr. rar.* §. XXII. Præter hanc Granatensem, quam possideo, editionem in *Catalogo Biblioth.* Mencken. p. 537. *Francofurtensis* 1626. in 4. commemoratur, librisque rarioribus adnumeratur. Inter causas raritatis hæc forte non postrema, quod liber Valdesii severissime in Gallia fuerit prohibitus. *Parisiis* namque An. 1626. in 8. prodiit: *Sentence du Prevôt de Paris contre un mechant, & pernicieux Livre, imprimez à Francfurt, intitulé: Præcedentiæ Hispaniæ &c.*

Petri VALENTIS Telemachus, sive de profectu in Virtute & Sapientia; ad sereniss. D. D. Henr. Borbonium, Principem Condæum, primum regii sanguinis Principem, primumque Galliarum Parem. *Parisiis ex Typographia Jo. Libert.* 1609. in 8.

Notitiam libri hujus plane rariſſimi & fere omnibus incogniti habes in Rudolph. Anton. Fabricii *Programmate, quo observationum Litterariarum in Itineribus ſuis factarum trigam recenſet. Helmſtad.* 1731. p. 5 ſqq. Scripſit & alia Autor, qui literarum Græcarum Profeſſor regius fuit, quæ omnia ſunt rariſſima: *Griphi Cænomanici Interpretatio. Pariſ.* 1601. *De laudibus Homeri Oratio. Pariſ.* 1621. & cætera. Conf. *Theſaur. Bibliothec.* T. II. p. 66.

De VALENTINIANORVM Hæreſi conjecturæ, quibus illius origo ex Ægyptiaca Theologia deducitur. *Londin.* 1711. in 4. plag. 4.

Hæc Diſſertatio non niſi pauciſſimis vel in ipſa Anglia viſa eſt, & inſtar MSti habetur, cum viginti ſaltem exemplaria ſumtibus Autoris, Epiſcopi Hooperi, in amicorum uſum impreſſa fuerint. v. Sum. Rev. Magni Crüſii *diſſert. epiſtolic. ad Chriſt. Wormium* p. 16. Summam hujus diſſertationis habes in *Journal des Savans Tom. L.* p. 451. & *Tom. LI.* p. 603 ſqq. *Act. Eruditor. German. Tom. I.* p. 78. *Actis Eruditor. Latin.* An. 1712. p. 184 ſqq.

Abrahami VALENTINI Metaphraſis Belgica Juvenalis & Perſii. *Lugd. Bat.* 1682. in 12.

De raritate hujus libri hæc leguntur in Jo. Ulr. Königs *præfat. der Gedichte des Herrn von Canitz* p. 45. "Dieſes "Buch iſt in Holland ſo rar worden, daſs man es nicht "ohne groſſe Mühe und Unkoſten daſelbſten erhalten kan.

Hadriani VALESII Geſta Veterum Francorum ſive Rerum Francicarum Tomus I. a primordiis gentis usque ad Clotarii Senioris mortem. *Pariſ. ap. Cramoiſy* 1646. in fol. Tomus II. a Clotarii Senioris morte ad Clotarii Junioris Monarchiam. *ibid.* 1548. in fol. Tomus III. a Clotarii Junioris Monarchia ad Childerici reſtitutionem. *ib.* 1658. in fol.

Vid. *Catalog. Biblioth.* Mencken. p. 471.

Georgii VALLÆ Commentationes in Plinii Librum II. *Venetiis* 1502. in 4.

Admodum

Admodum rarum esse hunc librum, nec ipsi Harduino visum, indicat Bayle *in Diction. Historic. Crit.* art. *Georg. Valla* not. A.

Godofredi VALLEI Ars nihil credendi, scriptum impium ac summe blasphemum, cujus Autor Parisiis anno 1574. fuit combustus. Constat unica tantum Phylira, & absonum gerit titulum: *La Beatitude des Chrétiens, ou la Fleo de la Foy par Geoffroy* VALLÉE, *natif d'Orleans, fils de feu Geoffroy Vallée, & de Girarde le Berruyer, aux quels noms de Pere & Mere assemblée, il s'y trouve Lerre Geru Vrey Fleo de la Foy begarrée, & au nom du fils Va Fleo Regle Foy; autrement: Guerre la folé Foy. Heureux, qui sçait, ou sçavoit au repos.* Unicum tantummodo hujus scripti exemplum typis excusum, idque in instructissima Abbatis de Estrées bibliotheca, superesse existimat Mr. de la Monnoye. Legantur *Acta Eruditor. Germanic.* Tom. XI. p. 189. Sallengre *Memoires de Litterature* T. I. p. 222 sqq. Schelhornii *Amœnitat. Litter.* Tom. IIX. p. 378 sqq. *Nova Acta Eruditor.* 1739. p. 378. præcipue autem doctissimi Petri Frid. Arpi *Feriæ æstivales* p. 124 sq. qui nos docet se in isto libello non Atheismum proprie sic dictum, sed Deismum aliquem invenire, cum Pontificius, Calvinista, Fanaticus, Libertinus in illo sermones ferant. Hinc suspicatur duplex fortasse hujus libri exemplum extare, quod *de Cymbalo mundi* scripto partim Satyrico, partim impio observant eruditi. Recte suspicatur Vir doctissimus, accepimus ab amico G. Wallée *fleo de la foi* descriptum ab exemplari typis excuso, quod est in Bibliotheca Abbatis d'Estrées; Libellus noster diversus est ab Arpiano. Initium ita habet: *Les jugemens & l'amour sont libres, ne s'enchainent point, ne s'emprisonment point, & ne se captivent point, je ne puis que ce, que je puis. Quelle regle, quelle conduite garderai-je dans cette suspension generale que j'embrasse. Contradirai-je tete baissée tout ce que les hommes ont etabli? detrurai-je cet ordre civil dont je connois les reforts? ne consulterois-je que mon interêt, & mon amour propre? donnerai-je tout à mes sens? n'aurois-je de loi que mes desirs? & quoique je soupçonne que la vertu & le vice sont des productions du prejugé qui concourt à la societé, serai-je sans amour pour l'une; & sans*

horreur pour l'autre? n'aurai-je de bornes que mon utilité, ni d'autres motifs de mes actions, que mon profit? ni d'autres regles de ma conduite, que mon avantage? m'abandonnerois-je aux crimes, aux perfidies & à mon penchant? Caeteris, quae sequuntur, interjectis Autor libello suo hanc imponit clausulam: *Je suivrai en tout les lumieres & le penchant, que donne la nature, elle n'est pas d'elle même si corrompue, que les hommes la rendent, je regarderai la raison, comme un instinct dereglé, une horloge demontée, qui sonne des coups & non des heures, donc on veut que le dereglement soit un titre d'excellence. Le même guide, qui m'avoit ecarté du vrai chemin, me servira à m'y remettre, & je chercherai dans les animaux, qui ont conservé la nature dans sa pureté, à corriger la corruption, où nous l'avons mise, à me redresser dans mes erreurs, & à vivre & mourir comme eux, ce qui est notre sort commun, raisonnant avec les hommes sur leurs presages, & discourant avec moi-même sur la nature, cherchant le bien, fuiant le mal, obeissant mon amour propre, qu'on ne peut eteindre. Dans une tranquille suspension, une paisible indifference, un respect douteux & indeterminé, qui n'a point de nom, avec une intention pure & un desir suspendu de la verité cachée, je mourai sans grimaces, en disant comme Aristotele:* Etre des êtres, qui que tu sois, aye pitié de moy. *Je declare en finissant cet ouvrage, que je pretends n'avoir rien avancé de certain, que tout ce qui paroit le plus assuré, le mieux raisonné, que sort point de l'incertitude, & que je ne doute pas, qu'on ne me puisse faire voir, que je me suis trompé, & qu'on ne puisse me dire autre chose, qui me fera dedire de ce, que j'ai dit. Moi-même en y reflechissant, je pourrai dire tous le contraire, & trouver d'autres raisonnemens, qui sont infinis, & qui me persuaderoient peut-être autrement, si ma suspension ne me rendoit tout suspect. Enfin on peut trouver mieux, sans trouver rien de plus solide, & de plus certain; & celui-même ne doit prouver autre chose, que l'instabilité de la raison, & nous confirmer dans la suspension, & l'ignorance. Enfin plus de raison, plus de discours, plus de certitude, plus d'erreur revient nature. Ne discourons plus, sentons, vivons, & ignorons tout avec tranquillité.*

Simonis

Simonis VALLAMBERTI Vita Marci Tullii Ciceronis, continens Rerum cum ab aliis, tum ab ipso domi forisque præclare gestarum Historiam. *Paris. apud Barth. Malæum*, 1587. in 8.

Laudatur & ob insignem raritatem commendatur a doctissimo Jo. Alb. Fabricio in Bibliothec. Latin. T. II. p. 97.

Christoph. Wilhelmi a VALLO *der H. Schrift Candidaten*, viel und langbegehrte historische Consignation allerley Acten und Actitäten, Recessen, Synodalischen Zusammenkünften, Colloquien, wunderseltsamen Rathschlägen und Veränderungen, imgleichen aller und jeder Lehr-Schutz- und Streit-Schriften, gewechselten Missiven, Send- und andern Schreiben, samt deroselben unpartheyischen analytischen Inhalt und Copyen, welche in und ausser dem H. Röm. Reiche, zwischen den Lutherischen, Päbstlichen und Calvinischen über dem eigentlichen Wortverstande des allerheiligsten Testaments unsers Herrn Jesu innerhalb 100. Jahren ergangen seyn. Neben bescheidentlicher Ablehnung der unerfindlichen Calumnien und beschwerlichen Auflagen der Pfältzischen, Neustättischen, Emdischen, Römischen, auch anderer Geistlichen, und sonderlich Dn. Rodolphi Hospiniani. Mit unglaublicher Mühe und vielen Unkosten zusammen getragen, von Jahr zu Jahren continuiret, in gewisse Theile verfasset, und an das Licht gegeben. I. & II. Section. *Gera*, 1611. in 4. III. Section. *Gera*, 1612. in 4.

Opus maximæ raritatis & ipsi Celeberrimo D. Val. Ern. Loeschero haud visum, quod ex præfatione ejus *Historiæ*

Motuum inter Evangelicos & Reformatos præmissa, p. 8. apparet. Causa raritatis forte non alia est, quam quod Autor propriis sumtibus illud excudendum fecerit. Conf. *Nov. Antiqu. Theolog.* 1733. p. 905 sqq. Schelhornii *Amœnitates* T. XI. p. 25 sq.

Michaëlis Schendi, R. C. S. Eq. VANDERBECH, *Philosophiæ & Medicinæ Doctoris*, Empirica illustris per septem nobilissima euporista familiaria remedia ad totidem gravissimos & frequentiores morbos profligandos. Addita est Autoris Apologia adversus Maurocordati Sycophantias par le Docteur Conrade du Schebben. Editio altera (ut quidem in titulo fingitur) prototypo Londinensi longe elegantior, ac emendatior. *Augustæ Vindelicorum, apud Merz & Mayer, cum permissu Superiorum*, 1723. *in* 8.

Recenset hoc Scriptum, quod quatuor duntaxat plagulis absolvitur, Cl. Schelhornius T. II. *Amœnitat.* p. 385 sqq. De raritate istius ita disserit: "Haud ita pridem nonnemo "peregrinus per nostras oras transiens, in vicinia prælo sub-"jecit libellum aliquem Michaëlis Schendi Vanderbech, cui "præmissa est satyra mordacissima in Maurocordatum Wal-"lachiæ Principem. Is quingenta circiter exemplaria typis "exscribi voluit, eaque omnia secum, in Hungaria forte, "aut Transylvania disseminanda, abstulit, ut ejus curam "paucula vix effugere potuerint.,,

Julii Cæsaris VANINI, *Neapolitani, Theologi, Philosophi & Juris utriusque Doctoris*, de admirandis Naturæ Reginæ, Deæque Mortalium, arcanis Libri IV. *Lutetiæ, apud Adrian. Perier, cum privilegio Regis*, 1616. in 8. Alph. 1. pl. 9. Amphiteatrum æternæ Providentiæ Divino-Magicum, Christiano-Physicum, nec non Astrologico-Catholicum, adversus Veteres Philosophos, Atheos, Epicureos, Peripateticos, & Stoicos

Stoicos. Autore *Julio Cæsare* VANINO, *Philosopho, Theologo ac Juris utriusque Doctore.* Ad illustrissimum ac excellentissimum Dominum D. Franciscum de Castro, Comitem Castri, Ducem Taurisani &c. Sereniſſimi Hispaniarum Regis ad summum Sacerdotem, Sacerdotumque Principem Legato amplissimo. *Lugduni, apud Viduam Antonii de Harsy, ad insigne Scuti Colonienſis,* 1615. in 8. plag. 24. Cum Privilegio Regis & variis Doctorum approbationibus.

Bina hæc scripta sunt perrara in Republica litteraria, & multorum ore quidem sed paucorum manibus trita. Notitiam eorundem satis amplam habes in Jo. Diecmanni *dissert. de Naturalismo Bodini* § IV. n. 10. *Annalibus Academiæ Juliæ Semestr.* I'. p. 165. 182. *Nachricht von den Büch. in der Stollischen Biblioth.* P. X. p. 181 sqq. P. XI. p. 206. *La Vie & les Sentimens de Lucilio Vanini à Rotterd.* 1717. in 8. *& Apologia pro Julio Cæsare Vanino Neapolitano, Cosmopoli* 1712. in 8. De qua Apologia Vanini ita judicat Cl. Joan. Herm. ab Elswich in *diss. de recentioribus de Atheismo Controversiis* § IV. "Non merebatur homuncio ex impietate, "fastuque totus fere conflatus compositusque talem Apo- "logiam, qui passim Atheorum impia, contra Religionem "Christianam, ejusdemque autorem dogmata incrustat, & "responsione minus sufficienti, quam tamen ne quidem "semper affert, refellit, qui naturam pro Deo habuit, qui "tandem, ut de aliis taceam, de immortalitate animarum "tum demum se visurum dixit, si quando senex, dives, "aut Germanus fieret.„ Conf. quæ nuper pro defensione Vanini & aliorum, qui Atheismi crimine commaculati fuere, attulit Elias Frid. Heisterus, & in Compendio exhibentur in *novis Actis Eruditorum*, a. 1738. p. 223 sqq. Cæterum haud male de Vanini ingenio judicavit illustr. Leibnitius: "Scri- "pta ejus, inquit, parvi momenti sunt, sed homo ineptus imo "stultus comburi non merebatur, claudi jure poterat.„ vid. Leibnitii *Epistolæ a Kortholto editæ* p. 310. Illud adhuc monendum libros Vanini *de admirandis Naturæ arcanis*

multo

multo esse pejores *Amphitheatro*. Lectio enim prioris libri satis superque prodit Vaninum minus candide ac ingenue *Amphitheatrum* suum conscripsisse. Cum enim Alexander, cum quo per totum illum librum loquitur, aliquando affirmaret, Vaninum in *Amphitheatro* aliter sensisse, non dubitat Vaninus, sub Julii Cæsaris nomine p. 418. ita respondere: *Multa in eo libro scripta sunt, quibus a me nulla præstatur fides; Così fa il mondo.* Conferatur omnino S.R. Bruckeri *Historia Critica Philosoph.* T. V. p. 670-682.

Bonifacii VANNOCHII Epistolæ. *Venetiis* 1606. in 4.

De raritate harum Epistolarum doctissimus Jo. Erh. Kappius in *præf.* ad V. Cl. J. P. Kohlii *delicias epistolicas* p. 21. scribit: "Vannochii *epistolas Miscellaneas* italice scriptas "diligenter licet in nostris Bibliothecis publicis & privatis "quæsitas invenire non potui. „ Nihil etiam de illis, quod miror, habet Nic. Francisc. Haym. Conf. *Bibliotheca Mixta Hamburg.* T. III. p. 816.

Benedetto VARCHII Storia Fiorentina. *Coloniæ, apud Petrum Martellum* (revera *Augustæ Vindelicor. apud Paulum Kühzium.*) 1721. in folio.

Rariores aliquando erant hi Commentarii, siquidem quadringenta eorum exemplaria Dux Parmæ & Placentiæ, cui quædam ibi memorata displicuerunt, coemit, ne in plurium manus pervenirent. vid. Schelhornius in *Amœnitat.* Tom. II. p. 347. *Acta Eruditor.* 1733. p. 414 sqq. *Biblioth.* Struvio-Buder. *Historica* pag. 1433. Hinc utili consilio inserti Tom. VII. *Thesaur. Antiq. & Histor. Italiæ.*

Benedicti VARCHII l'Hercolano, nel qual si ragiona generalemente delle lingue ed in particolare della Toscana, composto da lui sull' occasione della disputa occorsa tra il Commendator Caro, e Ludovico Castelvetro. *In Firenze per Filippo Giunti*, 1570. in 4. & *in Venezia* 1580. in 4.

Liber

Liber admodum rarus, de quo vid. Viri eleganter docti Jo. Petr. Kohlii *Introduct. in Histor. & rem. Litterar. Slavor.* Alton. 1729. p. 10. Recusus est haud ita pridem: vid. *Gelehrte Zeitungen* 1731. p. 363. & 1745. p. 491 sqq.

Augusti VARENII Decades Biblicæ in duos priores libros Mosis Genesin & Exodum. *Rostoch.* 1659. *Ejusdem* Decades in Leviticum. *Rostoch.* 1661. *Ejusdem* Decades in IV Librum Numerorum. *ibid.* 1668. *Ejusdem* Decades in V Librum. *ibid.* 1675. in 4.

Præstantiam & insignem hujus operis raritatem indicat Mich. Lilienthal in *Biblioth. Exegetic.* p. 636 sqq.

Alphonsi de VARGAS, *Toletani*, Relatio ad Reges & Principes Christianos de Stratagematis & Sophismatis politicis Societatis Jesu ad Monarchiam orbis terrarum sibi conficiendam. In qua Jesuitarum erga Reges ac populos optime de ipsis meritos infidelitas, ergaque ipsum Pontificem perfidia, contumacia, & in fidei rebus novandi libido illustribus documentis comprobatur. 1636. in 4. & 1641. in. 12.

Versio Germanica hujus libri Vratislaviæ publice fuit combusta. vid. *Catalog. Biblioth.* Reimmannian. p. 561.

Casparis VARRERII Censura in quendam Autorem, qui sub falsa inscriptione Berosi Chaldæi circumfertur. *Romæ* 1565. in 4. plag. 10.

Recensetur in *nova Libror. rarior. Collection.* Fasc. I. pag. 65 sqq.

Christophori VARSEVICII, *Canonici Cracovienſis & Secretarii Regii*, Cæsarum, Regum & Principum, unius & ejusdem partim generis & nominis, partim etiam Imperii ac Dominationis, Vitarum Parallelarum Libri II. *Cracoviæ*, 1603. in folio.

Librum

Librum hunc in regno Poloniæ sub magna pœna prohibitum esse ex Keckermanno annotat David Braunius *de Scriptor. Poloniæ & Prussiæ* p. 57.

Georgio VASARI, *Pittore & Architetto Aretino*, le Vite dei piu eccellenti Pittori, Scultori, & Architettori, con i ritratti loro. *Fiorenza appress. Y. Giunti*, 1568. 3. Voll. in 4.

Prima editio *Florentiæ* duobus voluminibus in 8. sed absque iconibus prodiit. Hæc multis accessionibus aucta uti omnium præstantissima ita & rarissima. Conf. *Bibliothec.* Mencken. p. 62. N. Fr. Haym *libr. rar.* p. 267. Nos possidemus editionem *Bononiensem* an. 1647. in 4. maj.

Antonii VASCONCELLI, *Soc. Jesu*, Anacephalæosis, i. e. Summa Capita Actorum Regum Lusitaniæ. *Antwerpiæ*, 1621. in 4.

De raritate hujus operis *Catalogus* Historicor. Fresnoio-Mencken. p. 340. sequentia annotat: "Es wird ziemlich "theuer bezahlet, ohngeachtet bloße Elogia darinnen sind. "Allein die Bildnisse derer Könige, so mit eingebracht sind, "machen es angenehm. „ Audiamus etiam Christ. Gryphium *de Scriptoribus Historiam Sec. XVI. illustr.* p. 198. qui scribit; "Reges hujus Seculi Castellanos Philippum nempe "III. & IV. illustrarunt *Antonius* de Vasconcelles Jesuita in "elegantissima *Anacephalæosi Regum Portugalliæ*, quæ lati- "no sermone cum nitidissimis imaginibus Regum, & argutis "*Eman. Pimente* epigrammatibus prodiit. Monet de eo "Nicolaus Antonius Tom. I. *Bibliothec.* fol. 174. magni "hoc opus fieri a viris doctis, propter Regum veras ima- "gines, undequaque intra & extra Portugalliam diligenter "perquisitas, & jam antea a *Bernhardo de Brito*, Cistercien- "sium ordinis religioso, elogiis Regum Lusitanicorum "1603. Lusitanica dialecto scriptis, additas. „

Richard de VASSEBOVRG. vid. *Richard de* WASSEBOVRG.

Michel le VASSOR. Traité de la veritable Religion. *à Paris, chez Barbin*, 1688. in 4.

Copiose

Copiose istud opus recensetur ab Elia du Pin Tom. XIX. *Biblioth. des Auteurs Eccles.* p. 299 sqq. Raritatem vero & infrequentiam indicat *Journal Literaire* Tom. VI. p. 261. his verbis: " Mr. le Vassor êtant encore de l'Oratoire publia cet excellent Traité de la *veritable Religion*, qu'on trouve avec peine dans ce Païs & qui meriteroit bien d'être reimprimé. "

Michel le VASSOR Histoire du Regne de Louis XIII. Roi de France & de Navarre. Tomes X. *à Amsterdam, chez Pierre Brunel*, 1700. in 12. maj.

" Dieses Buch ist in Franckreich bey Leib- und Lebens-Strafe zu haben verboten, " narrant *Monatliche Auszüge, Hannoverae* 1700. editæ pag. 493. Recensetur ibidem *mens. Mart.* pag. 39. & in *Actor. Eruditor. Supplement.* Tom. V. p. 191 sqq. In Belgio ubique venalis extat. Hinc rarioribus vix adnumerandus.

Mr. Marechal de VAUBAN Projet d'une Dixme Royale, qui supprimant la Taille, les Aydes, les Douanes d'une Province à l'autre, les Decimes du Clergé & tous les autres Impôts onereux & non volontaires; & deminuant le prix du Sel de moitié & plus; produiroit au Roy un Revenu certain & suffisant sans fraix & sans être à charge à l'un de ses Sujets plus qu'à l'autre, qui s' augmenteroit considerablement par la meilleure culture des Terres. 1707. in 12. pagg. 280. sans le nom du lieu, de l'impression, ni du Libraire.

Scriptum hoc Parisiis post mortem Autoris editum, confestim simul ac prodiit, penitus fuit suppressum. vid. *Journal Literaire* T. V. p. 401. 402.

Alardi VCHTMANNI Vox Clamantis in deserto. *Medioburgi*, in 8. sine nota anni.

Universum Opusculum, quod Beverlando, non Uchtmanno, adscribit

adscribit *Bibliotheca* Reimmanniana p. 1058. nihil aliud est, quam invectiva in omnes Ministros Ecclesiæ Belgicæ, Satyræ non dissimilis. Conf. *Nov - Antiq. Theol.* 1734. p. 613 sq.

Hieron. VECCHIETTI, *Florentini, ab Aegypto Doctoris Theologi*, de anno primitivo ab exordio Mundi ad annum Julianum accommodato, & de sacrorum temporum ratione, Libri IIX. Opus ingens, ex Superiorum permissu *Augustæ Vindelic. impressum domi & expensis ipsius Autoris per Andr. Aperger*, 1621. in fol. maj.

Opus vastum, sumtuosissimum penitusque fere suppressum recensetur copiose a Serpilio *de Libris rarior.* pag. 43 sqq. In *Catalogo Bibliothecæ* Uffenbach. T. II. p. 186. huic Libro pretium XV. Imperialium statuitur. Conf. Jo. Chr. Mylii *Memorabilia Biblioth. Jenens.* p. 99 sq.

Georgii VECHNERI de Austeritate Christi erga Matrem, qua in Nuptiis Cananæis usus est, Tractatus. *Lesnæ Polonor. typ. Wigandi Franckii*, 1640. in 8.

Libellum hunc fere nullibi obvium esse docet J. C. Læscherus *Observatt. Selectar. Fascic. II.* pag. 35. Summam hujus Scripti habes in Thom. Ittigii *Histor. Eccles. Sec. I.* p. 382 sqq. Recusum nuperrime fuit *Lipsiæ apud Christ. Frid. Gesnerum* 1737. in 8. iterumque *Holmiæ & Upsal.* in 8vo.

Georgii VECHNERI Σκολοψ, seu Palus Pauli, ex allusione, & vocis Chaldaicæ דרבן, qua stimulus alias vocatur, significatione ostensus. A. 1678. in 8. sine mentione loci.

Etiam hunc VECHNERI Libellum rarius obvium esse docet Jo. Chr. Wolfius in *Curis Philolog.* in Epist. II. ad Corinth. XII. v. 7. p. 679.

Jac. VECTIANI, *Regiensis*, Selectarum Epistolarum Pars I. *Bononiæ, ap. Hæred. Bathol. Cochi*, 1626. in 8.

Epistolæ

Epistolæ VECTIANI a Cl. Morhofio inter rarissimas relatæ, recensentur a Cl. Aug. Beyero in *Memor. Libror. rarior.* p. 241 sqq. Morhofii verba sunt: "Quis ille fuerit, "aut cujus conditionis, dicere non possum; cum Liber "ille, qui ad manus meas pervenit, & titulo & præfatione "careat; neque locus impressionis constat. Rarum tamen "Autorem esse oportet; cum nusquam invenerim in Indi- "cibus & Catalogis. Notandus itaque, si forte ad manus "aliquando veniat.,, vid. *Polyhist.* T. I. p. 304.

Maphei VEGII de Educatione Liberorum, & eorum claris moribus, Libri VI. Acc. ejusdem Dialogus Veritatis. *Parisiis* 1511. in 4.

Rarissimos esse docetur in *l'Europe Savante 1719. Avril* pag. 245.

Ptolomæi VELTRONII Statuta Ordinis Hospitalis S. Johannis Hierosolymitani. *Romæ, cum Privilegio,* 1588. in fol. 2½ Alph. c. fig.

Liber eximiæ raritatis, a pauciss imis allegatus, & vix centesimo visus. Vid. Struvii *Biblioth. Antiq.* An. 1706. p. 225 sqq. Gerdes *Florileg. L. R.* p. 115.

Franc. Georgii VENETI, *Minoritæ,* de Harmonia Mundi totius Cantica tria. *Paris.* 1543. in fol.

Scriptis Atheisticis adnumeratur. Prodiit etiam *Parisiis* 1546. fol. vid. Mylii *Memorabilia Biblioth. Jenens.* p. 97. Editio *Veneta* 1525. fol. commemoratur Tom. II. *Observatt. Hallens.* pag. 339 sqq. ubi hoc Opus copiose recensetur. Prostare quoque sub titulo: *Promtuarium Rerum Theologicarum, Lutetiæ* 1564. in fol. docet *Catalogus Bibliothecæ* Uffenbach. Tom. I. p. 761. Etiam ejusdem Autoris *Problemata in Scripturam S. Venet.* 1536. in 4. numerantur inter Scripta Atheistica in *Biblioth.* Uffenbach. Tom. I. pag. 762. Conf. omnino Bruckeri *Histor. Crit. Philos.* T. IV. p. 374 sqq. & *Merckwürdigkk. Biblioth. Dresd.* T. I. p. 207 sq.

VENETORVM Controversiæ cum Paulo V. vid. supra CONTROVERSIÆ.

VENETORVM Statuta. v. *Jac.* NOVELLVS.

VENVS la populaire, ou Apologie des Maisons de joye. *London* 1727. in 8. pl. 9.

Liber pernicioſus, in quo ſcortatio ſatis impie defenditur, & neceſſitas luſtrorum ac lenociniorum privilegiis publicis munitorum adſtruitur.

Claudii VERDERII Cenſio in Autores pene omnes. *Lugduni, apud Barthol. Honoratum*, 1586. in 4.

De Libro hoc raro jam pro X. Imperialibus divendito vid. Sam. Engel. *Catalog. Librorum rariſſ.* P. I. p. 160. & Autores ibidem citatos.

Olai VERELII Index Linguæ veteris Scytho-Scandicæ, ſivæ Gothicæ, ex vetuſtis ævi Monumentis, maximam partem MStis, collectus atque opera Olai Rudbeckii editus. *Upſaliæ* 1691. in fol. pp. 304. & Append. pp. 14.

Rarus, imo rariſſimus, ut fere omnia VERELII, quæ perraro conſpiciuntur. Legatur de hisce Verelianis Jo. Erichſons Nachricht von einem zwar kleinen, doch gar raren Wercke des Olof VERELIVS in *Biblioth. mixtæ Hamburg.* T. II. p. 153 ſqq.

Ceſare Antonio VERGARA Monete del Regno di Napoli. v. *Marco* MAIER.

Petri Pauli VERGERII Scripta omnia, diverſis annis excuſa, quorumque pauca quædam junctim *Tubingæ apud Viduam Ulrici Morhardi* 1563. in 4. ſunt edita, rariſſime occurrunt. "On ne rencontre presque "aucun Ouvrage de Vergerio dans le Catalogue des plus "nombreuſes Bibliotheques,„ ſcribit Mr. Bayle *Dictionn.* art. *Vergerius*, not. F. Satis notus eſt Eruditis Vergerius, qui primis vitæ ſuæ temporibus Aulæ Romanæ fuit addictiſſimus, & pro ea ampliſſimas obiit Legationes. Proximus ſummis a Pontificatu honoribus in Aula Romana fuit: factus enim primo Epiſcopus Juſtinopolitanus, aditum ſibi ad Cardinalitiam paraverat Dignitatem; qua tamen ſpe vel ſua, vel malevolorum culpa excidit. Tandem inter maximos apparatus, quibus Proteſtantium dogmata impugnare minabatur,

batur, ut se a suspicione Protestantismi liberaret, ad ipsa Protestantium castra transiit, posteaque multis Scriptis odium in Romanam Curiam prodidit. Legatur de VERGERIO, ejus Scriptis, ac caussa maximæ illorum raritatis, doctissimus Schelhornius in *Amœnitat.* Tom. II. p. 407 sqq. Tom. III. p. 153 sqq. T. V. p. 245 sqq. & Christ. Aug. Saligius in *Histor. August. Confess.* Tom. II. p. 1148. qui integro capite de Vita & Scriptis VERGERII magno eruditionis adparatu commentatur.

Nicolai VERNVLÆI Institutionum Oeconomicarum Libri II. qui omnia domesticæ doctrinæ seu familiæ regendæ Elementa continent; nunc demum Additamentis, i. e. Scriptorum testimoniis, authoritatibus, exemplis & documentis, quæ instar Commentariorum sunt, adornati. *Lovanii, ap. Jo. Vryenborch*, 1649. in fol. plag. 27.

Insignem huius Libri raritatem indicat *peculiaris Observatio* de Libro hoc rarissimo a nemine hactenus in hunc censum relato, inserta *Bibliothecæ mixtæ Hamburg.* Tom. III. p. 454 sqq.

Mich. VEXIONII Epitome Descriptionis Sveciæ, Gothiæ, Fenningiæ & subjectarum Provinciarum accuratius quam nunquam editæ. *Aboæ, apud Petr. Wald*, 1650. in 8.

Liber propter propalationem arcanorum patrii regni autoritate publica Superiorum suppressus, ut docent Car. Frid. Buddeus *de Criteriis boni Libri* p. 13. *Bibliotheca Historic. Hamburg. Cent. II.* pag. 117. Langlet du Fresnoy, & alii, quibus tamen contradicit Andr. Anton. Stiermann in *Bibliotheca Sveo-Gothica* T. II. p. 165. nulla omnino arcana in Libello reperiri contendens, quæ prohibitionem aut suppressionem ejus urgere possent. Conf. Aug. Beyeri *Memoriæ Libror. rar.* p. 23. Recusus jam extat cum ejusdem Autoris *Rota Fortunæ in Promotione Magistrali circumacta & volutata*, inventu non minus perquam difficili, Tomo II. *Monumentor. veter. & recentior.* Sim. Frid. Hahnii, p. 124 sqq. & p. 478 sqq.

Mich. VEXIONII Politica ad modernum Gotho-Svecicum Statum accommodata. *Aboæ* 1647. in 4. recusa auctior *ibid.* 1657. in 8.

Politica hæc idem cum descriptione Sveciæ fatum fuit experta; hinc admodum rara, & pauciſſimis viſa. "Ich "wollte ſie gerne mit Gelde aufwägen, wann ich ihrer "theilhaftig werden könnte,„ ſcribit Illuſtr. de Ludewig in *Præfat. zur Rechtlichen Erläuterung der Reichs-Hiſtor.* Conf. *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buderiana p. 1598. item *Bibliotheca Juris* Struvio-Buder. p. 880. Chriſt. Gryphius *de Scriptoribus Hiſtor. Sec. XVII.* p. 548.

Joſephi VICECOMITIS Obſervationes Eccleſiaſticæ de antiquis Baptiſmi ritibus. *Mediolani, apud Hæredes Pacifici Pontii & Jo. Bapt. Picaleum*, 1615. in 4. *Pariſiis* 1618. in 8.

Opus infrequens & rarum in Auctione Biblioth. Lampian. divenditum X. Marcis Lubecenſib. Recenſetur cum cæteris VICECOMITIS Scriptis itidem rariſſimis ab Lud. El. du Pin in *Biblioth. Scriptor. Eccleſiaſt.* T. XVII. p. 93 ſqq.

Franciſci DE VICTORIA Relectionum Tomi duo.

Rariſſimi ſunt, licet vice plus ſimplici fuerint editi. Teſtes raritatis ſunt S. Rev. Jac. Bruckerus in *Hiſtoria Crit. Phil.* T. IV. p. 125 ſq. & Dan. Georg. Morhofius in *Polyhiſt.* T. II. p. 96. ſcribens: "In Theologicis ſcripſit *Summam* "*Sacrorum Eccleſiæ*, quæ edita eſt *Antwerpiæ* 1562. in 12. "nec non *Venetiis*, additis multis Quæſtionibus, *ſtudio* "*Thomæ Choves*, & *Antwerpiæ apud Petrum Bellutum* "A. 1558. in 12. Scripſit & *Prælectionum Tomos II.* qui "prodierunt *Antwerpiæ* in 8. *Ingolſtadii* 1580. in 8. & "*Lugduni* 1557. & 1586. in 8. Illi rariſſimi ſunt, & "magno, quod ſcio, pretio venditi. Magna illi elogia "tribuuntur a Medina. Sunt, qui eo uſum fuiſſe Grotium "in multis autumant, quanquam raro ille allegetur &c.„

Petri VICTORII Commentarii in octo Libros Ariſtotelis de optimo Statu Civitatis cum Textu græco & latino & Indicibus pleniſſimis.

Floren-

Florentiæ, in offic. Juntarum, 1576. in folio. *Ejusdem* Commentarii in Aristotelis Librum de Arte Poëtarum cum Textu græco & Victorii accurata versione latina. Editio II. *ib.* 1573. in fol. *Ejusd.* Commentarii in decem Libros Aristotelis de Moribus ad Nicomachum positis ante sing. Declarationibus græcis iisdem ad verbum latine expressis. *ib.* 1584. in fol. *Ejusdem* Commentarii in Librum Demetrii Phalerei de Elocutione cum Textu græco & Victorii versione latina. *Florentiæ, apud Phil. Juntam*, 1594. in fol.

Libri hi rarissimi dicuntur, satisque magnum iisdem pretium statuitur in *Catal.* Bunemanniano *Librorum rariss.* p. 59. Merito istis addi debuissent *Petri* VICTORII *Epistolarum Libri X. Orationes XIV. & Liber de Laudibus Joannæ Austriacæ. Cum Licentia & Privilegiis. Florentiæ, ap. Juntas*, 1586. in fol.

Hieronymi VIGNIER la veritable Origine des très-illustres Maisons d'Alsace, de Loraine, d'Austriche, de Bade, & de Quantité d'autres, avec les Tables Genealogiques des Descentes des dites Maisons & des Branches, qui en sont sorties depuis l'an de J. C. six cens jusques à present. Le tout verifié par Titres, Chartres, Monumens, & Histoires authentiques. *à Paris, chez Casp. Meturas*, 1649. in fol.

Opus hodie admodum infrequens & rarum, teste Jo. Petr. de Ludewig in *Dissertat. de Jure, quod sibi Galliarum Rex in Lotharingiam postulavit*, p. 33. Conf. *Monatl. Auszüge, Hannov.* 1700. edit. Decembr. p. 452.

Francisci Henriquez DE VILLACORTA, *Doctoris Medici a Cubiculo Regali Philippi IV. & Caroli II. Archiatri*, Opera Chirurgica omnia,

ſub auſpiciis Potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Caroli II. *Amſtelodami*, *per Jacobum Pauli*, 1673. in 4.

Extare ſub hoc titulo Spinozæ Libros *Philoſophia Scripturæ Interpres*, & *Tractatus Theologico-Politicus*, docet Chriſt. Aug. Heumannus in *Schediaſm. de Anonym. & Pſeudonym.* pag. 100 ſq.

Jo. Baptiſta VILLALPANDVS, vid. *Hieron.* PRADVS.

Giovanni Pietro Giacomo VILLANI la viſiera Alzata, Hecatoſte di Scrittori che vaghi d'andare in Maſchera. *In Parma*, *impenſis Hæredum Vignanorum*, 1689. in 12. pp. 134.

Opuſculum rariſſimum P. Angelium Aproſium Autorem habens, copioſe recenſetur in *Actis Erudit.* 1690. p. 363 ſqq. & Vinc. Placcii *Theatr. Pſeudonym.* p. 608.

Giovanni VILLANI, *Cittadino Fiorentino*, Iſtoria nuovamente corretta, e alla ſua vera lezzione ridotta, col riſcontro de Teſti antichi. *In Venezia* 1559. *e Firenze*, *preſſo i Giunti*, 1587. in 4. *Matteo* VILLANI Iſtoria che continua quella di *Giovanni* ſuo fratello. *In Venez.* 1562. *Firenze*, *per i Giunti*, 1581. in 4. Iſtoria di *Matteo* VILLANI i tre ultimi Libri con una giunta di *Filippo* VILLANI ſue figliuolo. *In Venezia* 1562. *e Firenze*, *per i Giunti*, 1581. 1596. in 4.

De raritate hujus Operis ita judicat N. Fr. Haym. *de Libr. rar.* pag. 71: "Quando ſi trovano queſti tre VILLANI "unitamente aſſiemo ſono rariſſimi.„ Recuſi extant in Ludov. Anton. Muratorii *Collectione Scriptor. Rerum Italicar.* vid. *Acta Eruditor.* 1730. p. 53 ſq. Iterumque recuſi ſunt celeberrimi hi Triumviri & Indicibus inſtructi *opera Philippi Argelati*, *Mediolani* 1729. Tomis II. in fol. vid. *Supplementa Actor. Eruditor.* Tom. X. p. 145 ſqq.

Arnoldi

Arnoldi DE VILLANOVA Speculum Alchimiæ, quo videlicet Artis Chemicæ Mysteria etiam secretissima enodantur & explicantur, opera & impensis Hier. Megiseri. *Francofurti* 1602. in 8.

Liber summæ raritatis. Vid. *Bibliotheca Anonym.* P. III. p. 101. *Biblioth.* Heukelom-Akersloot. P. II. p. 142.

Mich. VILLANOVANI Syruporum universa ratio ad Galeni censuram diligenter expolita. Cui post integram de concoctione disceptationem præscripta est vera purgandi methodus, cum expositione Aphorismi: Concocta medicari. *Parisiis* 1537. in 8. *Venetiis, apud Vinc. Valgrisium*, 1545. in 8. *Lugduni, apud Guil. Rovillium*, 1546. in 8.

Latet sub hac larva Michaël Servetus. Tantæ autem hic Liber, licet ternis vicibus fuerit recusus, est raritatis, ut doctissimus *Vitæ Serveti* Commentator, S. Rev. Mosheimius, omni licet adhibita diligentia istius particeps fieri non potuerit. v. *Histor. Serveti* p. 186.

Petri DE VINEIS Epistolæ.

Supremæ erant raritatis. Libri primi Epistolæ XXXII. primum viderunt lucem hunc præ se titulum ferentes: *Querimonia Friderici II. Imper. qua se a Romano Pontifice & Cardinalibus immerito persecutum & Imperio dejectum esse ostendit; a doctiss. Viro D. Petro* DE VINEIS, *ejusdem Cancellario, A.* 1230. *conscripta. Hagenoæ, ap. Jo. Secerium*, 1529 in 8. Hinc Simon Schardius *Libros VI.* primus luce donavit, *Basileæ per Paul. Quecum* 1566. in 8, Denique Schardiana editio collata cum Haganoensi, aucta, & Glossario illustrata, recusa est *Amberga* 1609. in 8. Omnes istæ editiones sunt rariissimæ. Duas autem meliores editiones adhuc exspectamus: unam a Jo. Georg. Werembergio, Gymnas. Luneb. Equest. Præfecto; & alteram continuo labore Joan. Hermanni Schminckii adornatam a Filio doctiss. Friderico Christoph. Schminckio. Interim nuperrime edidit Jo. Rudolph.

dolph. Iſelius, JCtus Baſileenſis, *Petri* DE VINEIS *Epiſtolarum Libros VI.* v. *Miſcellanea Groningana* T. III. p. 466.

P. VIRGILII *Maronis* Opera. *Venet.* 1501. in 8vo.

Rariſſima ex rarioribus Aldinis editio, & primus Liber eorum, qui typis currentibus exſcriptus eſt. vid. *Catalogus Bibliothecæ* Mencken. p. 173.

- - - - Aeneis in Tragicomœdiam redacta, ſervatis ubique heroicis verſibus a Jo. Lucienbergio. *Francof.* 1676. in 4.

Liber perquam rarus. v. *Catalog. Bibliothecæ* Schalbruch. pag. 154.

VIRGILIVS a calumniis vindicatus, Auctore Guilielmo Modicio. Acc. Guil. Modicii Epigrammata. *Peruſiæ* 1575. in 8.

Vid. *Biblioth.* Schalbruch. P. II. p. 85.

VIRGILII Verſio Germanica hoc rubro edita: Ueberſetzung in deutſcher Helden Poëſie des Virgilianiſchen Lobes- und Lebens-Laufs des Aeneas, mit kurtzgefaſſeter Beyfügung erforderlicher Anmerckungen, von Theodor Ludwig Lau, Hochfürſtl. Churl. Staats-Rath und Cabinets-Director. *Elbingen, bey Sam. Preuſſen*, 1725. in 4.

Scriptis rarioribus adnumeranda eſt ob rationes, quæ indicantur in *Beyträgen zur Crit. Hiſtorie der D. Sprache*, P. II. p. 232 ſqq.

L'Hiſtoire du Roy de France recueilli par *Mr.* DE VISE'. *à Paris.* in fol. XX. Voll.

De Opere hoc hiſtorico, mihi plane incognito, hæc leguntur in *Catalogo Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. p. 268: "Es "hat dieſes Werck der Autor vom Mercure Galant verfer-"tiget, und ſind ſehr wenige Exemplaria gedruckt worden; "es wird auch nicht verkauft, ſondern nur unter die Mini-"ſtros und einige wenige andre Leute ausgetheilet."

VITÆ

VITÆ Virorum illustrium, qui superiore nostroque seculo eruditione & doctrina memorabiles fuerunt a Scriptoribus variis conscriptæ, a Jo. Fichardo vero in unum volumen collectæ. *Francofurti Christianus Egenolfus excudebat.* 1536. in 4.

Continentur in isto volumine Vitæ decem Italorum, scilicet Francisci *Petrarchæ*, *Pii II.* Jo. Ant. *Campani*, Anton. Urcei *Codri*, Phil. *Beroaldi*, Jo. Pici *Mirandulæ*, Octavii Cleophili *Fanensis*, Pomponii *Læti*, Petri Philippi *Cornæi*, *Jacobi* Papiensis Cardinalis; sex Germanorum, Conr. *Celtis*, Rudolph. *Agricolæ*, *Wesselii* Gansfortii, Petri *Mosellani*, Christoph. *Longolii*, Joann. *Oecolampadii*; duorum vero Anglorum, nempe Jo. *Coleti*, & Thom. *Mori*. De summa raritate hujus libri copiose differit Frid. Jac. Beyschlagius *in Sylloge Opusculor.* T. I. p. 120 sqq. & p. 927. Idem FICHARDVS *Vitas recentiorum Jurisconsultorum cum Epitome Virorum illustrium qui jurisprudentiam docuerunt, autore Marco Mantua, Patavii ap. Jac. Jordanum* 1565. in 4. itidem rarissime occurrentes, edidit.

VITÆ illustrium Medicorum.

Librum hunc a Caspar Peucero confectum, & *Argentorati* 1571. absque nomine Auctoris editum esse, tradunt Gesnerus, Melch. Adami, Labbeus, aliique apud Placcium *in Theatr. Anonymor.* p. 312. Dubitat vero Groschusius in *præfat. de Libr. variar.* p. 17. an unquam fuerit evulgatus?

Salvatoris VITALIS Annales Sardiniæ. Partes II. *Florentiæ* 1639. in fol. Ejusd. Theatrum triumphale Mediolanensis urbis magnalium. *Mediol.* 1644. in fol.

Libri rarissimi & pretiosi ex indicio *Catalogi Bibliothecæ* Mencken. p. 198.

Casparis VLENBERGII Historia de Vita, moribus, rebus gestis M. Lutheri, P. Melanchthonis, M. Flacii, G. Majoris, & A. Osiandri. *Colon.* 1622. in 8. Tomi II.

Liber rarus, nec ubivis obvius, v. *Nov-Antiqua Theolog.* 1731. p. 16 sqq. *Biblioth.* Reimmannian. p. 167 sqq.

VLVGHBEIGHI, *Indiæ Principis*, Epochæ Celebriores, Astronomis, Historicis, Chronologis Chatajorum, Syro-Græcorum, Arabum, Persarum, Chorasmiorum usitatæ. Eas primus publicavit, recensuit & Commentariis illustravit Johannes Gravius. *Londini typ. Jac. Flesher* 1650. in 4. maj. Ejusd. Tabulæ Longit. ac Lat. Stellarum fixarum. Ex tribus invicem collatis MSS. Persicis jam primum luce ac Latio donavit & Commentariis illustravit Thomas HYDE. *Oxonii Typis Henr. Hall, sumtibus Autoris.* 1665. in 4. maj.

Raritas horum Scriptorum, cujus plures dantur causæ, in aperto est. Andreas Müllerus *in præf. ad Marcum Paul. Venetum* p. 3. scribit, Vlughbeigh *Tabulas* paucis in Europa visas esse.

Johannis VÖLCKELII, *Misnici*, de vera Religione Libri V. quibus præfixus est Johannis Crellii, Franci, liber de DEO & ejus attributis, ita ut unum cum illis opus constituat. *Racoviæ typis Sebast. Sternacii*, 1630. in 4.

Clanculum cum additamento recusus *Amstelodami ap. Bleau* in 4. maj. Possidemus hanc editionem, quæ nullum neque loci neque temporis, neque Typographi habet indicium. Inscriptio hæc est: *Johannis* VÖLKELII, *Misnici, de vera Religione Libri quinque. Quibus præfixus est Johannis* CRELLII, *Franci, liber de Deo & ejus attributis. Et nunc demum adjuncti ejusdem de uno Deo Patre Libri duo. In quibus multa etiam de Filii Dei & Spiritus Sancti natura differuntur. Ita ut unum cum illis opus constituant.* Sed hujus editionis centuriæ aliquot jussu Magistratus Typographo ablatæ, & d. 20. Jan. 1642. Amstelodami publice combustæ sunt. Hinc raritas ejus, quæ tanta est, ut, narrante Sandio,

Sandio, pro uno exemplari persoluti fuerint XXV. nummi Hungarici aurei. Nihilo tamen secius in Belgicum idioma fuit postea scriptum istud translatum, & *Roterodami* 1649. in 4. hoc addito elogio editum, quod opus illud esset in *Holland by Schepen vonnisse gedoemt, openbaerlick geexecuteert, en met vuer verbrant A.* 1642. *im Januario*, scilicet ut ad ejus lectionem eo magis invitarentur homines præpostere curiosi, quos solenne niti in vetitum semper cupereque negata. Uterque etiam liber tam *Völckelii*, quam *Crellii* integer recusus est in Sam. Maresii *Hydra Socinianismi expugnata, Græningæ* 1651. edita.

Conradi VORSTII Tractatus de DEO, s. de Natura & attributis DEI, constans X. disputationibus. *Steinfurti* 1610. in 4. pp. 466. *Hannoviæ* in 4.

Liber perrarus, & manu carnificis publice in Anglia combustus jussu Jacobi I. Regis magnæ Britanniæ, qui controversiæ Vorstianæ fervidius & efficacius se immiscuit quam generi sui proprii. Conf. Bayle *Diction.* art. *Vorstius.*

Olivarii VREDII Historiæ Comitum Flandriæ Pars prima, seu Flandria Ethnica a primo Julii Cæsaris Consulatu ad Clodoveum I. Francorum Regem Christianissimum per annos quingentos quinquaginta quatuor. *Brugis* 1650. in fol. Ejusd. Historiæ Comitum Flandriæ Pars secunda, seu Flandria Christiana a Clodoveo I. ad annum Christi 767. seu Pipini decimum sextum. *ib.* 1650. in fol. Ejusd. Genealogia Comitum Flandriæ a Balduino Ferreo usque ad Philippum IV. Hispaniæ Regem variis Sigillorum figuris repræsentata & Diplomatibus, Scriptisque antiquis comprobata. *Brugis* 1642. & 1643. II. Volumina in fol. Ejusdem Sigilla Comitum Flandriæ æri incisa, & inscriptiones Diploma-

Diplomatum ab iis editorum cum expositione Historica. *Brugis* 1639. in fol.

Omnia hæc Olivarii Vredii rara sunt, & quantivis pretii. Ultimorum operum *Genealogiæ* scilicet & *Sigillorum* Gallicam versionem extare sub hoc titulo: *La Maison de Flandre ou l'Histoire Genealogique des Comtes de Flandre avec les preuves Genealogiques, & les Sceaux des dits Comtes par Olivier de* VREDE. *Trois Volumes. Bruges* 1641-1645. in fol. tradit quidem Jacobus le Long *in Bibliotheca Histor. Galliæ* n. 16554. Sed vellem significasse, an hanc versionem uspiam ipse viderit. Certe non desunt inter eruditos, qui, illam extare, in dubium vocant. Cæterum de Olivario Vredio narrant Wittenius *in Diario*, le Long l. c. pag. 807. & *Lexicon Eruditor.* mortuum illum esse Anno 1642. Sed illum adhuc Anno 1643. it. 20. Dec. superstitem fuisse liquet ex præfatione *Partis II. Genealogiæ Comitum Flandriæ.* Nec mortem ejus memorat Desselius, qui anno demum 1643. Bibliothecam suam Belgicam edidit. Imo ipse Vredius adhuc A. 1650. dedicavit suam Historiam Comitibus Flandriæ.

Fulvii VRSINI Imagines & elogia Virorum illustrium ex antiquis lapidibus & Numismatibus expressæ. *Romæ* 1570. fol. pagg. 111.

Liber rarissimus teste C. Tilgnero in Epistola de novo opere Numismatico - Litterario inserta *Miscellan. Lipsienf.* T. I. p. 343 sqq. Recusus tamen prodiit *Antwerpiæ* 1598. in 4. iterumque 1606. in 4. *cum commentario J. Fabri.* Conf. *Thesaurus Bibliothecal.* T. I. p. 170.

Jo. Henrici VRSINI de Zoroastre Hermete Trismegisto, & Sanchuniatone Liber. *Norimbergæ* 1661. in 8.

Doctum sed hodie rarius obvium opus vocatur a S. R. Bruckero *in Historia Critica Philos.* T. I. p. 116.

Joachimi VRSINI, *Anti-Jesuitæ*, Hispanicæ Inquisitionis & Carnificinæ Secretiora. *Ambergæ* 1611. in 8.

Eximiam raritatem indicat, & probat, ac de genuino Autore Libri differit Cl. Gerdes *in Histor. Libr. R.* p. 116 sq.

Christiani

Christiani VRSTISII Scriptores Rerum Germanicarum. *Francofurti* 1585. in fol. iterumque *ibid.* 1670. Tomi II. in fol.

Liber rarus ex indicio *Catalogi Biblioth.* Hübner. pag. 222. Conf. omnino *Deutsche Republic der Gelehrten* p. 110. *Bibliotheca Historica* Struvio-Buder. p. 796 sq.

R. Schemuel VSQVE Consolacion a las tribulaciones de Israel. *Ferrariæ* 1553.

Liber extremæ raritatis, cujus accuratam, more suo notitiam suppeditat Jo. Christoph. Wolfius *in Bibliothecæ Hebraicæ* T. III. p. 1072.

Johannis VTENHOVII, *Gandavi*, Simplex & fidelis Narratio de instituta ac demum dissipata Belgarum, aliorumque peregrinorum in Anglia Ecclesia, & potissimum de susceptis postea illius nomine itineribus, quæque iis in illis evenerunt, in qua multa de cœnæ Dominicæ negotio aliisque rebus lectu dignissimis tractantur. *Basileæ, ex offic. Jo. Oporini* 1560. in 8.

Maxime rarum esse hunc librum docet Cl. Christ. Aug. Saligius *in Historia Augustan. Confess.* T. II. p. 1091 sqq.

Bonaventura VVLCANIVS de Litteris & lingua Getarum s. Gothorum; item de Notis Lombardicis &c. *Lugd. B.* 1597. in 8. pl. 8.

Vid. Jo. Henr. a Seelen *Memor. Stadeniana* p. 84. & 322 sqq. *Beytr. zur Crit. Hist. der deutschen Sprache* P. XII. p. 671 sqq.

Bonaventuræ VVLCANII Historia Tumultuum Belgicorum ab A. 1556. usque ad 1577.

Liber præ multis aliis valde rarus, certe paucissimis visus. Mentionem quidem ejus faciunt in Bibliothecis suis historicis Paulus Bolduanus, Mart. Lipenius, B. G. Struvius, *Catalogus Historic.* Fresnoio-Menckenianus & plures alii. Nemo tamen illorum locum, annum & formam impressionis indicavit. Hinc facile inducor, ut credam, nemini illorum hunc Vulcanii librum unquam fuisse visum; & fortasse plane non extare.

Vreederik

W.

Vreederik WAARMOND. v. *Adrian* KOERBACH.

Jo. Georg. WACHTERI Spinozismus im Judenthum, oder die von dem heutigen Judenthum, und deſſen geheimen Kabbala vergötterte Welt, an Moſe Germano, ſonſten Jo. Peter Speeth, von Augſpurg gebürtig, befunden und widerleget. *Amſterd.* 1699. in 8. Elucidarius Cabaliſticus, ſive reconditæ Hebræorum Philoſophiæ brevis & ſuccincta recenſio. Epitomatore Jo. Georgio WACHTERO, *Philoſ. Profeſſ. Romæ* 1706. in 8. pagg. 78.

Ultimus libellus non Romæ, uti eſt in titulo, ſed Roſtochii eſt impreſſus. Uterque autem paradoxus & perrarus. Plura dabunt Stollii *Nachrichten von ſ. Biblioth.* T. XI. p. 193 ſq. & Mich. Lilienthal *in Theolog. Biblioth.* p. 1126 ſq. autoresque ibidem citati.

Lucæ WADDINGI Annalium Ordinis Minorum, vaſtum ac ſumtuoſum opus, de quo Jo. Alb. Fabricius *in Bibl. med. & infimæ Latinitat.* Tom. II. p. 578 ſqq. ſequentia annotavit: "Primus hujus operis Tomus in Ann. "1250. ſecundus in A. 1300. tertius in 1350. quartus in "1400. quintus in 1450. ſextus in 1475. & ſeptimus in "1500. deſinit. Editi ſunt hi Tomi *Lugduni* 1625-1648. "in fol. Tomus octavus, nonus, decimusque, quibus ad "ſuam ætatem perducere Annales illos voluit Autor, lucem "quod ſciam non viderunt. Nec dum ſpes impleta quam "A. 1711. de continuatione moverunt *Diarii Eruditorum* "*Italiæ* Autores Tom. VII. p. 489." quorum verba leguntur ibidem apud Fabricium. Prodiit autem omnino etiam *Tomus IIX.* hujus operis *Romæ ex Typographia Jo. Colinei* 1654. in fol. v. Ant. Teiſſier *Catalogus Autor. & Biblioth.* p. 221. *Catalog. Hiſtoric.* Fresnoio-Mencken. p. 66. Et Nova etiam hæc editio, cujus meminit Fabricius, octodecim

Volumini-

Voluminibus prodiit *opera & ſtudio* R. P. Joſephi Mariæ Fonſeca ab Ebora *Romæ* 1731 ſqq. Legas velim *Nova Acta Eruditor.* 1738. p. 193 ſqq. 293 ſqq. 344 ſqq.

Lucæ WADDINGI Scriptores Ordinis Minorum; quibus accedit Syllabus eorum, qui ex eodem ordine pro fide Chriſti fortiter occubuerunt. *Romæ ap. Franc. Alb. Tani* 1650. in fol.

Bibliothecæ hujus raritatem indicat, eandemque cum *Jo. a divo Antonio continuatione* recenſet Cl. Aug. Beyerus in *Memor. Libror. rar.* p. 73 ſqq. Conf. quæ ſupra jam diximus, *Jo. a divo* ANTONIO.

Henrici WAGNERECKII Standhafte Rettung und Beweiſung des Cloſters contra Acta Lindavienſia. *Emb∫ii ad Rhen.*

Nomen Autoris non reperitur in titulo: nec mihi certo etiam conſtat, an ſcriptum hoc prodierit *in folio*, uti habet *Catalogus Hiſtoricor.* Freſnoio-Mencken. p. 153. vel *in forma quarta*, ut vult Jo. Petr. de Ludewig, qui de maxima hujus opuſculi raritate diſſerit in *Tom. I. Reliq. MStor. præfat.* p. 56. Jo. Reinh. Wegelinus *in Prærogativa antiquitatis liberæ Civitatis Lindavienſis* p. 32. de raritate hæc annotavit: "Anno 1646. vel ut Vindicator Raslerus vult "1647. Heidero oppoſitus eſt liber, ſub titulo: *Standhafte Rettung und Beweiſung &c.* cujus jam tanta eſt raritas, "ut inter libros fere deperditos referri poſſit, cum non "niſi inter Parthenonis Paraſtatas diſtributus, poſt Rasleri "novam de Ludovico Pio opinionem penitus ſuppreſſus "ſit. Autor habetur *Wagnereckius*, e Societate JEſu, ve- "teranus olim Juris Canonici in Univerſitate Dillingenſi "Profeſſor, vir aliis quoque lucubrationibus clarus, qui vi "rationum a doctiſſimo Heidero adductarum, ſuperatus, "abdicato Ludovico II. Ludovico cognomini Germani- "coPii filio, & in Germania Succeſſori diploma attribuit, ipſis "profecto obnuntiantibus Tabulis, ut ipſe judicat Raslerus." Conf. Jo. Jac. Moſeri *Bibliotheca Scriptorum de Rebus Suevicis*, qui p. 39. integrum Libri rariſſimi titulum habet.

Gottlieb

Gottlieb WAHRMVNDS Gewiſſenhafte Gedanken vom Eheſtande, ſcriptum pro Polygamia aſſerenda a Jo. Lyſero editum, quod autem flammis, Autore inſpectante, in foro Stockholmenſi per carnificem combuſtum eſt d. 15. Jul. Ann. 1679. indicante Vincentio Placcio *in Theatr. Pſeudonym.* p. 614.

Chriſtoph. WALTHERS Bericht vom Unterſcheid der Bibeln, und anderer Bücher Lutheri. *Vitemb.* 1563. in 4.

Notitiam ſcripti hujus admodum rari habes in doctiſſimi J. C. Coleri *Biblioth. Select. Theologic.* part. 29. n. 2.

Philippi WANNEMAKERI Triumphus Litteratorum. *Mediolani* 1611. in 8.

Laudatur & rarus ac infrequens dicitur a Cl. Schelhornio T. XII. *Amœnitat.* p. 515.

Richard de WASSEBOVRG, *Archidiacre de l'Egliſe de Verdun*, Antiquitez de la Gaule Belgique, Royaume de France, Auſtraſie, & Lorraine depuis Jules Ceſar jusqu'à la mort de François I. avec l'Origine des Duchez & Comtez de Brabant, Tongres, Hainault, Lorraine &c. contenus en icelle; Extraits des Vies des Eveques de Verdun. II. Volumes. *à Paris chez Sertenas* 1549. in fol.

Opus perraro obvium, cujusque exemplaria ſollicite ab eruditis conquiruntur. v. Jac. le Long *Biblioth. Hiſtoriq. de France* n. 15635.

Eberhardi WASSENBERGII Flori Germanici verſio Germanica cum animadverſionibus & correctionibus, 1647. in 12. edita, propter ſummam raritatem, & præſtantiam merito Theſaurus dicitur Chriſtiano Gryphio *de Scriptoribus Hiſtor.* Sec. XVI. p. 66. "Eberhardus WASSENBERGIVS, Embricenſis, inquit, li-"brum nobis dedit ſingularem *de bello inter Imperatores* "*Ferdinandum II. & III. & eorum hoſtes Fridericum*, ſcili-

"cet

"cet *Palatinum*, *Gabrielem Bethlehemium*, *Daniæ*, *Sueciæ* "& *Franciæ Reges* gesto, quem ad annum 1640. continua- "vit, *Florum* passim *Germanicum* appellant: & ipse quidem "liber nihil nisi vulgaria continet, stiloque exaratus est non "usque adeo nitido, sed Flori nimia interdum imitatione "satis putido. Verum editio *Germanica*, quæ *anno* 1647. "*Amstelodami cum animadversionibus Fürstembergii* Comi- "tis publicata fuit, jamque rarissime invenitur, inter optima "certe scripta est numeranda. Tam multa enim ibi singu- "laria, & selecta occurrunt, ut omnino Autor sim nostris, "ejus si facultas data fuerit tanquam cimelium comparandi. "Fuit enim Fürstembergius ille non tantum vir magnæ di- "gnationis, sed maximis etiam rebus gerendis adhibitus, "& eorum quæ refert testis oculatus.„ Hactenus Gryphius. Ex sententia tamen aliorum *Animadversiones* non sunt Comitis Fürstemberg, sed *Jodoci Maximiliani* Comitis *de Gronsfeld* & Bronchorst, Domini in Alpen & Axel, Principis Electoris Bavariæ Camerarii, testis pariter oculati, id quod patere arbitrantur ex collatione Animadversionum p. 91. cum relatione in Londorpii *Actis Publicis* Tom. III. L. IIX. C. 55. p. 824. v. Marq. Freheri *Directorium* ex editione novissima Jo. David. Kœleri p. 245. Accurate libellum hunc rariorem recenset *Bibliotheca Historica Hamburg.* Cent. II. p. 240 sqq. nos docens duplicem editionem uno eodemque anno 1647. *Amstelodami ap. Ludov. Elzevirium*, & *Francofurti ad Mœn. ap. Antonium Hummium* prodiisse. Titulus est: *Der erneuerte deutsche Florus Everhard Wassembergs, mit Animadversionen, und Correctionen derer in vorigen eingerückten ungleichen Historien; wiederum in vielen durchaus verbessert, der Wahrheit restituiret, und bis Ann. 1647. continuiret.* in 12. plag. 32. Neutram harum editionum vidimus. Est autem nobis ad manus editio hunc titulum præferens: *Der erneuerte Deutsche Florus Eberhardi* WASSENBERGS, *an vielen in vorigen eingerückten ungleichen Historien verbessert, der Wahrheit restituiret, und bis ins Jahr* 1647. *continuirt. Franckfurt* 1647. in 12. Nomen Typographi & Bibliopolæ non adest. In alio autem, qui præter hunc adhæret, titulo æri inciso legitur: *Dantzig, bey Anton Rittern.* Constat liber pagg. 718. continetque icones LXIV. Non sine causa suspicor animadversiones non ab uno, sed a pluribus esse

profectas Autoribus, id quod haud obscure indicatur in præfatione.

Everhardi WASSENBERGII Embrica, sive urbis Embricensis descriptio. *Clivis* 1667. in folio.

Rarissimus liber ex indicio *Bibliothecæ* Anonymian. P. I. pag. 150.

Antonii WECKENS, *Chur-Sächs. Reichs-Secretarii und Archivarii*, Dresdnische Chronica. *Dresden* 1680. in fol. cum figuris.

De raritate testatur *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Mencken. p. 180.

Pauli WEIDNERI, *Exjudæi*, loca præcipua fidei Christianæ collecta & explicata. *Viennæ* 1559. in 4.

Vid. *Catalogus Bibliothecæ* Hasæan. p. 209. Joan. Christ. Wolfii *Bibliothecæ Hebr.* T. I & III. n. 1810.

Valentini WEIGELII aureum vellus.

De raritate & pretio hujus scripti referre placet verba Jo. Ludov. Hannemanni ex *via vera & tuta ad ophir auriferum* pag. 185. "Quod circumferantur, inquit, quædam scripta aurei velleris nomine vel titulo superbientia, nemo est quem hoc fugiat. Horum tamen optimum est, quod dedit *Weigelius*. Valentinus *Weigelius*, quem nostri Theologi, jurene, vel injuria, Hæreticum faciunt, de quo Deus judicet, *aureum vellus* conscripsit, quod magni pretii est, & obtineri non potest. Pro eo libro 100 Ducatos cuidam mercatori Roterodamensi fuisse oblatos scio; ast noluit hac pecuniæ summa vendere. Hoc *aureum Vellus Weigelii* præstantissimum scriptum est, quocum nullum comparari potest, ex Adeptorum scriptis." Nihil de hoc scripto Weigelii invenio in Joan. Zach. Hilligeri differt. *de Vita, fatis & scriptis* Val. Weigelii, Vitemb. 1721. nec mihi etiam notum est, an editum unquam fuerit, vel in MSto lateat.

Joannis Angeli a WERDENHAGEN de Rebus publicis Hanseaticis opus. in fol.

Pri-

Primæ editioni in quatuor diviſæ volumina & *Lugd. Bat.* 1631. in 16. excuſæ, ſucceſſit ſecunda ab Autore reviſa urbium ſingularum Iconismis, Tabulisque Geographicis ac Nauticis ornata *Francofurti Typis Mercanis* 1641. in folio. Hæc ſumtuoſa eſt & rarior. Id quod experientia edoctus ſum, & atteſtatur Rud. Aug. Noltenius *in Conſpectu Theſauri Antiquitat. Germanic.* p. 7. Conf. Thomas Crenius *in præfat. ad Caninii Hellenism.* p. 72 ſqq.

Engelberti WERLICHII Chronicon der Stadt Augſpurg. *Francofurti* 1595. in fol.

Rariſſimum eſſe docet Burch. Gotth. Struvius in *Biblioth. Hiſtor.* p. 481. Conf. Schelhornii *Amœnitat. Literar.* T. X. p. 1035. Bunemanni *Catalog. Libror. rariſſimor.* p. 64.

Leonhardi WERNERI Poëmata.

Liber pauciſſimis cognitus, cujus autor inter viros obſcuros principem obtinet locum, teſte Jo. Chriſt. L. B. de Boineburg apud Schelhornium T. II. *Amœnitat.* p. 426.

Johannis WESSELII, *Groningenſis*, Farrago rerum Theologicarum uberrima. In hoc Libro tractantur 1) de Providentia Dei; 2) de dominica incarnatione & paſſione; 3) de dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica; 4) de Sacramento pœnitentiæ; 5) de Communione Sanctorum; 6) de purgatorio; 7) Epiſtolæ de iisdem fere rebus. *Baſileæ, apud Adam. Petri, 1522. menſ. Septemb.* in 4.

Hæc editio apud nos eſt. Editionis *Vitembergenſis* 1522. atque *Baſileenſis* 1523. mentio fit in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latin.* Tom. IV. p. 492 ſqq. Opus admodum rarum. vid. Bunemanni *Catalogus Librorum rariſſ.* p. 73. *Biblioth. Anonymiana* P. II. p. 38. Farrago hæc recuſa eſt in *Operibus* WESSELII, quæ junctim prodierunt *curante* Petro Pappo a Tratzberg *Groningæ* 1614. in 4. iterumque Joannis Lydii Studio *Amſtelodami*, 1617. in 4. Groningenſem editionem recenſet Georg. Henr. Götzius *in Comment.*

de Jo. Weſſelio, Lubec. 1719. in 4. p. 33 ſqq. & *Theſaurus Bibliothec.* T. I. p. 67. Lydianam ipſi poſſidemus. Titulus eſt: *Aura purior hoc eſt M.* Wesselii *Gansfortii, alias Baſilii Groningenſis, raræ eruditionis viri, qui ſub Pontificiis tenebris dictus eſt.* Luxmundi, *opera omnia e Veteribus & MS. Codicibus. Acceſſerunt huic editioni Jacobi de Paradiſo, Carthuſiani Tractatus aliquot, nunquam antea viſi. Quos e Bibliotheca Fratris ſui B. Lydii eruit & publicavit Joannes M. F. Lydius Francofurtenſis, Amſtelod. ex officina Henr. Laurentii,* 1617. in 4. Utraque editio rara eſt & haud adeo obvia, ut indicat poſt illuſtr. Seckendorfium in *Hiſtoria Lutheranism.* f. 227. Götzius l. c. p. 36.

Michaël Wexionivs. vid. *Mich.* Vexionivs.

Abrahami Wheloci Evangelia, Perſice. vid. Quatuor Evangelia.

Georgii Wicelii Epiſtolarum, quæ inter aliquot Centurias videbantur partim profuturæ Theologicarum Literarum Studioſis, partim innocentis famam adverſus Sycophantiam defenſura, Libri quatuor. *Lipſiæ, exc. Nic. Wolrab,* 1537. in 4.

Rariſſimi ſunt propter hiſtoriam eorum temporum. vid. D. Gerdes *Florileg. Libr. rar.* p. 118.

Georgii Wicelii Anmerkungen über die Bibel. *Leipzig* 1536. in 4.

Perrarus Cenſor Verſionis Lutheri, indicante doctiſſ. Bruckero in Literis ad me datis. Integer Titulus ita habet: *Annotationes, das ſind kurtze Verzeichniſſe in die Wittenbergiſche Neue Dolmetſchung der gantzen heiligen Bibel, aller Chriſtenheit zu leſen und hören ſehr noth und nutz. Durch Georgium* Wicelivm, *an Herrn Hoyes, Graven zu Mansfeld. Leipzig* 1536. in 4.

Joannis Wiclefs, *viri undiquaque piiſſimi,* Dialogorum Libri IV. quorum primus de divinitate & ideis tractat; ſecundus univerſo-

rum

rum Creationem complectitur; tertius de virtutibus, vitiisque ipsis contrariis copiosissime loquitur; quartus Romanæ Ecclesiæ Sacramenta, ejus pestiferam dotationem, Anti-Christi Regnum, fratrum fraudulentam originem atque eorum hypocrysim variaque nostro ævo scitu dignissima graphice perstringit &c. *Anno* 1525. in 4. Sine loco editionis & mentione typographi.

Opus rarissimum ac paucissimis visum, quod in Anglia, Belgio & aliis regionibus ducentis fere florenis vendi solet. Exemplaria in Anglia invenienda significavit John Lewis *in the History of the Life of John Wiclef. Lond.* 1720. in 8. In auctione *Bibliothecæ* Lampianæ p. 106. *Dialogorum libri* divenditi fuere pretio 5 Talerorum. Recensentur in Cl. Aug. Beyeri *Memor. Libr. rarior.* p. 248. Conf. *Catalogus Bunemannianus Librorum rariss.* p. 72. Diversi fortasse sunt hi *Dialogi a Trialogo* WICLEFI, quem *Otho Brunsfelsius Libris IV.* edidit, hac inscriptione: *Trialogus, ubi primo Alithia tanquam solidus Theologus loqueretur; secundo infidelis captiosus tanquam Pseudis objiceret; & tertio subtilis Theologus & maturus tanquam Phronesis decideret veritatem. Anno* 1517. Non sine caussa arbitror *Trialogum* hunc *Wiclefianum* multo adhuc rariorem esse *Dialogis*. Certe Guil. Caveus, Casim. Oudinus, Jac. Verheidenius & alii, qui *Dialogorum* mentionem faciunt, de *Trialogo* nihil habent, quem huc usque nondum etiam reperire potui in aliquo instructissimarum Bibliothecarum catalogo. Hinc Mr. de la Roque hunc librum adeo rarum existimat, ut MStis autographis optimo jure æquiparari mereatur; alii autem de existentia ipsius valde dubitant. vid. *Journal des Savans de Paris* 1702. pag. 929. Recensetur quidem *Trialogus* WICLEFI ab Autore *des Essais de Litterature* T. I. p. 48 sq. sed ita recensetur ut fere nullam, ne dum accuratam hujus libri notitiam suppeditet. Conf. *Actor. Eruditor. Supplem.* T. VIII. p. 207 sqq.

Jo. Alb. WIDMANSTADII Novum Testa-

mentum Syriacum. vid. Novum TESTAMENTVM.

Jo. WIGANDVS de Servetianismo liber. *Regiomont.* 1575. in 8.

Opus perrarum, de quo vid. *Bibliotheca* Reimmann. pag. 1044. Binos alios WIGANDI libellos, præeunte Struvio *in Biblioth. Antiq.* inter raros connumerat Cl. D. Gerdes in *Florileg.* p. 119. 120. *Libellum de Neutralibus & Mediis, Francof. ex off. Petr. Brubachii*, 1560. in 8. & *de clave ligante explicationem succinctam. ibid.* 1561. in 8.

WILRAMI, *Abbatis olim Ebereſpergenſis*, in Cantica Salomonis myſtica explanatio, per Menradum Moltherum in lucem reſtituta. Adjecta eſt ex Spanhemenſi autoris vita, qui ſub Henrico tertio anni M70 floruit. *Excuſum Haganoæ per Guilielmum Seltz*, 1528. in 8. plag. 12.

De maxima hujus libri raritate legatur Jo. Georg. Lotteri peculiaris obſervatio de prima eademque rariſſima editione WILLERAMI inſerta *Actis Eruditor.* 1733. pag. 28-41. Æque rara eſt, quæ poſtea prodiit lingua veteri Francica editio: WILLERAMI, *Abbatis Eberspurgenſis, in Canticum Canticorum Paraphraſis gemina: Prior rhythmis Latinis, altera veteri lingua Francica. Addita explicatio lingua Belgica; & Notæ, quibus veterum vocum Francicarum ratio redditur. Edente Paulo G. F. P. N. Merula. Lugd. Bat. ex officina Plantiniana, apud Chriſtoph. Raphelengium*, 1598. in 8. Aliam adhuc editionem Francicam Willerami procuravit Marquardus Freherus, quæ autem tam rara eſt, ut pauciſſimis cognita nedum viſa: *Uralte Dolmetſchung des Hohenliedes Salomonis aus Abt* WALRAMS *zu Ebersperg in Bayern berühmter deutſchen Auslegung, die er vor* 550. *Jahren darüber angeſtellet, abgedrucket. Worms* 1631. in 8. Conf. *Beyträge zur Crit. Hiſt. d. D. Spr.* XI St. p. 385.

Jacobi WIMPHELINGII Epitome Rerum Germanicarum hactenus in multis deſiderata. *Marpurgi* 1562. in 8.

Non

Non vulgaris raritatis indicante Gerdesio *Florileg. Libror. rar.* p. 120. 121.

Benedicti WINCKLERI Libros V. de Principiis Juris naturalis & positivi. *Lipsiæ* 1615. in 8. quos recenset Georg. Beyerus *in Notitia Autorum Juridicor.* p. 60 sqq. rarissimos esse testatur Cl. Heumannus in *Conspectu Reipubl. Litterar.* edit. noviss. p. 314.

Joannis WINCKLERI Erklärung der schwereſten Versicul des IX Capitels des Briefes Pauli an die Römer, quæ subjecta est quibusdam Exemplaribus der ausführlichen Betrachtungen über etliche fürtrefliche Sprüche der heil. Schrift. *Hamburg, apud Gottfr. Liebernickel. Anno* 1697. in 8.

Egregia & rarius obvia vocatur a Jo. Chr. Wolfio in *Curis Philol. & Critic. in IV priores Epistol.* p. 162. Idem etiam pronuntiandum puto de alio ejusdem scripto Germanico edito sub titulo: *Jo.* WINCKLERS, *Pastor zu St. Michael in Hamburg, das vollkommene Alles unserer Seelen, Jesus Christus der Gekreuzigte, in neun unterschiedlichen Betrachtungen erwiesen und in Druck gegeben. Hamb. druckts Peter Ziegler*, 1687. in 4. pp. 244. Binæ saltem in hoc scripto continentur considerationes: 1. *Jesus unsere Weisheit*; 2. *Jesus unsere Seelen-Vergnügung*; nec cæteras unquam prodiisse arbitror.

Jo. Justi WINCKELMANNI gründliche und wahrhaftige Beschreibung der Fürstenthümer Hessen und Hersfeld, samt denen einverleibten Graf- und Herrschaften, mit den benachbarten Landschaften, in VI Theilen. *Bremen* 1697. in fol.

Recusa, sed saltem titulo tenus, *ibid.* 1711. in fol. Quinque saltem hujus operis Historici partes prodierunt. Impressa quidem nonnulla etiam *Partis sextæ* fuerunt binis alphabetis usque ad p. 182. sed rarissime & fere nuspiam reperiuntur, a sereniſſimis Hassiæ Landgraviis coemta, & æternis tenebris mancipata. Summam Capitum Libri

hujus VI. in Augusta quadam Bibliotheca extantis exhibet Henr. Christian. Senckenberg *in præfat. Tomi III. Selectorum Juris & Histor.* p. 63 sqq. Possidemus & nos ipsi priores plagulas hujus operis, sed saltem usque ad p. 96. Conf. Christoph. Fr. Ayermans *Einleitung zur Hessischen Historie* p. 20. 21.

Christoph. WINERI Tumulorum Libri II. Accessit Actus Panegyricus exequiarum sepulturæ Electoris Saxoniæ Augusti. *Erfordiæ* 1587. in 8.

Liber extremæ raritatis dicitur, ac satis copiose recensetur a Chr. Junckero de *Bibliotheca Isenacensi* p. 19 sqq. Desideratur, quod miror, in locupletissima Georg. Christ. Kreysigii *Bibliotheca Historiæ Saxoniæ*. Conf. Burch. Goth. Struvii *Bibliotheca Saxon.* p. 733. *Thesaurus Biblioth.* T. II. p. 339.

Arnoldi WION, *Belgæ Duacensis*, Lignum vitæ, sive initia Ord. Bened. & Viri Clari dignitate, doctrina, sanctitate ac principatu descripti Libris V. *Venetiis* 1565. II. Voll. in 4.

Liber rarissimus, prostat quidem Germanice ex versione *Caroli Stengelii, August. Vindel.* 1609. 1621. 1707. in 4. sed pleraque ad notitiam Scriptorum facientia hic desiderantur.

Georgii WIRTH, *Phil. & Medic. Doct. Lipsiensis*, Vita vel Evangelium Jesu Christi, Dei & Mariæ filii, Salvatoris Mundi, ex quatuor Evangelistis conscriptum. *Francof. ad Mœn.* 1594 in fol.

Præstantissimum & summe rarum opus, quod recenset doctissimus Jo. Henr. von Seelen *in Diatrib. de Medicor. meritis in Scripturam S.* p. 43. observans, Wirthii scripta adeo esse rara, ut nonnulli litteratissimi viri hæserint dubii, an edita sint, an vero manu tantum exarata lateant?

Andreæ WISSOWATII Stimuli Virtutum, Fræna peccatorum, ut & alia ejusdem generis opuscula posthuma. *Amstelodami, apud Henric. Janssonium*, 1682. in 12. pagg. 198. *Ejusdem* Religio rationalis, seu de rationis judicio, in Contro-

troversiis etiam Theologicis ac Religiosis adhibendo Tractatus. Anno 1688. in 12. pagg. 120. Sine mentione loci & typographi.

Posterior liber etiam Germanice extat sub titulo: *Arsenii Sophiani, Phil. & Theol. D. & P. P. vernünftige Religion, das ist, gründlicher Beweis, daß man das Urtheil gesunder Vernunft, auch in der Theologie und in Erörterung der Religions-Fragen, gebrauchen müsse, mit einer Vorrede Syneſii Philadelphi. Amsterd.* 1703. in 8. vid. Mich. Lilienthals *Theol. Biblioth.* p. 932 sqq.

Nicolas WITSEN Noord-en Oost-Tartarye.

Historiam hujus operis plane rarissimi ex Gerh. Frid. Mulleri, Professoris Petropolitani, *Sammlung Russischer Geschichte*, referunt *Acta Eruditor.* 1735. p. 394. his verbis: "Vir "summus *Nicolaus Witsenius*, qui Amstelodamensium Con"sul d. 10 Aug. 1717. ætatis anno septuagesimo septimo "obiit, Belgarum olim apud Russos Legatus, per omnem "deinde vitam in eo totus fuit, ut Tartariam, Septentrio"nem versus & orientem solem sitam, magnam, sed parum "notam, orbis terrarum portionem, sua industria illustra"ret. Prodiit Geographica illarum Regionum Charta An, "1687. Huic Commentarii loco esse debebat Opus illud: "*Noord-en Ooost-Tartarye.* Typis etiam excusum a. 1692. "atque iterum 1705. Sed, quod illa omnia nondum satis"facerent accuratissimo viro, ita præsit, suppresitque utram"que editionem, ut ne amicissimis quidem, extare Opus, in"notesceret." Conf. *Nouvell. de la Republ. des Lettres*, 1684. Oct. p. 796 sqq. *Bibliotheq. Universell.* T. XX. p. 141 sqq.

WITTICHINDVS. vid. *Jo.* HERVAGIVS.

David WOLDERI Biblia Germanica Saxon. inferior. vid. BIBLIA Germanica.

Joannis WOLFII, *JCti*, Lectiones memorabiles & reconditæ. *Lauingæ* 1600. in fol.

Admodum difficulter comparari possunt, cum propriis autoris sumtibus prodierint. v. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 433.

Jo. Lud. von WOLZOGEN, *Freyherrn von Neu-*

häusel in Oesterreich, Christl. Unterweisung, wie diejenigen Oerter heil. Schrift alten und neuen Bundes, welche die heutigen Christen insgemein zu Behauptung der drey Persönlichkeit des einigen und allein wahren Gottes misbrauchen, schriftmäßig zu verstehen seyn. Allen, die den Herrn Jesum in Unverweslichkeit lieb haben, zur Erbauung gegeben. *Im Jahr* 1684. in 4.

Hic liber a Jacobo Burckhardo præeunte Jo. Bened. Scheiben *in freymüthigen Gedanken aus der Histor. Critic und Litteratur* inter omnium rarissima, gravissimaque subtilissimorum Socinianorum scripta numeratur. vid. *Historia Bibliothecæ Augustæ Wolfenbuttelensis* p. 273 sq.

Antonii WOOD Antiquitates Universitatis Oxonienſis. *Oxon.* 1674. in fol. *Ejusd.* Athenæ Oxonienſes, or an exact History of the Writers and Bishops, who hat thier Education at Oxford. *London.* 1691 & 1692. 2 Voll. in fol.

Opus rarum, carum, præclarum: "Wird beydes sehr "æstimiret,, scribit *Catalogus Historicor.* Fresnoio-Mencken. pag. 449. "doch ward der andere Tomus von den "Athenis verbrannt, weil sich eine vornehme Familie da-"rinnen touchiret befand. Conf. *Miscellanea Lipsiensia Nova* T. I. p. 353.

Christianus WORMIVS, Scriptoris Islandici pervetusti, *Ara Frotha* dicti, *schedas de Islandia* observationibus suis illustratas edidit quidem; sed exemplaria hujus libri vix publici juris facta sunt. Enarrabimus rem verbis Cl. Danielis Eberhardi Baringii *ex præfat. Clavis diplomaticæ, Hannov.* 1737. in 4. editæ, p. 38. "Christianus Wor-"mius vir doctus in illustrandis *Aræ Multiscii Schedis de* "*Islandia* (ita se habet titulus libri) occupatus utebatur "Francisci Junii Manuscriptis ipsi ex Bibliotheca Oxo-"niensi mutuo datis. Hunc autem autorem, qui primus "Islandicæ Historiæ partem conscripsit, Wormius inter-"pretatione Latina & Notis illustravit, & ut relatum ac-"cepi, sex tantum exemplaria *Londini* typis exscribi cura-

"vit

"vit in octavo, sine titulo & fine; nescio quo casu. Interim "Prologus interpretationis hujus Auctoris ita incipit: *Islandorum librum confeci ego primum, Episcopis nostris "Thorlaco & Ketillo, & videndum obtuli tam illis quam "Sæmundo sacerdoti &c.*. Exemplar hujus Libri oppido "rari asservatur Rostochii in Bibliotheca Fechtiana, ex "qua nobiscum communicatus fuit. Hanc notitiam potis- "simum debeo Jo. Georg. Eccardo, C. Kortholto, & Nic. "Hasbergio. Hic Guelpherbyti quondam Consiliarius au- "licus fuit, cui Wormius, postea in Dania Episcopus, in "Itinere Batavico vel ob æs alienum, vel ob defectum "nervi rerum gerendarum, MScripta sua oppignorave- "rat, quæ tamen anno 1718. redemit. &c.". An post Wormium eruditorum aliquis Historicum hunc Islandicum, Aram Frotham sive multiscium, cujus schedas sæpissime citat Thomas Bartholinus *in Antiquitatibus Danicis de causis contemtæ a Danis adhuc gentilibus mortis*, ediderit, ignoro.

Olai WORMII Epistolæ, & doctorum Virorum ad eundem ex autographis, cum notis editæ cura Jo. Grammii. in 8. *ed. altera Hafn. 1751.*

Raritatem Epistolarum Wormianarum, quas hactenus nondum vidi, dijudicabis ex sequentibus, quæ leguntur *in Bibliotheca Danica* Part. IIX. p. 105. "Die *Epistolæ Wor-* "*mianæ*, welche der fürtreffliche Polyhistor Herr Justitz- "Rath Gramm zum Druck befördert hat, sind itzo, weil der "Verlag A. 1728. durchs Feuer verzehret ward, besonders "rar.". Vix tria vel quatuor exemplaria supermansisse do- cetur in *Bibliotheca mixta Hamburg.* T. I. p. 23.

Johan. WORNERS Postille. Kurtze Auslegung über die Evangelien, Christlich und einfeltig geprediget und beschrieben. A. 1558 in fol. plag. 100.

Sine mentione aut loci aut Typographi. Latet sub Jo. Wörneri nomine, quem male Placcius Jo. Sigismundum Wernerum appellitat, ipse Caspar Schwenckfeldius; uti patet ex Conrad. Schlüsselburgii *Catalog. Hæretic. Libr. X.* p. 36. qui & eidem libro p. 255 sqq. inseruit: Flaccii *Syllabum Errorum in Postilla sub nomine Jo. Wörneri edita, cujus autor est Schwenckfeldius ipse.* Idem etiam testantur

Plac-

Placcius *in Theatr. Pseudon.* & Godofr. Arnoldus, qui posterior in *Historia Ecclesiastico - Hæresiologic.* T. I. P. II. p. 250. editionis 1586. meminit, quæ etiam fuit in Bibliotheca Ittigiana.

Des WVNDERLICHEN wunderliche Begebnisse, und wunderlicher Zustand in dieser wunderlichen verkehrten Welt. Meistentheils aus eigener Erfahrung, und dan gottseeliger, verständiger, erfahrner Leute Schriften wunderlich herausgesuchet. Erster Theil begreifend des Wunderlichen Lebens- und Reisebeschreibungen. *Auf dem Fürstl. Residentz-Schloß Bevern druckts Johan Hectmüller.* 1678. in 4. Alph. 2. pl. 2. Zweiter Theil begreiffend die Wunderlichen Göttlichen Dinge des Alten und Neuen Testaments aus dem Wunderbuch der Göttlichen Heil. Schrift und andern geistreichen Büchern mit Verwunderung angesehen, von dem Wunderlichen im Fruchtbringen. *ibid.* 1680. in 4. plag. 18.

Rarissimus liber a Ferdinando Albrecht Duce Brunsvico-Beverensi conscriptus. v. Jo. Fabricii *Histor. Biblioth. Fabric.* P. V. p. 209. qui tamen corrigendus scribens alteram partem, quam nos cum priori possidemus, nunquam prodiisse. Conf. *Bibliotheca Brunsvico-Luneburg.* p. 512 sq.

Christian WVRSTEISEN Baseler-Chronick. *Basel bey Henrich Petri.* 1580. in fol.

Liber in ipsa Helvetia rarissimus & maxime quæsitus, teste Samuele Engel *in Catalogo Libror. rariss.* P. III. p. 38.

Hendrick WYERMARS ingebeelde Chaos, en gewaande Werels-Wording der oude en hedendaagze Wysgeeren &c. *Amsterdam* 1710. in 8.

Scriptum Atheisticum, hinc maxime rarum; copiose recensetur a doctiss. Heumanno Tom. II. *Actor. Philosoph.*

pag.

p. 120 sqq. Conf. *Nov-Antiquæ Theolog.* A. 1717. p. 424. & Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* p. 269.

X.

P. Hieronymi XAVIER, *Soc. Jes.* Historia Christi Persice conscripta simulque multis modis contaminata, Latinè reddita & Animadversionibus notata à Ludovico de Dieu, *Lugd. B. ex off. Elsever.* 1639. in 4. pagg. 636. *Ejusd.* Historia S. Petri Persice conscripta, simulque multis modis contaminata, Latine reddita, & brevibus animadversionibus notata a Ludovico de Dieu. *ib.* in 4. pagg. 144. Adhærent Rudimenta linguæ Persicæ authore Ludovico de Dieu, acc. duo priora Capita Geneseos ex Persica Translatione Jacobi Tawusi. *ib.* 1639. in 4. pagg. 95.

Z.

Jacobi ZABARELLAE, *Comitis*, Merovea, sive Familiarum Brandenburgicæ, & Zollerensis in Germania, Columniæ, Collaltæque in Italia, Origines a Regibus Francorum Meroveis, ipsarumque Augusta Regiaque Nobilitas. *Patavii* 1660. in fol. pagg. 124.

Librum hunc insigni raritate commendabilem, qui in Bibliotheca Senatoria Lipsiensi cernitur, copiose recenset G. G. Kusterus *in Bibliothec. Brandenb.* p. 315-318.

Andreæ Chrysostomi ZALVSKI, *Varmiensis Episcopi*, Epistolæ Historico-Familiares, a morte Ludovicæ Reginæ, & abdicatione Regis Johannis Casimiri, usque ad nostra tempora Acta continentes Tom. I. *Brunspergæ* 1709. fol.

18. Alph. 12. pl. Tom. II. *ib.* 1711. fol. 10½ Alph. Tom. III. *ib.* 1711. fol. 10. Alph.

Rariorem esse hunc librum, ac vix haberi posse per literas me docuit Bibliophilus Hamburgensis.

Stephani ZAMOSCI Analecta Lapidum vetustorum. *Patavii* 1593. in 8.

Rarissimis libris adnumeratur *in Catalogo Bibliothecæ* Menckenianæ p. 205.

Antonii ZARA, *Aquilejensis, Episcopi Petinensis*, Anatomia ingeniorum & scientiarum. *Venetiis, ex typogr. Ambrosii Dei, & Fratrum.* 1615. in 4.

Opus doctum, lepidum, valde rarum in auctione Mastrichtiana & Menarsiana fere pro sex imperialibus divenditum. v. Bunemanni *Catalog. Libror. rarissimor.* p. 97.

Ambrosii ZEIGERI, *Administratoris Cœnobii Rodensis, & prædiorum Alvenslebiensium Conductoris*, Vernünftige Anleitung zur Oeconomie. *Eisleben* 1733. in 4. Alph. 2.

Copiose recensetur in *Supplem. ad Nova Acta Eruditor.* T. I. p. 309 sqq. Nos Scriptum istud rarioribus adnumeramus, quia l. c. commemoratur. "Librum etsi mole satis exiguum, non minori, quam duodecim Talerorum pretio venire."

Jacobi ZIEGLERI Syria ad Ptolomaici operis rationem, præterea Strabone, Plinio, & Antonio auctoribus locupletata, Arabia Petrea, sive Itinera filiorum Israël per desertum &c. *Argentorati* 1532. iterumque *ibid. typ. Ribelianis*, 1536. in fol.

Hanc terræ sanctæ descriptionem Hadr. Relando incognitam perraram esse, pluribus indicat D. Gerdes *in Flor. L. R.* p. 122.

p. 122. Conf. omnino *S. R. Schelhornii Amœnitat. Histor. Eccl. T. II.* p. 210 sqq.

Euthymi Monachi ZIGABONI Commentarii in omnes Psalmos e Græco in Latinum conversi, per R. D. Philippum Saulum Episcopum Brugnatensem. Inspice Lector diligenter, & arcanæ doctrinæ Thesaurum inæstimabilem reperisse fateberis. Accessit index amplissimus rerum memorabilium. *Parisiis, ex offic. Carol. Guillard.* 1543. in 8. pagg. 814.

Liber rarissimus, cui jungantur: *Euthymi* ZIGABENI *Commentaria in sacro-sancta quatuor Christi Evangelia ex Chrysostbomi aliorumque Veterum scriptis magna ex parte collecta; Interprete Johanne Hentenio, Nechlienſi Hieronymiano. In hoc opere graphice admodum redactum est in compendium, quicquid ad Evangeliorum explicationem diffuse tractant Origenes, Basilius, Nazianzenus, Chrysostbomus, cæteriqne Theologi Græci. Addidimus & in calce confutationem Judaicæ cujusdam impostvræ, sive libelli de facto legali Jesu Christi sacerdotio ex Suida desumti. Parisiis ap. Joannem Roigny* 1544. *excudebat Carol. Guillard* in 8. Recensetur in Theoph. Sinceri *Biblioth. Hist. Critic. Libror. rarior.* p. 125 sqq.

Francisci ZILETTI Oceanus Juris. v. supra TRACTATVS Tractatuum.

Marci Antonii ZIMARÆ Antrum Magico-Medicum, Pars I. *Francofurt. ap. Jo. Frid. Weissium*, 1625. in 8. Pars II. *ib. ap. Wechel.* 1626. in 8.

Titulus integer hujus operis, cujus raritatem indicat S. R. Bruckerus, legitur *in Hist. Critic. Phil.* T. IV. p. 205. & in G. A. Mercklini *Lindenio renovato*, p. 775.

Danielis ZWICKERI Sociniani Scripta, præprimis: *Irenicum Irenicorum, seu Reconciliatoris Christiano-*

ſtianorum hodiernorum Norma Triplex, ſana hominum Ratio, Scriptura Sacra, & Traditiones. Anno 1658. in 8. pagg. 143. *Irenicomaſtix perpetuo convictus & conſtrictus, ſeu nova confirmatio infallibilitatis Irenici Irenicorum per oſtenſam futilitatem crimino ſæ Comenianæ Refutationis. Cum indice duplici. Edente Irenici Autore. Amſterodami* 1661. in 8. pagg. 568. *Irenicomaſtix iterato victus, & conſtrictus, imo obmutescens. Amſterod.* 1667. in 8. pagg. 382.

Theodori ZWINGERI Methodus apodemica. *Baſileæ* 1577. in 4.

Raritatem indicat Cl. Lud. Mart. Kahlius *Biblioth. Philoſoph.* Struv. p. 300. his verbis: "Novam meretur editionem eo magis, quo rarior jam eſt hujus viri liber.„

Nicolai ZYLESII Defenſio Abbatiæ imperialis S. Maximini, qua reſpondetur libello contra præfatam Abbatiam ab Anonymo Treviris edito. *Ediderunt Religioſi Fratres Monaſt. S. Maximini juxta muros Trevir.* 1638. in fol.

Quædam exemplaria *Coloniam Agripp.* præferunt. Primus inter Germanos Autor, qui ingentem Diplomatum ac Sigillorum numerum colligens in re Diplomatica multum præſtitit; ſed apprime rarus. v. *Catalog. Bibliothec.* Mencken. p. 209. Inſcriptio libelli Trevirenſis hæc eſt: *Archiepiſcopatus & Electoratus Trevirenſis per refractarios Monachos Maximinianos aliosque turbati. Auguſt. Trevir.* 1633. in 4. Uterque libellus recudi meretur, cum repertu ſit difficilis, & perrarus. Conf. Jo. Petr. de Ludwig *Tom. I. Reliq. MStor. præfat.* p. 41. *Bibliotheca Hiſtorica* Struvio-Buder. p. 994.

650



SPECIAL 84-B
Z
1012 24473
V88
1753